titelmā ſuper epiſtolas

R. 15
5/6
C. 5.
c. 8.
12

Su 27
nr 154

In omnes epiſto-
LAS APOSTOLICAS FRA. FRANCISCI TITELMANNI ORDINIS Minoritarum, publici ſacrarum literarum apud Louanienſes quondam Lectoris Elucidatio, una cum Textu ſuo loco ad marginem tranſlato, & argumentis miro compendio capitis cuiuſque materiam complectentibus. Ex authoris recognitione iam cultius quàm antehac unquam renata ſunt omnia.

Multa hic inuenies Lector eruta, quæ hactenus attigit nemo, multa explicata, quæ in hunc diem vſque obſcuriora ſunt viſa.

Paulus. Ephe. 5.

Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus.

PARISIIS

Apud Ambroſium Girault ſub Pellicano, via ad Diuum Iacobum.

1543.

UNIVERSI... SEVIL...

PSALMVS NVNCVPATORIVS altiſſimo omnium bonorum largitori Deo, ad operis dedicationem.

Confiteor tibi domine pater cœli & terræ: ex bona uoluntate & animo liberali perſoluo confeſſionem tibi.

Quoniam omnis boni principium es tu, fons inexhauſtus & abyſſus interminabilis.

A te procedit quicquid eſt bonitatis in omnibus creaturis tuis: elargitionis tuæ munus eſt omnis creata bonitas.

Quoniam tu ſolum es uere bonum & perfectum, & præter te aliud nihil, niſi participatione communicationis tuæ.

Propterea in omnibus te decet hymnus Deus inhabitator Hieruſalem: cantica gratitudinis ſunt tibi à nobis debita.

Propter bonitatem tuam donas nobis quæ non debes bona gratiarum tuarum, & nos quæ debemus tibi, reddimus laudis cantica.

Sacrificium enim laudis honorificabit te: & ipſum eſt iter quo pergitur ad oſtenſionem ſalutaris tui.

Peculiare autem dônum & eximium dediſti nobis ſcripturas ſanctas: in eruditionem & ſtabilimentum ſalutaris fidei noſtræ.

In uerborum utilitate & ſenſuum obſcuritate condidiſti eas, ut duabus hiſce rebus ſuperbos atque deſides abîgeres indignos.

Humilibus tamen non negas introitum, qui exaudis humiles, clauem donas eis per quam ingrediantur in illas.

Spiritus tuus ſanctus ipſe eſt clauis intelligentiæ ſcri-

pturarum tuarum,quoniam & ipſe eſt calamus.
Calamus fuit ſcribentium eas, & clauis eſt idem ipſe legentium eas.
Mihi autem paruulo puero tuo feciſti miſericordiã magnam nimis:introire in latitudinem earum, & oblectari in floribus paſcuæ tuæ.
Nec tibi hoc ſatis fuit uiſum domine meus & pater uitæ meæ:ut & alios introducerem dediſti mihi, quoniam uoluiſti.
Ex munere gratiæ tuæ præſentes docuit lingua mea Apoſtolica ſcripta tua in conſpectu aduentantium omnium enarraui in ore meo.
Non ego autem,ſed gratia tua mecum: in te enim faciemus magna,qui ſine te non poſſumus nec minima.
Mandatum nouum diſcedens reliquit nobis Chriſtus filius tus: diligere inuicem quomodo & ipſe nos prior dilexerat. Dilectus diſcipulus tuus præceptum hoc in lingua negat impleri:opus & ueritatem ſimul exigit.
Vas electionis omnino erga omnes operari iubet bonũ: & de adminiſtratione acceptarum a te gratiarum diſtricte præcepit nobis.
Quem poſuiſti caput Apoſtolorũ tuorũ:ipſe diſpenſatores multiformis gratię tuę cõmonefacit diſpẽſatiõis ſuę.
Ego autem cognoui quoniam debitor ſum omnibus abſentibus æque atque præſentibus : quibus in ullo conducere potens eſt per gratiam tuam labor meus.
Propterea conſiliũ fuit mihi literis tradere ad eruditionem abſentiũ fideliũ tuorũ:quę infundebas in os noſtrũ, & effundebas per labia noſtra præſenti multitudini.
In auxilio confiſus gratiæ tuæ cœpi laborem hunc: & uſque ad finem non defuiſti mihi.
Sine te Deus non cœpi neque finiui:ſi non adfuiſſet mi-
hi gratia

hi gratia tua, non fuiſſet mihi reperire neque finem neq; principium.

Perfecto nunc opere ecce uenio ad te: ut offeram tibi primitias laboris mei.

Quomodo ad patrē familias inferre ſolēt perfecta opera ſua operarii boni: ita conſummato quod iniunxiſti mihi, ecce ad te redeo.

Primitiæ enim operis mei publici ſunt æditio iſta: non offeram eas neque dicabo alteri.

Tu mihi dediſti, non dedit mihi alius: tibi quoque dedicabo, non præſentabuntur alteri.

Gloriam tibi debitam alteri non dabo: ecce offero labores meos ante conſpectum maieſtatis tuæ.

Ad te refero, tibi aſſcribo: tibi nuncupo, tibi dico & dedico. Si placens tibi eſt labor meus, non eſt quod quæram ultra: habeo quæcunque optaui omnia.

Domine tu noſti quoniā nōſine labore perfeci op9 iſtud: ueruntamen ſi placitum eſt ante oculos tuos, non me laboris tædet neque pœnitet. Placuiſſe tibi plena mihi remuneratio eſt: etiam ſi fuiſſet labor centuplus, hoc ſolo mihi ſatiſfeceris. Habe ergo Deus accepta quæ offert tibi puer paruulus tuus: & qui laboribus noſtris cum humilitate uti uolent in bonum, benignus aſpicias eos.

De remuneratione nihil impræſentiarum agimus in hoc tempore donce ueniat tempus retributiōis expectabo libentiſſime. Fiat miſericordia tua domine ſuper nos: quemadmodum ſemper in te ſperauimus.

In te ſperaui & non ſum confuſus: quoniam tu domine auxiliator fuiſti mihi, & eris defenſor meus.

Gloria patri & filio: & ſpiritui ſancto.

Sicut erat in principio & nunc & ſemper: & in ſæcula ſæculorum, Amen.

AD LECTOREM PRAEMONITIO

QViſquis ex noſtris Elucidationibus fructum quęris, Chriſtiane lector: hic tibi ordo erit ſeruandus, vt prius ipſa textus verba quorum requiris intelligentiam, per ſe legas atque iterum legas, etiam ſi non intelligas. Deinde, cum ipſa textus verba ſimpliciter ſic conſyderata, menti leniter impreſſeris, ad Elucidationem tranſiens, & ipſam per ſe legas attente, ſine textus collatione: ac in ſimplici eius lectione tantiſper immorare vſque dum eius vim atque ſententiam, pro tuo captu, plene comprehenderis. Tum demū ad collationem accedens, textus verba cum Elucidationis ſententia conferas. Vbi perpendendum erit ex acto iudicio, quonam modo Elucidatio idem habeat, quod textus: iterumque textus quibus ſub verbis dicat, quod ſecundum ſententiam verbis aliis habet Elucidatio. Conſyderandum quoque, quid in textu poſitum inueniatur, quantum ad intelligentiam ſupra textus verba adiiciatur: quod tibi textualis diuiſio, et per ſingulas particulas diſtributio, facile indicabit. Frequenter enim adiicimus quæ non reperiuntur in textu, ſiue propter ſententiarum conſequentiam & verborum connexionem demonſtrandam, ſiue gratia ſupplendi quæ deerant, & quæ erant mutilla ſua integritate perficienda, ſiue cauſa illuſtrandæ ſententiæ, aut alia aliqua conſimili ratione. Sic tamen hac in re temperatum eſt, vt vt non nimis multa temere adiicerentur, ne Commentarios potius quam Elucidationem exhiberemus. Huncordinem qui obſeruauerit, forte Dei gratia aſſiſtente, vtilitatis nonnihil referre poterit, ex iis quæ ſunt ex eadē Dei gratia per nos deſcripta. Cōtra vero, ſi hoc ordine naturæ & diſciplinæ perturbato, non pręlecta, neque textus, neque Elucidationis ſerie, velis componere & ad inuicem comparare, quæ non ſunt diuiſim prius & ſeparatim expenſa: vereor ne ordine neglecto (qui in omnibus rebus, potiſſimum autem in ratione ſtudii, plurimum habet momenti) fruſtra in re alioqui perutili, ſine fructu laborem inſumas. Quam rē cum ſecundum Chriſtianam charitatem nulli optemus, iuſtū ac neceſſarium putauimus iſta præmōnere. In Deo bene Vale: et noſtros labores ſanctis tuis ante Deum orationibus, adiuua ac conſolare.

ARGV-

RGVMENTVM ELVCIDATORIVM in Epiſtolam ad Romanos beati Pauli Apoſtoli.

CVM apud Romanos,commixti pariter Gentiles,atque Iudæi,odioſis contentionibus vacarent,atque inuicem præferri vellent in Euangelii gratia: Iudæis patribus ſuis peculiariter factas promiſſiones adducentibus,atque ob hoc gentiles contemnentibus: Gentibus econtrario ingratitudinem & infidelitatem in exprobrationem illis obiicientibus: Iudæis iterum exiſtimantibus,ad ſuam legem debere tranſire,eos qui ſaluari vellent ex gentibus,contra Gentilibus legem noxiam eſſe ac ſuperſtitioſam reputantibus: ſicque erga inuicem perfecti non eſſent in charitate Chriſtiana: Paulus fama Apoſtolus accepta de bonis illorum initiis,dolens has inter eos diſſenſiones & quæſtiones agitari,epiſtola decreuit facere finem contentionibus. In qua id potiſſimum agit vt vtrique populo demonſtret ex ſua conditione ſalutem non eſſe,id eſt, ex Iudæo ex ſuo Iudaiſmo,nec Gentili ex ſua Gentilitate, ſed omnes debere peccatorum remiſſionem, & veram quæ coram Deo eſt iuſtitiam, per gratiam Dei, ex fide CHRISTI expectare, & in Euangelii negocio,omnes qui credunt pares eſſe quantum ad ſalutem. Ita vt nihil vltra contra inuicem gloriari aut contendere debeant pro ſuis ſuperſtitionibus, aut corporalibus obſeruantiis, neque inuicem iudicare aut contemnere: ſed in pace & vnitate viuere,per charitatis manſuetudinem inuicem tolerantes in mutuis imperfectionibus. Atque hoc quidem,totius epiſtolæ caput eſt. Quo tamen clarior fiat: epiſtola quæ tota eſt obſcuritatibus plena, per ſingula capita diſcurrentes, velut Epitomate eam complecti tentabimus. In primo itaq; capitulo,poſt ſui apoſtolatus expoſitum miniſterium,& imprecatam illis gratiam,familiaria quædam amice præfatus de illorum audita bona fama & excuſatione quod hactenus eos non viſerit cum ſit omnibus debitor, nec erubeſcat Dei euangelium,mox tranſit occaſione iuſtitiæ Dei quæ in euãgelio reuelata eſt,ad Gentium horrenda facinora (in quæ propter ſuam ingratitudinem, Deo permittente,turpiſſima & fœ-

diſſima ſunt prolapſi) commemoranda, quoniam Deum quem ex creaturis ſufficienter agnoſcere potuerant, imo & agnouerant non vt oportebat coluerunt diuinum honorem idolis exhibentes. In cuius pœnam, ad reliqua quoq; turpiſſima & innaturalia vitia, Deo permittente, traditos dicit: quæ & particulatim plurima enumerat. Atque in hoc totum perficit primum capitulum. His vero ſic confuſis Gentilibus, capite ſecundo: primum quidem occulte, deinde apertius, Iudæos quoque humiliat, & peccato nō carere demonſtrat cum alios (nempe Gentiles) iudicent & propter peccata contemnant, in quibus ipſoſmet etiam reos inueniri conſtat, quos impoſſibile eſt Dei effugere venturum contra omnes male agentes iudicium, tametſi Iudæi legem à Deo ſcriptam acceperint. Quomodo enim Gentilibus ad ſalutem non obeſt, quod legem ſcriptam non acceperint, dum ſaluari poſſunt ex lege naturæ quæ eis ineſt: ſic nec illis prodeſt vt non condemnentur, eadem quæ illi agentes mala, quod legem ſcriptam teneant, ſi opere non impleant. Cum & præputiatus iuſtitias legis ex naturali dictamine conſcientiæ cuſtodiens, apud Deum iuſtus habeatur ac ſpiritualiter circunciſus: & circunciſus corpore, legis iuſtitias non obſeruans, apud DEVM habeatur incircunciſus. Quoniam vero hiſce verbis viſus eſt incircunciſos Gentiles æquare Iudæis circunciſis. Tertio Capitulo obiicit quæſtionem, ac ſoluit, quid Iudæi ex ſua habeant circunicſione præ Gentilibus: dicens, non parum illud eſſe, quod ſoli ipſi, Dei acceperint eloquia. Prophetarum videlicet teſtimonia & patrum promiſſiones. Nec infidelitatem dicit obſtare quorundam, quo minus implenda ſint eloquia promiſſionum Dei: cum ſit Deus verax & fidelis, & eo magis, quo erga nos quoque, omnes corruptione naturæ vanos & mendaces, ſuam infidelitatem ſeruat: ſic vt ex noſtra infidelitate, Dei clarificetur veritas, obiter quæſtionem mouens ex huius verbi occaſione, quur iuſtus Deus iram pro peccatis inferat ſi (vt ex hoc videtur quod prædictum eſt) per noſtram iniuſtitiam, Dei iuſtitia glorificatur. Sed eam quæſtionem in abſolutam relinquit, quod & alias ſæpe facit potiſſimum cum de diuinis loquitur iudiciis, cuiuſmodi & hoc eſt quod modo quæritur. Reſumit tamen hanc quæſtionem ſecundum virtutem, ſexto capitulo, & vtcunque ſoluit, dicit autem (quæſtione illa dimiſſa) in nullo Iudęos Gentibus quantum ad ſalutem, præſtare, ſed omnes peccato factos obno-

xios

xios(quomodo de Iudæis peculiariter ex Pſalmi teſtimonio demonſtrat) egere Dei miſericordia, & vt in eis ipſe glorificetur, iuſtificando gratis per gratiam ſuam ex fide: per quam, omnem dicit Iudæorum illam vanam gloriationem ſublatam, poſtquam per Dei gratiam & fidem Iudæos & gentes ex æquo iuſtificare & ſaluare decreuit communis omnium Dominus. Nec tamen legis vult haberi deſtructor Paulus, ſed magis confirmator & conſummator. Quarto deinde Capitulo iterum ſibiipſi quæſtionem mouet, quidnam ſit quod Abraham velut pro magno dono circunciſionem accepit, ſi nihil ex hoc amplius habeat Iudæus apud Deum, quàm Gentilis. Ac primum quidem præmittendo declarat, tum ratione, tum ſcriptura: Abraham non ex condigno operum ſuorum merito (quod ſuperciliosi ac arrogantes quærebant Iudæi per ſuas obſeruantias) ſed per fidem fuiſſe iuſtificatum, etiam priuſquam circunciſionem accepiſſet. Vnde euidens eſt, circūciſionem illi non dediſſe iuſtitiam ſed ſignum tantum fuiſſe iuſtitiæ, ſibi & ſuæ genti peculiariter datum. Cum tamen Abraham ante illud ſignum vere iuſtus dictus ſit in ſcriptura, & habitus apud deum, clarum eſt etiam modo fieri poſſe, vt Gentilis ſine circunciſione iuſtificetur, eodem modo quo Abraham tunc fuit iuſtificatus per fidem. Vnde duplices eius filios diſtinguens, abraham facit patrem non ſolum carnalium iudæorum, ſed omnium etiam fidelium qui eius imitantur fidem. Neque per legem dicit illum accepiſſe promiſſionem ſuo ſemini adimplendam, ſed per fidem per quam etiam filii eius ſecundum ſpiritum omnes ſalutem conſe qui poterunt. Vbi & fidem abrahæ declarans, mire eam prædicat atque commendat: quam & nobis dicit ad iuſtitiam reputari, ſi in CHRISTVM (qui deuicta morte, ad noſtram iuſtificationem reſurrexerit à mortuis) credimus. Propter quod, quinto Capitulo, omnibus, per CHRISTVM facta ſalute, monet pacem habere ad Deum, omiſſa omni fiducia carnali, in ſola ſpe fixos gloriæ filiorum Dei, quæ omnibus eſt communis. Cuius ſpe etiam in tribulationibus quæ pro fide CHRISTI obueniunt, magnifice gloriamur (ſentientes bonum patientiæ fructum) in ſpe quæ nunquam confundit, propter pignus ſpiritus quod accepimus. Quod ex eo declarat, quoniam ſi tunc cum nondum eſſent ablata peccata mundi. Deus homo fieri, & pro hominibus mori dignatus eſt: multo magis nunc, peccatis mundi expiatis & fa-

cta re-

ĉta reconciliatione, ſalutem ſperare poſſunt & debent fideles neque poterunt recte ſperantes confundi. Et quia de expiatione peccatorum & facta reconciliatione per Chriſtum in generalitate dixerat, pergit ſpecialius quomodo id factum fuerit pertractare. Et vt contrariis iuxta ſe poſitis res fiat clarior Adam veterē primum parentem, per ſuam inobedientiam originali peccato commaculantem omnes poſteros, qui erant in lumbis eius, & in eo tanquam in maſſa comparat cum Chriſto nouo Adam, qui per ſuam perfectā obediētiam, omnibus in ſe credentibus contulit perfectam iuſtitiam, & a veteris Adæ ſpurcitiis expurgauit, & omnes in pace cum Deo conſtituit: quomodo ille vnus miſerat omnes ſub ira Dei, à qua legem dicit liberare non potuiſſe ſuos obſeruatores, adeo vt per eius occaſionem etiam excreuerint delicta. Capite vero ſexto, quæſtione propoſita ex prædictis, & ea quam capite tertio reliquerat inſolutam, modo quodam reſumpta an in peccato ſit permanendum vt gratia Dei abundet, vtque magis clarificetur gloria Dei: reſpondet nequaquam conuenire, vt qui ſemel peccato ſit mortuus, & per baptiſmum in CHRISTI morte ſepultus, ad anteactæ malæ vitæ priſtina opera redeat, ſed tantum vt in nouitate vitæ ad opera bona cum CHRISTO reſurgat ſciens ſe peccato mortum, Deo debere de cætero viuere, vt non vltra regnet peccatum in carne: & corpora quæ prius ad iniquitatem exhibebantur patrandam: iam exhibeantur ad operandam iuſtitiam. Neque enim ideo facilius peccare debemus, quod ſub gratia ſumus: ſcientes nos ſemel per gratiā Dei liberos factos à ſeruitute peccati ſeruos noſipſos addixiſſe iuſtitiæ: cui proinde nunc poſt conuerſionem oportet corpora noſtra ſeruire, quemadmodum ante ſeruiebant immunditiæ & concupiſcentiæ. Atque eo etiam magis, quo hæc (nempe iniuſtitia) ſuis ſeruitoribus mortem æternam confert in ſtipendium & mercedis præterea nihil. Iuſtitia vero, ex Dei liberalitate, & modo fructum in ſanctificationem, & in futuro finem optimum vitam æternam, ſuis donat ſectatoribus. In ſequentibus vero duobus capitulis, quomodo à duabus legibus per CHRISTVM ſumus liberati, ad ſeruiendum legi nouæ Euangelicæ declarat. Et primum quidem ſeptimi capitis initio, de lege veteri ſub comparatione mulieris quæ à viri lege per mortem eius abſoluitur, nos docet per mortem CHRISTI legi ſubtractos, ad ſeruiendum CHRISTO in libertate legis

gis Euangelicæ, eo quòd per mortem CHRISTI, lex mortificatiuas priſtinum perdiderit obligationes. Quam ipſe legem mortis nominat, non quod ipſa peccatum ſit aut malum, aut quaſi per ſeipſa ſit mortifera, ſed quia per occaſionem, dum peccata demonſtrat, & gratiam auxiliantem non præbet, propter concupiſcentiæ peruerſitatem ad mala incitat, dum nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata: legem quidem (vt ſanctam nequaquam accuſans, ſed corruptum ſenſualem appetitum in carne inhabitantem, qui etiam bonum poſſit in malum peruertere, grauiter accuſat. Vocat autem hunc concupiſcentiæ fomitem, & peccatum, & legem carnis. Peccatum quidem, eo quod omnis peccati ſit initium, & velut ſeminarium, ſemper ad malum ſolicitans. Legem vero carnis, ex eo quod carnem ſolicitat, incitat, & modo quodam impellit, ad ea quæ vult ipſa (etiam cõtranitente ſpiritu) peragenda: & ſpiritus legi nolens ſubiici, ſemper rebellionem parat, etiam in ſpiritualibus viris & aliquouſque iam perfectis: ita vt ſpiritu bona volente perficere, carnis iſta lex obſtrepat, & impediat frequenter, ſemper autem cum difficultate aliqua faciat operari bonum. Vnde Capite octauo, de ea libertate quam per ſpiritum ſanctum aſſequimur (quæ eſt per gratiam DEI) prolixe & prorſus diuiniſſime diſſerit: oſtendens, quemadmodum per CHRISTI gratiam ab vtraque lege, tam veteri illa, quàm carnali iſta, per CHRISTVM liberamur vt nec ad illam obligemur, neque per hanc ad vllum malum cogamur, ſi modo ſpiritum Dei habeamus in nobis inhabitantem, & ſecundum eius operemur inſtinctum, non ſecundum carnis ſuggeſtionem: per quem ſpiritum, carnem dicit nunc mortificari vitis, & in futuro reſuſcitandam ad reſurrectionem glorioſam: quoniam filii Dei ſunt & cohæredes, Chriſtifideles omnes, qui aguntur ſpiritu adoptionis filiorum DEI: per quem etiam graue non ducmus, pro Chriſti nomine paſſionibus affligi, propter expectationem ſuperuenturæ gloriæ, quomodo & mundialis machina tota nunc ſub ſeruitute laborat, expectans in glorificatione filiorum DEI requiem accipere nobiſcum, à laboribus ſuis. Ad quam tamen ſpeciali modo ſuſpirant, qui ſpiritus in ſe primitias habent, qui ſperare facit (quod adhuc non videtur) corporis & animæ glorificationem: qui etiam modo noſtram ignorantiam inſtruens, nos Deum orare decet

gratiſſi

gratiſſimis orationibus. Per quem extremo dicit fieri, vt fidelibus in quibus inhabitat omnia cædant in bonum: atque ita diuinam prædeſtinationem, vocationem, iuſtificationem, per eum compleri in electis, vt in nouiſſimo die nemo aduerſus eos vllis valeat accuſationibus præualere, & ſic nos modo in Dei amore confirmare vt nulla poſſit, à CHRISTO creatore, creatura ſeparare, propter ſuperabundantem quam erga nos demonſtrauit charitatem, quando proprio filio, ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit eum. Atque hæc quidem capitulo octauo. In nono autem ſequenti, ne quis in prioribus eum contra legem ex odio ſuæ gentis loquutum fuiſſe exiſtimet, iuramento firmat, maximum ſe habere deſiderium conuerſionis & ſaluationis populi ſui Iſraelitici, cui à Deo in veteri teſtamento plurima erant exhibita peculiaria beneficia. Nec tamen ſe deſperare dicit de impletione promiſſorum Dei, quamuis illi ſecundum carnem Iſraelitæ, nolint Euangelio credere, cum impleantur in veris Abrahæ & Iſaac filiis, ſecundum ſpiritum. Vbi ſub Iſaac & Iſmael, Item Iacob & Eſau (ex quibus vtriſque, alter tantum à Domino ad implendam patris promiſſionem electus fuit) duas videtur lineas filiorum Abrahæ & Iſaac conſtituere, alteram ſecundum carnem, quæ linea ſanctificatur in Iſmael & Eſau. Alteram ſecundum ſpiritum, eorum qui dicuntur ſecundum Iſaac & Iacob filios benedictionis, in quibus implentur diuinæ promiſſiones. Vbi ex verbo Prophetæ: Iacob dilexi, Eſau odio habui, in prædeſtinationis profundiſſimam deſcendit abyſſum, dicens. Non ex noſtris operibus, ſed ex Dei electione libera prædeſtinari bonos, & reprobari malos: nec currentis eſſe, nec volentis, prædeſtinari aut reprobari. ſed Dei miſerentis: nec eum vllam facere iniuſtitiam, cum pro peccatis punit peccatores, quoniam ſicut lutum in manu figuli, ita nos in manu Domini, vt nos vel reprobet in vaſa iræ, vel prædeſtinet in vaſa miſericordiæ. Quos dicit vocatos non ex Iudæis ſolum. ſed & ex gentibus quemadmodum ex prophetarum aſtruit teſtimoniis, quæ de Gētium olim incredularum loquuntur conuerſione, ſimul cum Iudæis CHRISTO credentibus, admirans in fine capitis, mirabili Dei iudicio factum eſſe, vt Gentes ex Dei gratia nō ſperatam neque expectatam ſuſceperint iuſtitiam, quam expectantes & multo ante præparati per legem Iudæis oblatam reſpuerunt, impingentes per inuidiæ cæcitatem in lapidem offenſionis

ſionis. Vnde capite decimo, pro illorum conuerſione Dominum ſe dicit orare, teſtimonium illis perhibens (quod in ſe experientia didicerat) illos zelo quidem Dei, ſed non ſecundum veritatem & rectitudinem ſcientiæ fidei zelare: propter ſuam carnalẽ legem mordicus tuendam, CHRISTI filii Dei Euangelicam legem & æternam reſpuentes, cum ſit tamen ipſe finis totius legis. Ipſa enim lex factorum, obſeruantes in vita tantum conſeruabat corporali, ſed ſecundum ſpiritum per ſe non perfecte iuſtificabat. Noſtra autem lex fidei eſt: quæ hoc requirit à nobis, nõ vt multa faciamus cæremonialia (cuiuſmodi vetus requirebat) ſed vt ſine hæſitationibus & quæſtionibus, ſimpliciter credamus CHRISTVM Dei filium de cœlis deſcendiſſe, & eundem ab inferis deuicta morte ad cœlos aſcendiſſe: in qua fide noſtra ſalus tota conſiſtit, ſi eam corde credamus, & ore cum tempus popoſcerit, confiteamur: quæ ſine diſtinctione aut conſyderatione perſonarum, ex diuitis & liberalis Dei gratia, communis eſt omnibus nomen eius ex fide vera inuocantibus: ſimul addens, quomodo per Apoſtolicam prædicationem, per vniuerſum orbem ſanctæ fidei prædicatio miſſa fuerit, ad omnium gentium ſalutem, quanquam ii quibus primum nunciata fuit, filii Iſrael, propter inuidiam & pertinaciam ſuam noluerint acceptare oblatam, iuxta Prophetarum de vtroque prædicta teſtimonia. Quia vero in his præcedentibus capitulis multa de reprobatione Iudaici populi dixerat, ne quis illos in vniuerſum putet ratione generis ſui eſſe abiectos, vndecimo capitulo. Iſtud infidelitati aſcribendum non generi docet & vſque adeo non generi, vt etiam gratiſſimos dicat Deo eſſe futuros, propter electionem patrum ſuorum & eis factas promiſſiones, ſi tantum velint CHRISTI fidem ſuſcipere, & ſpiritum illum inuidiæ & odii (quo ſunt excæcati, vt non videant) deponere, ſicque futurum vt quemadmodum per infidelitatem ex bona oliua fuerant eiecti, ita & per fidem rurſum inſerantur. Vnde in principio capituli huius, iuxta exemplum Heliæ dicit non dubitandum, quin plurimi adhuc ſint ex Iudæis, quos deus prædeſtinauit, nec in vniuerſum omnes eſſe reprobatos, quanquam per inuidiæ ſpiritum plures iam ſint excæcati. In medio autem, ratione patrum deo (qui de ſuis promiſſis pœnitere neſcit) chariſſimorum, eos ſi conuertantur acceptiſſimos fore demonſtrat, nihilominus quam gentes. Circa finẽ vero capituli, myſterium conuerſionis Iudæorum in fine ſæculi, cū

li,cum plenitudo gentium intrauerit,aperiens,dicit: quomodo olim Gentes poſt longam ſuam incredulitatem, tandem ad fidem conuerſæ,conſequutæ ſunt miſericordiam, ita poſt eam infidelitatem in qua nunc ſunt Iudæi,ſuturum in conſummatione ſæculi poſt detectam Antichriſti nequitiam, vt ad veritatem fidei reuertantur cum gentibus,vt ſit vnum ouile & vnus paſtor. Vbi per exclamationem, profunditatem diuinorum iudiciorum & inæſtimabilem Dei ſapientiam admirans,in gratiarum actione hancde Dei prædeſtinatione ac reprobatione profundiſſimam abyſſum miro ſanctæ humilitatis egreditur artificio. Dehinc, ad moralia tranſit,capite duodecimo,quod moralibus & ſalutaribus admodum inſtructionibus totum eſt refertum: potiſſimumde animi humilitate.& gratiarum à deo conceſſarum mutua ac fideli adminiſtratione in inuicem,& de vindicta per iracũdiam non requirenda,& aliis huiuſmodi .Capite autem decimo tertio,de obedientia præſtanda ſuperioribus poteſtatibus, etiam temporalibus, dat præceptum: diuinæ ordinationi dicens reſiſtere eos,qui poteſtatibus à Deo conſtitutis negant obedientiam. Monet vero ſingulis ſua reddi debita, vt nulli ſint debitores: & charitatem fraternam erga inuicem exhibere,in qua tota lex impletur. Eoque magis, quo iam in die ſumus & in tempore gratiæ,non amplius(vt olim ante Chriſti aduentum) in nocte, propter quod operibus tenebrarum (nempe commeſſationibus & ebrietatibus & impudicitiis) abiectis, operibus lucis debemus noſipſos adornare,carnis deſyderia refrenantes. Capite autem decimoquarto, ad tollerandum inuicem, in charitate hortatur, ſic vt nec perfectiores in fide per ſuperbiam contemnant imperfectos,adhuc aliquid Iudaiſmi in obſeruandis eſcis aut diebus retinentes: neque viciſſim infirmiores iudicent perfectiores, propter Euangelii libertatem legalium obſeruantiarum diſtinctionem negligentes:ſed vt vnuſquiſque iuxta ſuæ fidei rationem, conſcientiæ ſuæ ſatiſfaciat:à iudicandis fratribus multum dehortans,ex eo quod ſoli CHRISTO competit iudicium, cui & viuimus,& morimur, ad cuius tribunal aſtabimus omnes, iudicandi ac pro nobiſipſis rationem reddituri.Non autem ad nos ſpectat iudicare inuicem. Docet autem deinceps, ſecundum veritatem nullum cibum eſſe communem,niſi tantum ex conſcientia eius qui cibum aliquem pollutum aut immundum reputat. Veruntamen propter fratris infirmi ſcandalum præcauendum,

modis

modis omnibus vult perfectiores, etiam ab eo qui ſecundum ſe licitus eſt cibo abſtinere, pro quo CHRISTVS Dominus etiam mori non dubitauit: adiiciens in fine capitis, omne quod non ſecundum fidei rationem contra conſcientiam agitur, peccatum eſſe. Decimoquinto dehinc capitulo, quod prius propoſuerat replicat, vt inuicem ſupportemus in humili charitate, exemplo Chriſti: qui non ſuperbe ſibi placuit, noſtram ſalutem contemnens, ſed noſtras in ſe infirmitates ſuſtinuit, pro nobis improperia ſuſcipiens, ac pœnam mortis, quæ nobis ſunt (quemadmodum & cætera ſcripturarum omnia) indubie in exemplum deſcripta, vt per ea inſtruamur ad bonum & confirmemur in eis. Deinde pro gentilium incircunciſorum & Iudæorum circunciſorum ex animo vera concordia, Deum deprecatur: & vt inuicem ſuſtineant in manſuetudine Chriſtiana, exemplo CHRISTI eos hortatur: vt ſeinuicem non aſpernentur, ſed potius honorent ac reuereantur in domino, qui & Iudæos honorauit, & nihilominus etiam gentes. Iudæos quidem, factus eis ſalutis miniſter, in carne veniens adimplendam promiſſionem patribus eorum factam. Gentes autem, in eo quod hanc ſalutem Iudæis ex promiſſione oblatam, etiam in eos ex ſua miſericordia voluit dilatare, iuxta Prophetarum quæ adducit diuerſa teſtimonia. Poſt hæc circa medium capitis, ad familiaria deſcendens, pro eorum conſummatione, tametſi de eis bene confidat, DEVM deprecatus, ſe excuſat quod confidenter ad illos ſcripſerit, ratione ſui miniſterii Apoſtolici quod accepit in gentibus, in quo ſe ſolo dicit gloriari dum eius prædicatio ſequentibus ſignis atque prodigiis per DEVM confirmata, vſque adeo proficit, vt in vicina omnia loca per circuitum, Euangelium CHRISTI cum magno fructu peruenerit. Idque in talibus locis, vbi nunquam CHRISTI fuerat prædicatum Euangelium. Propter quod ſe dicit hactenus non potuiſſe ad illos accedere, propter nimiam in his regionibus occupationem, quanquam ex multis anteactis annis ſumme id optauerit. Nunc tamen locum non habens amplius in his regionibus, atque ob hoc in Hiſpaniam iter meditans, ſperat ſe iſtac tranſeundo, ipſos inuiſurum. Et nunc quidem ſe proficiſci dicit in Hieruſalem, ad deferendum eam quam ab Eccleſiis gentium collegerat pro pauperibus Hieroſolymitanis eleemoſynam: quo perfecto negocio, ſe ſperat iſtac iter facturum in Hiſpaniam. Orari autem petit pro ſe,

vt à

vt à peruerſis qui in Iudæa ſunt hominibus liberetur & acceptâ poſſit offerre in Hieruſalem oblationem ſuam, pro ſanctorum neceſſitatibus. Capitulum vero ſextum decimum totum pene ſalutationibus occupatur: Niſi quod in medio de cauendis iis qui diſſentiones & mala dogmata, contra Apſtolicam doctrinam ſeminant, interponit: quos ſuo ventri dicit ſeruire, non dei gloriam quęrere, & ſua blandiloquẽtia ſimplices animos decipere. A quibus eos vult caute attendere, ne ſuæ ſanctæ obedientiæ (cuius fama vbiq; vulgabatur) maculam inferant. Iterumq; poſitis ſalutationib⁹ deo ſoli ſapienti, pro ſui reuelatione ſacramenti gratias agens ita terminat egregiam iſtam, & tam verborum quàm ſententiarum pondere magnificam Epiſtolam.

Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD ROMANOS beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO. capitis primi.

a PAVLVS in ſpiritu libertate Ieſu Chriſto deſeruiẽs, nouo miraculo de cœlo, vocatus ad Apoſtolatus officium, deinde ſpiritusſancti iuſſione ſingulariter electus, ad Euangeliũ dei prædicandum: b quod licet nunc primũ ſit manifeſtatum, multo tamen ante in ſcripturis prophetarum fuerat repromiſſum: quod quidem Euangelium de filio eius eſt, quẽ docet & ex patris voluntate prædicat ſolum & verum ſaluatorem hominum: c qui ſecundum humanitatem, temporali natiuitate factus eſt ex progenie Dauid: d de quo fuerat ab æterno prædeſtinatum vt in tempore eſſet ſecundum carnem manens dei filius, eiuſdem omnino cum patre virtutis: e quod per ſpiritum ſanctum huius admirandi operis ſolum authorem factum eſt, qui in idem ſuppoſitum perſonæ vtranque coniunxit naturam, diuinam pariter & humanã: f ſicuti patuit ex eo, ꝙ à mortuis ſurrexit ipſe Ieſus chriſtus dominus noſter, quæ reſurrectio ſine virtute diuina per potentiam mere humanam fieri nunquam potuiſſet: g Per quem chriſtum, à deo accepimus gratiã remiſſionis peccatorum & ſpiritu

TEXTVS EPISTOLAE ad Romanos Beati Pauli Apoſtoli.

Textus. Cap. primum.

a Paulus ſeru⁹ Jeſu xp̄i vocatus Apoſtolus/ ſegregatus in euãgelium dei/

b quod ante promiſerat p̄ ꝓphetas ſuos i ſcripturis ſctis

de filio ſuo/

c qui fact⁹ eſt ei ex ſemine dauid ſecundum carnem.

d qui predeſtinatus eſt fili⁹ dei i ꝟtute/

e ſecundum ſpiritũ ſctificatiõis/

f ex reſurrectione mortuoꝛũ Jeſu xp̄i domini noſtri:

g per quem accepim⁹ gratiã ⁊ apoſto-

latũ/ad obediendũ fidei.

in oib⁹ gẽtibus pro noie eius/ in quib⁹ eſtis ⁊ vos vocati ieſu chriſti dñi noſtri/
h oibus qui ſũt Rome dilectis dei/ vocatis ſanctis.
i Grã vobis ⁊ pax/ a deo patre/ ⁊ domino nr̃o ieſu xp̃o.
a Primum quidem grãs ago deo meo ꝑ Ieſũ xp̃z ꝓ oib⁹ vobis/ quia fides veſtra annũciat̃ in vniuerſo mundo.

b Teſtis eñ mihi ẽ de⁹ cui ſeruio i ſpũ meo/ i euã. filij ei⁹/ q̃ ſine intermiſſiõe memoriã vr̃i facio ſẽp in oratiõibus meis obſecrãs/ ſi quõ tandẽ aliqñ pſperũ iter habeã i voluntate dei veniẽdi ad vos.
c Deſidero eñ videre vos/ vt aliquid impartiar vob' grẽ ſpiritualis ad ɔfirmandos vos/
d id eſt/ ſimul conſolari in vobis/ ꝑ eã q̃ inuicẽ eſt fidẽ veſtrã atq3 meã.

e Nolo aũt vos ignorare frẽs/ q2 ſepe ꝓpoſui venire ad vos (⁊ ꝓhibitus ſũ vſq3 adhuc)

ritualium donorum, atq3 etiã Apoſtolatus officium: vt per meam prædicationem præſtetur obedientia fidei chriſtianę, ad gloriam nominis eius, in omnibus gentibus, de quorum numero etiam vos eſtis, à Chriſto Ieſu ad ſuam fidem vocati. h Ille (inquam) paulus, ſalutem dicit omnibus qui ſunt Romæ à Deo dilectis, vocatis ad ſanctitatem. i Hęc eſt autem ſalutatio mea, Gratia vobis & pax à deo patre, & domino noſtro Ieſu chriſto. a Primum quidem gratias ago deo patri per IESVM CHRISTVM (per quem, ab eodem cuncta nobis bona proueniunt) pro omnib⁹ vobis, quod fama fidei veſtræ vniuerſum mundum pertranſiit, & in plurimis locis de veſtra fide fama bona ſpargitur. b Deũ teſtor, cui ſeruio ſpiritu, in denunciatione euangelii filii eius, quod in omnibus orationibus meis veſtri memor ſim, aſſidue deprecans, vt placeat deo, vel tandem aliquando noſtrum iter ad vos dirigere. c Valde eñ deſidero videre vos, ob hanc cauſam potiſſimum, vt aliquã ſpiritualem gratiã, vel abũdantius, vel firmius, Deo donante, quaſi ex meo aduentu, ſuſcipiatis. d Hoc volo, vt per meum ad vos aduentum pariter accipiamus conſolationẽ, per fidẽ quã ad inuicẽ cõmunem habemus, vos eandẽ nobiſcũ, & nos viciſſim eandem vobiſcum. Magna enim cõſolatio foret vtriſq3, ſic ex aduentu præceptoris, & Apoſtoli veſtri, & vos certi redderemini de fide veſtra, & ego de veſtro, quem audiui, profectu: e Et omnino hoc vos ſcire cupio, quoniã per me non ſtetit, quod hactenus ad vos non venerim. Cum enim ſæpius ꝓpoſuerim, neſcio tamen quomodo variis occupationibus, & eccleſiarum ſolicitudinibus (quibus ob ſuam imperfectionẽ adhuc noſtra præſentia opus eſt) detẽtus atq; impedit⁹, vſq3 modo nõ potuerim propoſitũ perficere.

cere. f Ideo(inq̄)propoſui venire ad vos, vt aliquem fructum & vtilitatē ſpiritualē conferrem vobis, ſicut & cæteris gentibus non parum contuli. Neceſſitas enim mihi incūbit, vt quantū in me eſt, ad ſalutem perducam vniuerſos. g Nam grecis ac barbaris, ſapiētibus, & inſipientibus, deniq; vniuerſis citra delectum debitor ſum: Ita vt prompt⁹ ſum (quantum ex me eſt) etiam vobis Romanis euangelium prędicare. An putatis, ob erubeſcentiam non audere me Euangelium chriſti in Romam adferre, atq; ideo hic malle deliteſcere? h Nequaquam erubeſco euangelium, quandoquidem ipſum eſt virt⁹ dei, quod ſolum poteſt ſaluos facere ſine diſcretione omnes credentes: i Et habent quidem in euangelii gratia primas partes Iudęi, quibus à diebus antiquis peculiariter ꝓmiſſa eſt. Nihilominus tamē etiam gentiles, ſi velint credere, per ipſum ſalui fient. a Nam in eo & per ipſum Euangelium, vera iuſtitia corā deo, quæ eſt ex fide, manifeſte cūctis proponitur, in fidem, hoc eſt, vt credant Euan. homines, & ex fide deinceps quærāt iuſtificari: b Iuxta ſcripturam, quæ dicit, Iuſtum ex fide Dei iuſtificari, atque vitam animæ habere. c Docetur enim & prædicatur in eodem euangelio ira magna dei & vindicta grauis, quæ ſuo tépore de cœlo, adueniente iuſto iudice, veniet ad puniendum omnem impietatem, qua cōtra deum, & omnem iniuſtitiam, qua contra proximos peccauerunt homines infideles et maligni, d qui veritatem à deo ſibi reuelatam iniuſte occupant, male viuendo. e Dico veritatem illos detinere, quoniam quantum ſatis fuit noſſe de Deo, habuerunt in ſua cognitione manifeſtum: f quoniam deus ex creaturis, per virtutem naturalis luminis quod eis tribuit, neceſſariorū eis cognitionem dedit ſuf-

f vt aliquē fructum habeā i vobis/ ſicut ⁊ i ceteris gētibus.

g Grecis ac barbarꝭ ſapientibus ⁊ inſipientibus debitor ſū/ ita qđ in me prōptū eſt ⁊ vobis/ qui Rome eſtis/ euangelizare.

h Nō ei erubeſco euangeliū/ virtus ei dei eſt in ſalutē omni credenti/

i Judeo primum/ ⁊ greco.

a Juſtitia enim dei i eo reuelať/ ex fide in fidem.

b ſicut ſcriptū ē: Juſt⁹ aūt ex fide viuit.

c Reuelať enim ira dei/ de celo/ ſuper omnē impietatē ⁊ iniuſticiam hominum/

d eorū qui veritatē dei in iuſtitia detinent.

e quia quod notū dei/ manifeſtum eſt in illis.

f Deus eñ illis manifeſtauit.

g Inuiſibilia eĩ ipſiꝰ a creatura mundi / p ea que facta ſũt itel lecta conſpiciũtur /

h ſẽpiterna ꝗꝫ eiꝰ virtus ⁊ diuinitas / ita vt ſint inexcuſa= biles:

i q̃a cũ cognouiſſẽt deuꝫ / nõ ſicut deum glorificauerũt / aut gratias egerunt /

a ſed euanuerunt in cogitationibꝰ ſuis /

b ⁊ obſcuratum eſt iſipiens cor eorum.

c Dicentes ei ſe eſſe ſapiẽtes / ſtulti facti ſunt /

d ⁊ mutauerunt glo riã incorruptibilis dei in ſimilitudinem imaginis corruptibi lis hois / ⁊ volucruꝫ ⁊ quadrupedum / ⁊ ſerpentum.

e Propter quod tra didit illos deꝰ in de ſideria cord͛ eoꝝ i mũdiciã / vt ꝯtume= lijs afficiant corpo ra ſua in ſemetipſis:

f quia cõmutauerũt veritatẽ dei in men daciũ / ⁊ coluerũt ⁊ ſeruierũt creature / potius quã creato ri / qui ẽ benedictꝰ in ſecula Amen.

ficientem: g Attributa enim deo, quæ ſen ſu percipi non poſſunt, à creatione mundia lis machinæ, per ea quæ in ipſis ſunt opera, quaſi per gradus quoſdam intellectu appre henſa, vtcunqꝫ conſpici & cognoſci valent. h Ipſa quoqꝫ virtus ſempiterna, per quam omnipotentia dei creauit omnia, & ipſa ſem piterna diuina bonitas, in qua per virtutem ſuam dei potentia creata omnia diſponit, gu bernat, & perficit, ita vt ſe per ignorantiam excuſare non poſſint. i Quoniam cum co gnouiſſent ex naturali lumine, & dei bene ficio, vnum eſſe verum deum, non dederunt illi tamen diuinum honorem & gloriam, ne qꝫ gratos ſe prę̃ſtiterunt pro accepta ſapien tia, a ſed in cogitationibus ſuis vani facti ſũt, nullum bonum fructũ faciẽtes, de eo mul ta perquirere atqꝫ diſſerere volentes, nihil vero iuxta agnita ſtudentes opera: i. b At qꝫ ita mens eorum & voluntas, propter inſi pientiam malę conuerſationis, ſunt obtene bratę. c Cunqꝫ ſe ſapientes iactitant, tales qꝫ haberi velint, eo ipſo ſtultos ſe faciunt, & demonſtrant, dum illud haberi volunt, à quo longiſſime abſunt. d Et gloriam in corruptibili deo debitam, tranſtulerunt in imaginariam ſimilitudinem hominis corru ptibilis, aut volucrum, aut quadrupedum, aut ſerpentum, pro deo vero, & immortali colentes imagines mortalium hominum, aut irrationales beſtias. e Propter quod, iuſto ſuo iudicio permiſit illos Deus pertrahi à concupiſcentiis praui affectus ſui, ad fœdiſ ſimam immunditiam, ita vt ſua corpora in auditis contumelijs afficerent in ſuam igno miniam, f idque, vt iam dixi, quia pro vero Deo, falſos deos (qui non ſunt niſi figmenta hominũ) coluerunt, ſeruientes creaturæ, præ termiſſo creatore, in ignominiam eius, qui eſt ſolus Deus verus, & vere colendus, in ſæ

cula

cula benedictus, Amen. g Hac, inquam, de cauſa, in huius vindictam ingratitudinis iuſto iudicio, permiſit illos deus ruere in paſſiones, ignominia & confuſione plenas. h Nam fœminæ virorum vſum naturalem relinquentes, abuſę ſunt ſeinuicem contra naturæ inſtituta. i Sic & maſculi fœminarum vſu, qui ſecundum naturam eſt, relicto, peruerſæ libidinis ęſtu, inſeinuicem, reclamante naturæ honeſtate, ſūt bacchati, turpiſſima fœditate ſeinuicem perfundentes, & ſuæ idololatriæ condignam mercedem, ſic maculati, in ſeſe recipientes. a Et ſicut agnitus Deus non eis complacuit, vt eum fideli deuotione, & conuerſatione digna glorificarent: ita viciſſim repulit & illos Deus, permiſitq; in ſenſum peruerſum ruere, vnde eruendi non erant, vt facerent ea quæ nunquā̄ conueniunt. b Ipſos, inquam, maculatos omni iniquitate, peruerſa malitia, fornicatione, auaritia, libidinoſa & laſciua nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentionibus, dolis, moroſa malignitate: c aduerſum maiores in occulto ſuſurrones, poſt tergū in abſentia proximis detrahētes, odibiles deo, ad inferendas contumelias & probra paratos, d ſupra ſe de ſe ſentientes, alios præire contendentes, & ad magna aſpirantes, diligentes in adinuentione malorum, ſuperioribus inobediētes, e in quib⁹ eſt nihil verę ſapientię, nihil ordinis aut rectę compoſitionis, qui neq; naturali affectione cōmouētur ad pietatem, fœdera & pacta ſeruare nō curant, compati nec ſibi, nec aliis neſciunt. f De his ego dico, quod cum deum ex data ſibi cognitione iuſtum cognoſcerent: noluerūt tamen intelligere, nec cordi illud imprimere peccatis mentē obſcurantibus, & volūtatem à recto abſtrahentibus, quod qui talia agunt neſanda facinora, digni ſunt æternæ

g Propterea tradidit illos de⁹ in paſſiones ignominie.
h Nā̄ femine eorū immutauerūt naturalē vſū/ in eū vſum qui eſt ɔtra naturā̄
i Similit aūt ⁊ maſculi/ relicto naturali vſu femie/ exarſerūt i deſideriis ſuis in iuicē/ maſculi in maſculos turpitudinē opātes/ ⁊ mercedē (quā̄ oportuit) erroris ſui in ſemetipſis recipientes.
a Et ſicut deū nō probauerūt habere in notitia/ tradidit illos de⁹ i reprobū ſēſū/ vt faciāt ea que non conueniunt.
b Repletos oi iniqtate/ malitia/ fornicatiōe/ auaritia/ nequitia/ plenos inuidia/ homicidio/ cōtētiōe/ dolo/ malignitate/
c ſuſurrones/ detractores/ ðo odibiles/ contumelioſos/
d ſuperbos/ elatos/ inuentores malorū/ parentibus non obedientes/
e inſipiētes/ icōpoſitos/ ſine affectione/ abſq; federe/ ſine miſericordia/
f Qui cū iuſtitiā̄ di cognouiſſent non intellexerunt/
qm̄ qui talia agūt/ digni ſunt morte.

g nō ſolū qui ea faciunt ſed etiā qui cōſentiunt facientib⁹

mortis pœna. g Non ſolum qui ea faciunt per ſemetipſos, ſed etiam qui alios permittunt hæc agere, quos deberēt & poſſent ab eiuſmodi cohibere: ne forte immunes ſe putēt gentilium principes & ſapientes, qui cognoſcentes veritatem dei, populum in idololatria ſua ireprehenſū dimiſerunt, quem ad veritatē inſtruere debuiſſēt. Sic igitur patet nullam excuſationem relictā gentibus, quin illi ſubiaceant iræ, que in euangelio manifeſtata eſt, de cœlo vētura ſuper omnes īpios

TEXTVS. CAP. ſecundum

a Propter quod iexcuſabilis es / o homo / ois qui iudicas.

b in quo ēm iudicas alterum / teipſum cōdemnas. Eadē ei agis que iudicas. c Scimus ei qm̄ iudiciū dei eſt ſecundum veritatē i eos qui talia agūt.

d Exiſtimas autem hoc / o hō / ois q iudicas eos / q talia agūt ⁊ facis ea / q; tu effugies iudicium dei? e An diuitias bonitatis eius ⁊ patientie ⁊ lōganimitatis contemnis? f Ignoras: qm̄ benignitas dei ad penitentiā te adducit? g Scdm̄ aūt duriciē tuā ⁊ ipenitēs cor /

ELVCIDATIO CAP. II.

a EAndem ob cauſam, certiſſim⁹ expecta hanc dei iram atq; prædictā damnationem, quiſquis præſumis alium iudicare in eo quod ipſe agis, quemadmodum vobis contingit, qui odioſis contentionibus inuicem iudicatis, Iudæi gentiles, & gentiles Iudęos: cum ſitis omnes peccatis inuoluti. b Hoc ipſo enim quod alium iudicas & morte dignum pronuncias, veritatem noſſe te demonſtras: itaq; teipſum condēnas, & ſētentiā dānationis cōtra temetipſū profers: cū illlud ipſū tu agas, qd̄ in alio condemnas. c Hoc autem firmiſſimum habemus (iuxta quod reuelatum prædiximus) iudicium Dei venturum, abſque diſcretione contra omnes talia mala agentes. Forte autem perſuades tibi impunitatem, propterea quod expectat deus, & vindictam differt iræ ſuę. Noli errare. d Num ēm ideo ſperas in finem effugere tu qui alios iudicas in eo quod agis, quia nunc deus diſſimulat? e Quare copioſam Dei benignitatem, per quàm tibi parcit: & longanimitatem, per quam te expectat: et tollerantiam, per quam te ſuſtinet, ſic contemnis: abutens eis in malitiæ tuæ augmentum? f Nunquid non aduertis, his modis deum te allicere, & quodam modo inuitare ad pœnitentiam? g Tu ve-

ro ecō

ro e contrario, propter durum & impœnitẽs cor tuum (quod te facit dona dei non attendere, & beneficiis non emolliri) cuncta nunc in meritum data expendis, in damnationem tibi comparandum, coaceruandam, & cõmẽdam quæ patebit ſuper te in die illa, quando iratus reuelabitur iuſtus iudex, qui mercedẽ dabit vnicuique ſecundum opera ſua: h iis quidem qui in perſeuerantia bonorum operum quæſierunt vitam æternam, redditur⁹ eſt gloriam, honorem, & incorruptiblitatem æternitatis: i iis autem qui contentionib⁹ deſeruiunt, ſimplicitati fidei reſiſtentes, qui nolunt ſimpliciter ſimplici veritati euangelicę credere, ſed magis erroris impietatibus acquieſcunt, his, inquam, veniet vltio diuina, & intollerabilis atq; implacabilis furor domini, atq; inde afflictio tribulationis, & anguſtia cordis: a non in corpus tantum (quod pro minimo foret) ſed, quod grauius eſt, in omnem animam hominis cuiuſlibet, qui fuerit in hac vita malis operib⁹ coinquinatus. b Sub qua ira & vindicta primas partes habent increduli & mali Iudæi, ſi iuxta acceptam legis gratiam non vixerint. Nihilominus tamen & gentiles, ſi male fuerint operati, eidem erunt damnationi, ſine excuſatione, obnoxii. c Gloria autem, & honor, & ęterna pax, omni qui bene fuerit operatus: primum quidem Iudæo, ſimul & Grçco. d Non enim reſpicit Deus perſonam hominis, vt ex perſonæ reſpectu, ſine operũ examinatione, hunc iudicet, illum ſaluet: e ſed qui ſine lege ſcripta peccauerunt gentiles ſine ſcripta etiam lege, propter ſolam naturalis dictaminis transgreſſionem, condemnabũtur. f Et qui ſcriptam legem acceperũt Iudæi, per eandem condemnabũtur, ſi eã fuerint tranſgreſſi. g Non enĩ apud deum ſatis eſt ad ſalutem, legẽ accepiſſe, neq; legis auditores

theſaurizas tibi irã in die ire ⁊ reuelationis iuſti iudicii dei q reddet vnicuiq; ſecundũ opa eius/

h iis quidẽ q ſcdm patiẽtia boni opis/ gliã ⁊ honorẽ ⁊ incorruptionẽ querẽtibus vitã eternã/

i iis aũt qui ſũt ex contẽtione ⁊ qui nõ acquieſcũt veritati/ credunt aũt iniquitati ira ⁊ indignatio: tribulatio ⁊ ãguſtia/

a in oẽꝫ aiaꝫ hoĩs/ opantis malũ:

b Iudei primum. ⁊ Greci.

c Gloria aũt ⁊ honor ⁊ pax oĩ opantĩ bonũ: Iudeo primũ ⁊ Greco:

d nõ eĩ eſt acceptio pſonarũ apud deũ.

e Quicunq; eĩ ſine lege peccauerunt/ ſine lege ⁊ peribunt.

f ⁊ quicunq; i lege peccauerunt p legẽ iudicabuntur.

g Nõ eĩ auditores legis iuſti ſunt apõ deuꝫ/ ſꝫ factores legis iudicabunt.

h Cũ eñi gentesque legem nõ habẽt, naturaliter ea que legis ſunt faciunt, cuiuſmodi legẽ non habentes, ipſi ſibi ſunt lex.
i qui oſtendunt opꝰ legis ſcriptũ i cordibus ſuis,
a teſtimonio reddẽte illis ↄſciẽtia ipſoꝝ
b ⁊ interſeinuicẽ cogitationũ accuſãtiũ aut etiã defẽdẽtiũ, in die cũ iudicabit deus occulta hominũ ſcd̃ʒ euangeliũ meũ per Jeſuʒ chriſtum.
c Si auteʒ tu iudeꝰ cognominaris, ⁊ requieſcis i lege, ⁊ gloriaris i deo ⁊ noſti volũtatẽ eiꝰ, ⁊ pbas vtiliora, inſtructus p legẽ: ↄfidis teipſũ eẽ ducẽ cecorum, lumẽ eorũ qui in tenebris ſũt: eruditorẽ iſipiẽtiũ, magiſtrũ ifãtiũ habẽtẽ formã ſciẽtie ⁊ veritatis in lege.
d Qui ergo aliũ doces, teipſum non doces: qui predicas nõ furãdũ, furaris: qui dicis nõ mechãdũ mecharis: qui abominaris idola, ſacrilegiũ facis.
e qui i lege gloriaris, p preuaricationẽ legis deũ inhonoras.
f Nomẽ eñi dei p vos blaſphemat inter gẽtes ſicut ſcriptũ eſt.

tores ex ſolo auditu iuſtificantur: ſed qui legem acceptam impleuerint opere, hi euadẽt condemnationis iudicium. h De gẽtibus autem quomodo & quare iudicabuntur, ita declaramus. Nam cum gentes ſcriptam legem non habentes, naturali mentis lumine illuſtrati, ea faciunt bona opera, quæ moralis lex præcepit ipſis ſua mens lex quædã eſt in qua legis opera ſcripta ſe habere demõſtrãt, a dum illis teſtificatur rationis dictamen (quod conſcientia) quid agendum eſt, quid omittendum, quemadmodum lex vetus iſta ſcripto indicat, b quod & cogitationes, quas hinc defendentes bonas, illinc accuſantes malas in ſe habent, aperte declarant: quæ & nunc quidem, coram conſiſtorio rationalis iudicis agunt, & reuelabuntur apertiꝰ fientque palam, ante conſiſtorium diuinitatis, in die illa cum iudicabit Deus occulta cordium, per IESVM CHRISTVM ſecundum euangelium quod prędico. c Nũc igitur audi Iudæe, vt comprimatur & tua elatio. Donemus tibi vt iudæus cognomineris, places tibi in lege, gloriaris in deo, à quo legem accepiſti, per quam & noſti voluntatem eius & vtiliora prę gentibus potes probare, Confidis quoq; te lege inſtructum ducere cæcos, & in tenebris exiſtentes illuminare, poſſe erudire inſipientes, infantes ac rudes docere, eo quod habeas legem vt formã veræ ſcientiæ & certæ veritatis, donemus, inquam, hæc tibi. d Qui igitur doces alium cur teipſum non doces? qui prædicas non furandum, cur ipſe furaris? qui clamas non mœchandum, cur ipſe mœcharis? qui idola abominaris immunda, cur ſacra polluis, legẽ pręuaricando? qđ certe ęquale peccatum eſt. e Qui in lege gloriaris, cur pręuaricãdo legem, Deum blaſphemas? f Ecce enim gentes veſtram malam conuerſationem viden-

tes

tes, vos inducitis in dei blaſphemiàm, atque ita per occaſionem veſtrę conuerſationis malæ, nomen Dei veſtri etiam inter gentiles blaſphematur, ſicut per increpationem olim ſancti prophetę ſcripſerunt patribus veſtris Quid autem vultis in circúciſione gloriari præ gentibus, dum legem tranſgredimini? g Fateor quidem circunciſionem profuiſſe ſuo tempore, legem obſeruanti. At ſi legem negligis, nihil tibi amplius circunciſio quàm præputium proderit, & eris propter legis præuaricationem, æque atque præputiatus damnationi obnoxius. h Quin & prępu tiatus, ſi iuſtitias legis cuſtodierit, tanquàm circunciſus reputabitur. i Et ſtabit in iudicium præputiatus qui legem impleuit, aduerſum te, qui literæ inhærens tantum & carnis circunciſioni, legem tranſgreſſus es minima obſeruans, & pręcipua omittens, cæremonialia implens, & moralia tranſgrediens. a Non enim qui coram hominibus Iudæus eſt, hunc Deus Iudæum verum ſpiritualiter reputabit: neque circunciſionem carnis exteriorem, Deus circunciſionem veram reputat: ſed qui ĩ abſcondito Iudęus eſt, hoc eſt, iuſtitias legis obſeruans, hic, inquam, coram deo iudæus eſt: & vera eſt circunciſio cordis quæ ſpiritu fit, non quæ carne: b cuius laus non coram hominibus (quia nunc latet) ſed coram deo eſt qui intuetur abſcondita cordium.

g circunciſio quidē ꝓdeſt, ſi legē obſeruas, ſi autē ꝑuaricator legis ſis, circūciſio tua ꝑputiū facta eſt.

h Si igitur ꝑputiū iuſtitias legis cuſtodiat, nōne pręputiū illius in circunciſionem reputabitur?

i Et iudicabit id qđ ex natura eſt pręputium legem conſummans, te, qui per literam & circunciſionem pręuaricator legis es.

a Non enim qui in manifeſto iude⁹ eſt, neq; que in manifeſto in carne eſt circūciſio, ſed q̇ in abſcondito Iude⁹ eſt & circūciſio cordis in ſpiritu non litera.

b cuius laus non ex hoib⁹, ſ; ex deo eſt.

ELVCIDATIO CAP. III.

QVoniam vero videmus circunciſum æquare incircunciſo, quærat forſitan ex Iudæis quiſpiam. a Si ita eſt vt dixiſti, quid ergo habet iudæus ꝑ gentili, in quo antecellit eum, aut quam præſtat vtilitatem circunciſio, quam præputiatus non habeat? Videris enim æquaſſe vtroſque. b Huic quæſtioni ego reſpōdeo, quod in mul

TEXTVS. CAP. tertiū.

a Quid ergo amplius Iudeo eſt? aut q̄ vtilitas circunciſionis?

b Multū ꝑ oēs modū

in multis omnino Iudæorum præcellit cōditio: ſiue corpus ſpectes ſiue animū, ſiue temporalia promiſſa, ſiue ſpiritualia bona. c Verum inter cætera præcipuum eſt reputādum, quod illis diuina eloquia, hoc eſt, prçcepta & ꝓmiſſa, ſint tradita in ſcripturis, per legem atq; prophetas. d Et licet plurimi patrū non crediderint Dei eloquiis, putabimus hoc illis imputari qui recte crediderunt? e Certe ſi ita credimus, fidelitatem dei irritam facimus, eiꝰq; fidei multum derogamus. f At verò deus verax eſt, cum ſit omnis homo mendax, ac per ſe promptus ad mendacium & infidelitatem, niſi à deo inſpiretur ad eloquendum & operandum veritatem. Et tanto deus magis eſt verax, quanto etiā infidelibus & mendacibꝰ nobis, ſuam fidem ſeruat: g ſicut ſcripſit dauid loquens dño: Munda me à pectō meo, quo tibi ſoli peccaui: vt ſic tu iuſtus appareas in verbis tuis, quibus miſericordiam promittis pœnitentibus. h Et redarguantur confuſi qui te criminantur et iudicant, vel de nimia ſeueritate vel de infidelitate. i Ex quo dauidis verbo, forte ſcrupulus vobis ſuboritur, quoniam ſi noſtra iniquitate dei iuſtitia declaratur & cōfirmatᷣ, ſicut prædiximus, conſequi videtur, vt iniquus ſit deus, qui pro peccatis noſtris, irā velit inferre peccantibus. a Et ſic certe loquūtur hoīes, ſecundum carnē ſapientes, b ſed nequaquā ita res habet. Nō ei poteſt eſſe iniquus, qui iudex eſt mūdi. c Quod ſi ita eſſet cum iuſtitia dei in meo peccato plurimū abūdanter prç oībus fuerit glorificata, in eo qđ mei miſertus eſt, qui eram primus & maximus peccatorum: quare ſicut peccator olim, nunc meipſum iudico, cui ex tāto peccato videretur maior præ cæteris deberi gloria? d Et cur nō potius carni indulgentes mala faciamus etiā plura & ampliora, vt bona inde proue-

c Primū q̄dē: quia credita ſunt illis eloquia dei:

d Quid ei/ ſi cuídā illoꝝ nō crediderūt? e Nūquid incredulitas illoꝝ fidē dei euacuauit? abſit. f Eſt aūt deꝰ verax omnis aūt homo mēdax.

g ſicut ſcriptū eſt: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis:

h ⁊ vicas cū iudicaris.

i Si autē iniquitas noſtra iuſtitiā dei cōmēdat: q̄d dicemꝰ? Nunquid iniquꝰ eſt deus/ qui infert irā?

a Scd̄ꝫ hoīeꝫ dico.

b Abſit/ alioquin quomodo iudicabit deꝰ hunc mundum?

c Si ei veritas dei in meo mendacio abūdauit in gloriā ipſiꝰ: q̄d adhuc ⁊ ego tāq̄ꝫ peccā iudicoꝛ?

d Et nō ſicut blaſphemamur/ ⁊ ſicut aiūt q̄dā nos dicere faciamꝰ mala vt veniant bona/

prouenian: quoniam optimum eſt deum iuſtificari, & eius iuſtitiam ac miſericordiam commendari: quod nos quidā maleuoli affirmant docere, per calumniā ex verbis noſtris peruerſe intellectis nobis obiicientes, quòd doceamus facienda eſſe mala, propter glorificationem dei: e ſed damnationem ſibi iſti conquirunt, dum noſtris verbis ſic peruerſe intellectis, abutuntur ad noſtram infamiam & ut ad peccati libertatem. Sed miſſa hæc faciamus. f Quæramus ergo: Cū (vt modo diximꝰ) multa per omnem modū vtilitas ſit ex circunciſione, & multis ſint Iudęi beneficiis peculiariter affecti à deo: an habēt ex hoc aliquid, in quo merito ſe debeant coram deo præponere gentibus, iiſq; ſe anteferre, & cōtra eos gloriari? Prorſus nihil. g Siquidē iam ante patētibus rationibus demonſtrauimus, tā Iudæos quàm gentiles omnes, peccato eſſe obnoxios. Nam de Iudæis, ſic quidem ſcribit proprius eorum Pſalmiſta, h Quia non eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, non eſt requirens Deum. i Omnes aberrauerunt, pariter inutiles facti ſunt, à legis impletione deficientes: Non eſt ex eis qui faciat bonum, non eſt nec vnus quidem. a Ipſi pleni ſpurcitia, & fœditatem exhalantes eius qua interius pleni ſunt malitiæ vt alios quoque vorent, quodammodo aperti ſunt, admodum ſepulchrorum patentium, quę & fœtorem exhalant, & ad vorandum aperta ſunt, dolos loquuntur, doctrinas plus quā venenoſas labiis retinentes: b quorum os maledictis & amarulentia ſcatet, ita vt ad maledicendum ſint paratiſſimi, ſimiliter & prompti in ſanguinis effuſionem. c Conteruntur miſeri hæc agentes, in viis ſæculi, laſſantur in via iniquitatis, ambulantes vias difficiles: viamq; pacis ignorantes, neſciunt deum conſtituere præ oculis. Nolo autē hæc

e quorū dānatio iuſta eſt.

f Quid ergo? Præcellimus eos? Nequaquam:

g Cauſati em̄ ſumꝰ Iudeos & grecos, oēs ſub pctō eſſe, ſicut ſcriptum eſt.

h Quia nō eſt iuſtꝰ quiſquam, non ē intelligens, nō eſt requirēs deū, i oēs declinauerūt, ſimul inutiles facti ſūt. Nō eſt q̇ faciat bonū, nō eſt vſq; ad vnum.

a Sepulchrū patēs ē guttur eorū linguis ſuis doloſe agebāt, venenū aſpidū ſub labijs eorum.

b Quorū os maledictiōe & amaritudine plenū eſt: veloces pedes eorū ad effūdendum ſanguinem, c cōtritio & infelicitas in vijs eorū & viā pacis nō cognouerūt, nō eſt timor dei ante oculos eorum.

d Scimus aũt quoniam quecũq; lex loquit, iis qui in lege ſunt, loquitur

e vt os obſtruat,

f & ſubditus fiat ois mundus deo:

g quia ex operibus legis nõ iuſtificabit ois caro, corã illo.

h Per legem eni, cognitio peccati.

i Nunc autẽ ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata a lege & pphetis.

a Juſtitiam enim di p fidẽ Jeſu xp̃i iomnes & ſuper omnes qui credunt in eum: Non eni eſt diſtictio

b Oẽs eni peccauerũt, & egẽt glia dei.

c iuſtificati gratis p gratiam ipſius,

d per redẽptionẽ q̃ eſt in xp̃o Jeſu, quẽ propoſuit deus ppitiatorem per fidez,

e in ſãguie ipſi⁹, ad oſtẽſionẽ iuſtitie ſue,

hæc à vobis Iudæis, in gentes torqueri.
d Scio enim & dico, quicquid hoc in pſal.
ſcriptum eſt, de nobis Iudæis ſcriptum eſſe:
vt hac ſcriptura etiam veſtra comprimatur
iactantia, ſicut & gentium initio epiſtolæ
gloriam compreſſimus, e atque ita demũ
omne os obſtruatur: ne glorietur quiſquam
quaſi ſine peccato apud deum. f & vt omnes per humilitatem confeſſionis ſubditi fiant deo, ab eo petẽtes iuſtificationem, & peccatorum remiſſionem: g quoniam ex operibus legis fruſtra quęritur iuſtificatio, quã
conferre lex ſuis obſeruatoribus non poteſt,
h per legem enim tantum demonſtrantur
peccata, & in cognitionem peccati, ipſa hominem inſtruit, ſed auxilium gratiæ ad ipſa
euitanda non præbet, nec ſacramenta ad expiationem ſufficientia habet. i Nunc vero
hoc nouæ legis tempore, manifeſtata eſt nobis & prædicata vera iuſtitia, de qua olim à
diebus antiquis prædixerunt & teſtificati
ſunt lex atque prophetæ. a Hæc eſt autem iuſtitia dei, Credere in Ieſum chriſtum,
communiter propoſita omnibus de cœlo,
quibus placuerit credere in eum, citra omnem perſonæ diſcretionem. b Quoniam
quidem omnes peccauerunt, & neceſſe habẽt
omnes, vt in ipſis glorificetur deus: c nempe hoc pacto, vt non ex noſtrorum operum
merito, ſed per meram gratiam dei iuſtificemur à peccatis noſtris, d per redemptionem quam gratis ex amore chriſtus Ieſus
operatus eſt: quem deus pater in palam dedit,; & in commune propoſuit omnibus, ad
repropiciandum & expiandum peccata omnium, qui per fidem in eum vellent credere:
e ad repropiciandum, inquam, per vim atque efficaciam ſanguinis ſui, quem in cruce
pro nobis effudit, vt oſtenderet nobis pater
ſeueritatẽ iuſtitię ſuę, qui etiam proprio filio
ſuo

ſuo non pepercit, ſed in mortem pro peccatis noſtris tradidit expiandis. f Hoc autem propiciatore opus erat vt dimitterentur nobis peccata quę ab initio præceſſerunt, deo longanimiter tolerante vſq; in hoc tempus, quando iuſtitiam fidei quæ coram eo vera iuſtitia eſt, decreuit manifeſtare, vt appareat ipſe iuſtus, iuſtificando omnes qui credūt in Ieſum chirſtum g Nunc vides iudęe omnem tibi gloriationem aduerſus incircunciſos ſublatam non quidem legem Veterem, quæ eſt lex operum, in eos ſuperextendēdo, ſed legem fidei eis communicando. h Stat enim fixa ſententia, poſſe hominem iuſtificari ex fide chriſti, ſine operibus legis. i Non enim eſt Iudęorum deus tantum, ſed & gentium: itaq; curæ eſt illi, etiam de gentibus ſicuti et de vobis: a vnuſq; eſt deꝰ, qui & circunciſos vos, & illos pręputiatos eadem ex fide iuſtificat. b Ne ergo dixeritis nos legē ſubuertere, imo vero dicite nos legem perficere atq; firmare, quoniam in meliorem ſtatum eam adducimus, in quo & communior ſit pluribus, & ſemper ſtabilis.

ELVCIDATIO CAP. QVAR.

a Obijcietis mihi: ſi ita vilipenditur circunciſio, dicaturq; nihil eius obſeruatio ad iuſtitiam facere: quid ergo tantum pro magno dono eam accepit Abraham pater noſter ſecundum carnem à deo? Reſpondebo paulopoſt, ſi ante probauero, non iuſtificatum Abraham eſſe, nec ex circunciſione, nec ex vllis legis operibus. Nemo enim quærens ex ſuorum operum rigoroſo debito iuſtificari, gloriam habet coram deo, b Igitur ſi abraham ex operum ſuorū condigno debito tantum, iuſtificatus dicatur conſequitur, ipſum non habere gloriam apud deum. c Sed vide, quia repugnat ſcriptura, dicens: inde Abraham coram deo iuſtum

f ꝓpter remiſſioneꝫ
ꝑcedētiū delictoꝝ/
in ſuſtētatione dei/
ad oſtētionē iuſtitie
eius i hoc tꝑe/ vt ſit
ipſe iuſtꝰ ⁊ iuſtificās
eū ꝙ eſt ex fide Jeſu
chriſti.
g Ubi ergo ē gloria
tio tua? Excluſa eſt.
ꝑ quā legē? Factoꝝ?
Nō: ſꝫ ꝑ legē fidei.
h Arbitramur ei iu
ſtificari hoīeꝫ ꝑ fidē
ſine opibus legis/
i An iudeoꝝ deꝰ tā
tum? Nōne ⁊ gētiū?
Jmo ⁊ gentiū.
a Quoniam ꝙdē vnꝰ
eſt deus ꝙ iuſtificat
circunciſioneꝫ ex fi=
de: ⁊ ꝑputiū ꝑ fideꝫ.
b Legē ergo deſtrui
mus ꝑ fidē? Abſit/ ſꝫ
legem ſtatuimus.

TEXTVS. CAP. quartū.

a Quid ergo dicemꝰ
inueniſſe abrahā pa
trē nr̄m ſcd̄m carneꝫ?

b Si enim abrahaꝫ
ex opibꝰ iuſtificatꝰ
eſt habet gl'iaꝫ/ ſꝫ nō
apud deum.
c Quid eī dicit ſcri
ptura? Credidit A=
brahā deo ⁊ repu-
tatū ē illi ad iuſtitiā.

ſtum reputatum, quod crediderit ei. Credidit, inquit, Abraham deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Dum autem fidem ad iuſtitiã reputatam dicit, gratiam ſignat, debitum excludit. d Nam homini operario, ex operum cõdignitate, ac rigore debiti, mercedem quærenti: quæ datur merces non quaſi gratuita dicenda eſt, ſed ſecundum debitum ſolui: e Qui vero ex operibus mercedem quaſi debitam non ſpectat, credit autem in eum qui iuſtificat impium, non auarè quaſi mercenarius in mercedem intendens tantum, ſed quicquid operatur boni deo liberaliter & fideliter committens, per hanc ſuam fidem iuſtus ille coram deo habetur, ſecundum benignam dei acceptationem, nõ ſecũdum operationis bonæ condignitatem: f quod & dauid teſtatur, dum illum hominem deſcribit beatum, quem deus gratuito iuſtum habet, non quaſi ex operum debito, perinde ac ſi ſatiſfeciſſet ad ſuam iuſtificationẽ. g Beati, inquit, hoc eſt, iuſti, quorum ſunt iniquitates remiſſæ, & quorum peccata vltra Deus nõ videt, nec recordatur. h ille vir beatus eſt, iuſtus, cui non imputat ſiue aſcribit Dominus peccatum. Ecce abſolutam deſcribens iuſtitiam, nullius facit operis mentionem, totam eam apud deum in peccatorum remiſſione conſtituens, quæ ſecundum dei beneplacitum acquiritur, et non ſecũdũ debitum Vel condignum meritum. Cui enim vult deus, peccata dimittit, & nulli in hoc debitor eſſe poteſt. i De hac ergo iuſtitiæ beatitudine vos ĩterrogo, an inter Iudæos tãtum inueniatur, ſolis circunciſis peculiariter cõueniens, an potius etiam gentibus communis eſſe poteſt incircunciſiis? a Huius autem ſecundæ partis veritas clara eſt, ex eo quod dicit ſcriptura: Abrahæ ſuam fidem reputatã à deo ad iuſtitiam. b Sed quando hoc de

Abra

d Ei autẽ qui opaẽ / merces nõ iputatur ſcdm gratiam / ſed ſecundum debitum.

e Ei vero qui nõ operaẽ credẽti aũt in eũ q̃ iuſtificat ipiã / reputatur fides eiꝰ ad iuſtitiam ſcdʒ ꝓpoſitũ gratie dei.

f ſicut ꝛ dauid dicit beatitudinẽ hois / cui deꝰ accepto fert iuſtitiam ſine opibꝰ

g Beati quoꝝ remiſſe ſũt iniqtates ꝛ quorũ tecta ſũt pctã.

h Btũs vir cui non imputauit dñs peccatum.

i Beatitudo ergo hec i circũciſione tãtũ manet an etiam i ꝑputio?

a Dicimꝰ ei / qꝛ reputata ẽ abrahe fides ad iuſtitiam.

b Quõ ergo reputa

Abraham dicitur? an pro eo tempore quo iam erat circunciſus, an pro eo quo adhuc erat incircuncíſus? Indubie antequã circunciſus eſſet, id de eo ſcriptum legitur. Nondum enim tunc temporis circũciſus erat. c Nũc audite, cur ſit data Abrahæ circunciſio. Accepit ille, ante per fidem iuſtificatus, ſignum, quod eſt circuncíſio, vt eſſet ei ſigillum cõfirmatiuum, teſtificans iuſtitiam fidei quam in præputio habuit. d vt hac nota primus inſignitus, pater reputaretur cunctorum poſt credentium, etiam in præputio, & vt illis ſua fides in iuſtitiam reputetur: vt & pater haberetur vere & ſpiritualiter circunciſorũ: e nõ iis tantũ qui carne ſunt circuncíſi, ſed ſequacibus eius fidei, qui illam inſequuntur fidei rectitudinem quam præputiatus adhuc habuit, ſiue circunciſi fuerunt ſiue præputiati. f Et reuera promiſſionem factam ſibi & ſemini ſuo poſt ſe (vt hæreditate acciperet & poſſideret terram promiſionis, dicente Domino: Tibi & ſemini tuo dabo terram hanc,) non accepit ex legis obſeruatione, ſed per iuſtitiam fidei ſuæ. g Sic enim obſeruatores legis hac via hæredes ſunt inſtituti, tollitur meritum fidei patris Abrahæ, per quam, & non per legem, illam promiſſionẽ accipere meruit à domino, neq; impletur Abrahæ facta promiſſio, quæ in omnes gentes reſpicit, ſi ex ſola legis obſeruatione acquiritur. h Nam lex ſecũdum occaſionem aliquam, magis iræ obnoxios reddit, impedimentumq; præſtat conſequendæ promiſſionis, quam ad eam conſequendam præbeat adiumẽtum. i De plurimis enim lex ſtatuit, aut præcipiens, aut prohibens, in quibus nulla eſſet præuaricatio ſi non eſſet lex. a Rectius ergo fides medium ſit cõſequendæ promiſſionis, vt gratuita ſit & firma oĩ ſemini, non ſolum, ſed etiam ſpiritus, id eſt nõ Iudæo tantũ

ta eſt? in circunciſione / an in ꝑputio? Nõ in circunciſione / ſed in ꝑputio.
c Et ſignũ accepit circunciſionis / ſignaculũ iuſtitie fidei / q̃ eſt in ꝑputio:

d vt ſit pater oĩũ credentium per præputium / vt reputet᷑ & illis ad iuſtitiã / & ſit pater circũciſionis.
e nõ ĳs tãtũ qui ſũt ex circũciſione / ſ; ĳs q ſectant᷑ veſtigia fidei q̃ ẽ in ꝑputio patris nr̃i abrahe /
f Nõ ei p legẽ ꝑmiſſio abrahe aut ſemini eius vt heres eſſet mundi /

ſed p iuſtitiã fidei.
g Si ei qui ex lge / heredes ſũt / exinanita eſt fides / abolita eſt ꝑmiſſio

h Lex ei irã opat᷑.

i Ubi eĩ nõ eſt lex / nec ꝑuaricatio.

a Ideo ex fide / vt ſecundũ grãz firmaſit ꝑmiſſio oĩ ſemini nõ ei q̃ ex lege eſt ſolũ / ſ; & ei qui ex fide eſt abrahe.

b qui pater eſt oīm noſtrum, ſicut ſcri-ptum eſt,
c Quia patrē multarū gentium poſuite
ante deū, cui credidiſti.
d qui viuificat moꝛtuos ⁊ vocat ea q̄ nō ſūt, tāq̄ ea que ſūt,
e Qui contra ſpē in ſpē credidit,
f vt fieret pater multarum gentium, ſcdꝫ qđ dictū eſt ei,
g ſic erit ſemē tuū, ſicut ſtelle celi ⁊ arene maris.
h Et non infirmatꝰ ē i fide, nec ꝯſiderauit coꝛpus ſuū emoꝛtuū, cum iam fere cētū eſſet annoꝛuꝫ ⁊ emoꝛtuā vuluā ſare.
i In ꝓmiſſiōe etiā dei nō heſitauit diffidentia,
a ſed confoꝛtatꝰ eſt fide dans gliaꝫ deo
b pleniſſime ſciēs qꝛ quecūq; ꝓmiſit deꝰ potēs eſt ⁊ facere: idō ⁊ reputatū eſt illi ad iuſtitiam.
c Nō eſt aūt ſcriptū tantum pꝛopter ip-

tantum legis obſeruatori, ſed & gentili fidē tantum ſequenti Abrahæ, b qui per fidem pater eſt ſine diſtinctione omnium credentium, ſicut ſcriptum eſt: c Non vocaberis vltra Abram, ſed Abraham, quia patrem multarum gentium conſtitui te: patrem vtique non apud homines, ſecundum quorum iudicium ſolum carnalium Iudæorum pater haberis, ſed coram deo apud quē credendo hoc promeruiſti. d Qui deus poteſt eos qui nūc in infidelitate mortui iacent, ad vitam fidei reducere, & qui propter infidelitatem ante Deum quaſi nihil ſunt, poteſt ſua vocatione vt fideles ſint, eique obediant per fidem efficere. e Abrahæ autē meritum ex fide hoc eſt, quoniam per fidem: confidenter in domino ſperans, credidit, quod contra naturā impoſſibile, ac proinde nec ſperandum videbatur: f vt hac fide mereretur fieri & nominari (aucto nomine ſuo Abraham) pater multarum gentium, ſecundum quod dictum eſt ei: g Sic erit poſteritas tua in multitudine ſicut ſtellæ cœli, et arenę maris. h Et quā quam promittente ſibi domino de filio Iſaac eſſet emortuo iam corpore, nec vt prius erat, adeo ad generationē valido, Sara quoque haberet vuluam emortuam, minime tamē hęc conſiderans in fide vacillauit, i in repromiſſione, quoq; quā de ſuæ poſteritatis multiplicatione & potentia acceperat, nihil hæſitauit, vlla ratione diuinis promiſſis diffidēs: a ſed in ſuæ fidei ſimplicitate confirmatus eſt, dans gloriam deo, credendo ſermonibus eius: b certiſſime ſciēs potētem eſſe dominum ad implendum quæcunque promiſerat, quantuncunque ſibi ſecundum naturę curſum viderentur impoſſibilia: Ideoque iuſtus habitus eſt ante deum. c Non eſt autem ſcriptum hoc de eius iuſtitia ex fide, propter ipſum tantum, ſed & propter nos poſteros

ſteros eius, ad exemplum, informationem, et conſolationem: quibus, ſicut et illi, reputabitur fides ad iuſtitiam, ſi crediderimus in patrem, qui reſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis ad vitã: d qui diuina diſpẽſatione & permiſſione, propter omnium noſtrum delicta exhaurienda, traditus eſt in manus peccatorum, ad mortem: reſurrexit vero propria virtute mortem relinquens, & ad vitã rediens propter nos iuſtificandos. Nihil enim profuiſſet nobis, Chriſtum moriendo pro noſtris peccatis ſatisfacere, niſi & reſurgens ſpiritum fidei nobis dediſſet, in qua eſt noſtra iuſtificatio.

ſuam quia reputatũ eſt illi ad iuſtitiã: ſʒ ⁊ ꝓpter nos: quibꝰ reputabitᷓ credentibus in eũ qui ſuſcitauit Jeſũ Chriſtuʒ dñm nr̃ʒ a mortuis. d qui traditꝰ eſt propter delicta noſtra: ⁊ reſurrexit ꝓpter iuſtificationẽ nr̃am.

ELVCIDATIO CAP. V.

a Iuſti igitur facti ex fide, curemus ha
1 bere pacem, omnibus diſſenſionibus eliminatis, ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum. b quo mediante acceſſus nobis datus eſt credentibus, in hãc gratiam Dei (quæ eſt adoptio filiorum Dei) ad quam uocati ſumus, c in qua uiriliter perſtamus, gloriantes in ſpe & expectatione eius glorię, quæ danda eſt filiis Dei. d Non autem in ea tantum, ſed eius gratia in tribulationibus etiam gloriamur: quod ſciamus, per tribulationes patientiam exerceri, patientiam autem probatos reddere, demum ex probatione ſpem tutam ſurgere. e Quę autem ſic probata eſt ſpes, fieri nequit vt ſperantes fallat. Ecce enim pignus iam tenemꝰ, eius quam expectamus gloriæ Dei, charitatem quam Deus pater abundãter effudit in corda noſtra per ſpiritum ſanctum nobis dono datum. f Certe quid opus fuerat, Chriſtum pro impiis, qui iuxta temporis rationem adhuc peccatores erant, vel ad tempus mori, ſi non per eius mortem nos vellet pater vitam conſequi? g Nam inter homines, tantã vix reperias charitatem, vt velit quis

TEXTVS. Ca. quintum.

a Juſtificati ergo ex fide pacẽ habemus ad deũ ꝑ dñm nr̃m Jeſum Chriſtum: b per quẽ habemus acceſſũ per fideʒ in gratiam iſtam: c in qua ſtamꝰ ⁊ gloriamur in ſpe glorie filiorum Dei. d Non ſolũ autẽ: ſʒ ⁊ gloriamur in tribulationibꝰ, ſciẽtes ꝙ tribulatio patientiã operatᷓ: patientia aũt ꝓbationẽ: probatio vero ſpem. e Spes aũt nõ ꝯfũdit: qꝛ charitas dei diffuſa eſt in cordibꝰ nr̃is ꝑ ſpm̃ ſãctũ qui datꝰ eſt nobis. f Ut quid ei Chriſtꝰ cũ adhuc infirmi eſſemꝰ ſcd̃m tẽpꝰ: ꝓ impiis mortuꝰ eſt? g Uix enim ꝓ iuſto quis moritur.

h Nã ꝑ bono forſitaꝫ q̃s audeat mori.
i Cõmẽdat aũt charitatẽ ſuã De⁹ in nobis / qm̃ ſi cum adhuc peccatores eſſemus / ſecundũ temp⁹ / Chriſtus ꝑ nobis mortuus eſt:
a Multo igiẗ magis nũc iuſtificati in ſanguine ipſi⁹ / ſalui erimus ab ira ꝑ ipſuꝫ:
b Si enim cum inimici eſſemus / reconciliati ſumus Deo / per mortẽ filij eius / multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius.

c Non ſolũ aũt / ſed ⁊ gloriamur in deo / per dominũ nrm̃ Jeſũ xp̃m / ꝑ quẽ nunc reconciliationem accepimus.

d Propterea ſicut ꝑ vnum hominem peccatum in hunc mũdũ itrauit / ⁊ ꝑ pctm̃ mors / ⁊ ita i oẽs homines in oẽs ꝑtrãſiit /

e in quo omnes peccauerunt.

f Uſq; ad legẽ enim peccatũ erat in mũdo.
g Peccatum autem nõ imputabatur cũ lex non eſſet.

pro iuſto mori. Dico vix reperiri: h Nã fortitã poſſit inueniri, qui pro viro bono audeat mortẽ ſubire. i Deus vero ſuam erga nos charitatẽ, magnifice cõmendatã nobis et confirmatã fecit, in eo quod ipſe ꝑ iniuſtis ſecundũ temp⁹ (quia nondum ablata erãt peccata mundi) ad tẽpus mori dignatus eſt. a Et ſi ita eſt, imo quia ita ẽ, multo magis ergo nũc in hoc tẽpore pacis et gratię, ĩ quo à peccatis noſtris ꝑ effuſionem precioſi ſanguinis eius, ſumus emundati, liberi erimus ab ira Dei ſuper incredulos ventura, per Chriſtum. b Nam ſi tunc cum adhuc inimici eſſemus, nõdum peracta ſatiſfactione pro peccatis noſtris, miſſo ad mortem filio pater nos ſibi reconciliauerit, igitur nunc multo magis, poſt quàm reconciliati ſumus Deo per ſanguinẽ Chriſti, peccatis noſtris expiatis, à damnationis ira ſalui ac liberi erimus, per eundem iam morte deuicta, æternaliter viuentem. c Neque vero id expectamus tantum, ſed etiam nunc in iſto peregrinationis tempore, magnifice gloriamur in deo, per Chriſtum dominum noſtrum, per quem nobis tanta promiſſa ſunt, & per quem deo reconciliati ſumus. d Propterea, ſicut per vnum hominẽ Adam prothoparentem, potuit peccatum in totum hunc mundum introire, & cum peccato mors atque ita mors ſimul cum peccato in omnes poſteros pertranſeundo per propagationem deuenire: e per vnum, inquam, Adam, in cuius lumbis omnes poſteri originalis peccati macula ſunt maculati: ſic indubie per vnum hominem, poterit & iuſtificatio, & vita, in omnes homines diffundi. f Nec enim eſt arbitrandum, peccatum hoc ſimul cum lege intraſſe in mundum. Nam ab initio præuaricationis, vſque ad legem, iam regnauerat peccatum hoc in mũdo. g Non autem imputabatur, donec veniet lex ipſum mani-

manifeſtans. h Imo vero regnauit mors ab Adam uſque ad Moyſi legem, etiam in eos qui nullo ſuo proprio actionis crimine præuaricati fuiſſent, ſicut Adam actuali inobedientiæ peccato, legis diuinę præuaricator extitit: qui Adam vetus typus & forma quædã eſt noui Adæ ſequentis, id eſt, Chriſti: quatenꝰ hic omnibꝰ author erit vitę, vt ille mortem propagauit in omnes. i Gratias autem Deo, quod præſtantius eſt donum gratię nobis per Chriſtum collatum ad ſaluandum, q̃ Adę delictum ad perdendum fuerit, a Si enim vnius Adę delictum tam potens fuit, vt multis (id eſt, omnibus poſteris) mortis obligationẽ induceret: multo magis gratia nos Deo gratificans, & donum iuſtificationis, de plenitudine gratiæ vnius hominis Ieſu Chriſti gratis acceptum, abundanter deriuatum eſt in multos, nempe in omnes qui in eũ credere voluerint. b Et non ſicut per vnũ peccatum Adę, in vno tantum rei efficimur, non, inquam, ita donum gratiæ Dei, ab vno tantum peccato iuſtificat. c Nam mortis iudicium ex vno peccato originis ab Adã deducto, in condemnationem omnium proceſſit: d gratia autem, non ex illo tantum delicto originali, ſed ex multis ſuperiectis, quæ ſibi quiſque auxit, in iuſtificationem omnimodam procedit, liberans tam ab actuali q̃ ab originali peccato. e Rurſum, ſi per vnũ delictũ vnius hominis potuit regnare mors: multo magis per vnum Ieſum Chriſtum, verum vitæ authorem, regnabunt in vita, & vita regnabit in eis, qui nunc accipiunt abũdantiam gratiæ & donationis, ad ſuam iuſtificationem, de eius plenitudine, poſt emendationem à peccato. f Igitur concludimus, quòd ſicut per vnius delictũ ad condemnationẽ mortis, in omnes homines ventũ eſt: ſic & per vnius pleniſſimã iuſticiã oĩbus homi-

h Sed regnauit mors ab Adam vſq; ad Moyſen: etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem preuaricationis Ade: qui eſt forma futuri.

i Sed non ſicut delictum ita & donum.

a Si enim vnius delicto multi mortui ſunt: multo magis gratia Dei et donũ in gratia vnius hominis Jeſu Chriſti in plures abũdauit.

b Et non ſicut per vnum peccatum: ita et donum.

c Nã iudiciũ ex vno in condemnationẽ,

d Gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem.

e Si enim vniꝰ delicto mors regnauit, p vnũ multo magis abundantiã gratie & donationis & iuſticie accipientes in vita regnabunt p vnũ Jeſum Chriſtum.

f Igit ſicut p vnius delictũ in oẽs homĩnes in cõdemnationẽ ſic & p vniꝰ iuſticiã in oẽs homines, i iuſtificationẽ vite.

g Sicut em̃ per inobedientiam vnius hois, peccatores cõſtituti ſũt multi, ita ⁊ p vni⁹ obeditionẽ iuſti ↄſtituẽt multi.

h Lex autem ſubintrauit, vt abũdaret delictũ

i Ubi aũt abũdauit delictũ, ſupabũdauit ⁊ grã, vt ſicut regnauit peccatum in mortem: ita ⁊ grã regnet p iuſtitiã in vitã eternã, p Jeſum Chriſtũ dñz noſtrũ.

nibus qui quæſierint illam, venit iuſtificatio vitæ. g Nec miranda eſt horum effectuum tanta diuerſitas: quia ſicut ille per ſuam inobedientiam (eo quod pater eſſet omnium primus) omnes nos fecit peccato obnoxios: ita per vnius Chriſti perfectam obedientiã (qui eſt caput & principium omnium credentium) multi iuſti redditi ſunt, id eſt, omnes credentes in eum. Sed hic quid de lege dicemus? An non potuit lex auferre hoc peccatum a mundo? Non profecto. h Lex enim ad tempus introducta, & impoſita fuit populo imperfecto: per cuius aduentum, vitio non obſeruantium factum eſt, vt grauiora, & plura fierent ab eis peccata, dum multa præcipiuntur atque prohibentur, quæ ſine lege peccata non eſſent, dumque malum demonſtrando per occaſionem auget tentationem, & auxilium gratiæ non præbet. i Sed nihil hoc nunc oberit credentibus: quoniam vbi abundauit delictum, abundantius ſupercreſcet & gratia: ita vt ſicut peccatum regnauit ad mortem, ſic gratia Dei nunc in fidelium cordibus dominetur, & regnet, per iuſticiam fidei bonę operationis, in vitam ęternam, per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, per quem nobis bona omnia prouenire fatemur.

TEXTUS. Ca. Sextum.

a Quid ergo dicemus? manebimus in peccato vt gratia abundet? Abſit.

b Qui em̃ mortui ſum⁹ peccato, quõ adhuc viuem⁹ in illo?

ELVCIDATIO CAP. VI.

a Q Vanquam autem ſupra dixim⁹, noſtra iniuſticia diuinam iuſticiam commendari: Rurſum, vbi abundauit iniquitas, ſuperabundare & gratiam, nemo tamen ex his exiſtimet conſequenter nos velle dicere, quod bonum ſit in peccatis permanere, vt maior abundet gratia, & magis commendetur Dei iuſticia, noſtra ſupercreſcente iniuſticia. b Nos enim, qui ſemel peccato prorſus abrenunciantes, in conuerſione & baptiſmo, eidem mortui ſumus:

nequa-

nequaquam licet adhuc in illo viuere, quod ſemel deteſtatione ſempiterna, quantum in nobis eſſet, abiurauim⁹. c Scire etenim vos oportet, fratres mei, omnem eum qui fide ſuſcepta baptizatur in nomine Ieſu Chriſti (baptiſmate nouę gratię, quo ipſe diſcipulis baptizare præcepit) baptizari ad configurationem mortis eius, ex qua baptiſmus ſuæ emundationis habet virtutem. d Per baptiſmum nanque per configurationem quandam, cum illo ſepulti ſumus, quaſi mũdo penitus mortui, & a mundi concupiſcentiis abſconditi, cum Chriſto, in morte eius: non quidem vt ab omni opere de cætero torpentes ceſſemus, quemadmodum nec Chriſtus in ſepulchro permanſit, e ſed vt in opera nouę vitę, et per virtutem gratię Dei reſurgam⁹, quomodo Chriſtus a mortuis poſt paululũ ſurrexit, per virtutem inhabitantis in eo diuinitatis. f Si enim modo in hac vita, Chriſto velut pinguiſſimæ radici & fœcundiſſimę arbori, nos tanquam plantulæ quędam, et ramuſculi coinſerti fuerimus, per aſſimilationem & configurationem mortis eius: g nihil dubium: quin ſuo quoq; tempore, gloriæ reſurrectionis eius participes erim⁹. Participes enim fiunt pinguedinis, quæ eſt in radice aut arbore, ramuſculi omnes, qui fuerint per inſitionem recte implantati. h Illud diligenter attendentes, quod vetuſtas omnis peccati et malę conuerſationis, omniſque priſtina iniquitas, ſimul cũ Chriſto (qui ipſam aſſumpſit & portauit pro nobis) crucis patibulo affixa eſt: id eſt, per Chriſti mortem in cruce deleta atque deſtructa, per debitam placationem & cõdignam ſatisfactionem, ante patrem: vt caro iſta peccatis ſubdita deſtrureretur, & ſibi moreret, ſic vt amplius non ſit, neque dicatur corpus peccati, ad hoc ſine dubio, vt de cætero imperpetuũ

c An ignoratis fratres? quia quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Ieſu, in morte ipſius baptizati ſumus?

d Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmũ in mortẽ:

e vt quomodo Chriſtus ſurrexit a mortuis p gloriam patris, ita & nos in nouitate vite ambulemus.

f Si eñ cõplãtati facti ſumus ſimilitudini mortis eius,

g ſimul & reſurrectionis erimus:

h Hoc ſcientes quia vet⁹ homo noſter ſimul crucifixus eſt,

vt deſtruatur corp⁹ peccati, vt vltra nõ ſeruiamus peccato.

non amplius peccato ſeruiamꝰ, ꝓpter quod expiandum, Dei filium pati & mori oportuit.

i Qui enĩ mortuus eſt iuſtificatus eſt a peccato.

i Qui enim vere cum Chriſto mortuꝰ eſt, neceſſe eſt illum a peccato eſſe iuſtificatũ, & econtrario. Neque enim ſi adhuc peccato viuit & mundo, cum Chriſto mortuus eſſe poteſt.

a Si enim mortui ſumus cum Chriſto, credimus etiã, q̃ ſimul etiam viuemus cum illo.

a Et licet graue forſitan videatur Chriſti morti configurari, & cum ipſo mori, non tamen nos fatiget moleſtia, quoniam firmiſſima fide tenemus, omnes qui nunc ſic cum Chriſto vitiis mori ſtudent, etiam in futura vita, ſimul victuros cum illo.

b ſcientes, q̃ Chriſtꝰ reſurgẽs ex mortuis, iã nõ moritur, mors illi vltra non dominabitur.

b Scimꝰ autem, quoniam Chriſtꝰ ſemel deuicta morte reſurgens. vltra ad mortem non eſt rediturus, nec redire poteſt, mors vltra in illum non præualebit, nec illum (vt ſemel) tenebit iterum, vel ad momentum minimum.

c Quod enim mortuꝰ eſt, peccato mortuus eſt ſemel.

c Nam quod Chriſtus ipſe mortuꝰ fuit, id propter peccata generis humani ſemel ſuſtinere voluit, quod ad omniũ ſęculorum expianda peccata ſufficit.

d Quod autem viuit, viuit deo.

d Quod autem nunc ipſe reſuſcitatus tertia die, viuit, deo viuit, id eſt, ex virtute diuinitatis ſuæ, quæ etiam corpꝰ & humanitatem poſt reſurrectionẽ ſic glorificauit, vt mori amplius non poſſet.

e Jta & vos exiſtimate vos mortuos quidẽ eſſe peccato, viuentes autem Deo in Chriſto Jeſu.

e Ad cuius configurationem in nobis exprimendam, oportet, vt nobis firmiter perſuadeamꝰ in animo, et diligenter ſeduloque imprimamus cordibꝰ noſtris, quod peccato vere mortui ſumus, vt ex illa perſuaſione poſt conuerſionẽ ab omni peccato abhorreamꝰ: deo autem viuentes, in Chriſto Ieſu domino noſtro, ut illius videlicet opera modis omnibꝰ operari ſtudeamus.

f Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentiis eius.

f Ne ergo permittatis, neque vltra rationem ſinatis, vt dominetur in vobis quod ſemel abiuraſtis peccatum, regnumue obtineat in iſta veſtra corrupta carne, ſic vt obedienter perficere ſtudeatis praua deſideria eius quæ ſuggerit.

g Sed neq; exhibeatis membra veſtra,

g Similiter neq; membra corporis veſtri vltra exhibeatis in

atis in

atis in miniſterium ſeruitutis peccati, & in ſtrumenta ad male agendum, quemadmodũ olim eis abuſi eſtis: h ſed iam à conuerſiõe veſtra, quaſi ex mortuis in ſpiritu facti viuentes, præſtate vos deo paratos in omne opus bonum, & membra viresq; corporis veſtri inſtrumenta ad bene agendum, in ſeruitute dei, ad gloriã eius. i Nam poſt hac nulla prorſus ratione permittendum eſt in vobis regnum peccati, poſtquam peccatis eſtis mortui, & chriſti ſacramentis ſanctificati, a Sub gratia enim dei iam eſtis, quam & in baptiſmo accepiſtis, quæ contra malum fortificat, & ad bonum præbet auxilium, non amplius ſub infirma & inualida lege. b Sed quid? An ideo peccabimus magis, quia ſub gratia ſumus, non ſub lege (quemadmodum putant) eo quod nunc prompta ſit ſemper gratia dei, quæ peccata remittit, quomodo ſub lege non erat? c Longe vero abſit hoc à fidelium cordibus, vt occaſione gratię dei, licentiores fiant ad peccandũ. d Magis aũt illud apud nos perpendamus, quod qui nos ſemel exhibemus ſeruos, addicimusq; & ſubijcimus vltronei ad obediendum, illius ſerui proculdubio, noſtra hac voluntaria ſubiectione & traditione efficimur, illius, inquã, cuius ſic nos obedíẽtię ſubijcimus. e Si peccati ad æternę mortis pmia, quæ ex illius ſeruitute promerebimur: ſiue ſalutaris obedientiæ fidei, & mandatorum dei, ad fructum iuſtitiæ & ſanctificationis noſtræ, quam ex illa beata ſeruitute conſequemur. f Deo autẽ gratias ago, de bona conuerſione veſtra, quoniam cum fuiſſetis olim ſerui peccati, ipſo tamen vocante, ſanctæ obedientiæ chriſtianæ, ex animo in ſynceritate cordis, abiuratis erroribus, voſipſos ſubmiſiſtis. g Ad eam doctrinæ formam & ſanctę inſtitutionis modum, in quibus vos apoſtoli inſtituerũt à pa

arma iniquitat; peccato.

h Sed exhibete vos deo tãq; ex mortuis viuẽtes: & mẽbra veſtra arma iuſtitie deo.

i Peccatũ ei vobis non dominabitr.

a Non ei ſub lege eſtis, ſed ſub gratia.

b Quid ergo peccabimus qm̃ nõ ſum⁹ ſub lege, ſ3 ſub grã?

c Abſit.

d An neſcit? qm̃ cui exhibet vos ſeruos ad obediendũ ſerui eſtis ei⁹ cui obeditis?

e ſiue pcti ad mortem ſiue obeditiõis ad iuſtitiã.

f Gratias aũt deo, quod fuiſtis ſerui pcti: obediſtis autẽ ex corde.

g in eã formam doctrine in qua tradi ti eſtis,

triis erroribus & viciis priſtinis traductos. h Poſtquam autem deſiiſtis eſſe ſerui peccati, facti eſtis ſerui iuſtitiæ. i Quod dico, vos iam fideles factos, ſeruos eſſe iuſtitiæ (cū videatur hæc eſſe ſecundum veritatem mera & ſola libertas, iuſtitiæ ſeruire) id ego humano more loquor, propter carnis infirmitatem: ob quam, nihil dubito, quin laborioſū adhuc vobis exiſtat, ſeruire iuſtitiæ. Neque grande aliquid, & quod ſupra humanas vires exiſtat, à vobis exigitur: Sed propter carnis infirmitatem, parum aliquid, quod humanum ſit & rationabile, & factu non difficile. a Nihil enim aliud exigitur à vobis, quàm vt, ſicut ante conuerſionem veſtram exhibuiſtis corpora veſtra ad perficiendum immunditiam & iniquitatem, ad iniquitatem perpetrandam: ita nunc exhibeatis eadē illa veſtra corpora, ex bona animi deuotione, ad perficiendum opera iuſtitię in eis, quibus ſanctificari valeatis, & ipſa quoque priſtinis viciis emundari queant: dum iam ſacris actibus mancipantur, quæ olim prophanis. b Cum enim ſeruiretis peccato liberi eratis iuſtitiæ, id eſt, ab ea vacui, eaq; priuati. c Dicite vero mihi, quem fructum aut quid veri commodi tunc potuiſtis habere in viciis & peccatis veſtris, de quibus nunc erubeſcitis, cum vobis ad memoriam reducuntur, & pro quibus modo apud deum confūdimini, & pœnitentiam agitis? proculdubio nullum. d Imò inſuper finis illorum & exitus, ad quem deducunt, æternæ mortis damnatio eſt. e At verò nunc poſt conuerſionem veſtram, facti à peccati ſeruitute per gratiam dei liberi, & ſerui facti dei habetis fructum operum iuſtitiæ, ipſam ſanctificationem cordis & corporis veſtri, fructū haud dubie præcioſum & optabilem: inſup finalem retributionem, gloriam vitæ æternæ.

h liberati aūt a peccato ſerui facti eſtis iuſtitie.
i Humanū dico propter infirmitatē carnis veſtre.

a Sicut enim exhibuiſtis mēbra veſtra ſeruire imūdicie & iniquitati, ad iniq̄tatē ita nūc exhibete mēbra veſtra ſuire iuſtitie, in ſāctificationem.

b Cum eñ ſerui eſſetis peccati liberi fuiſtis iuſtitie.
c Quē ergo fructum habuiſtis tūc in illis, in quibus nunc erubeſcitis?

d Nam finis illorū mors eſt.
e Nūc vero liberati a peccato, ſerui aūt facti deo, habetis fructū veſtrū in ſāctificationē, finē vero vitā eternā.

næ. f Nam ſtipendium peccati actibus debitum & determinatum, mortis æternæ dānatio eſt, g Vita autem æterna, non quidē ex condigno debito reddenda eſt pro operū in ſe condignitate: ſed ex dei gratia & dono, pro operibus iuſtitiæ, eam nihilominus indubie recipiemꝰ, in chriſto Ieſu domino noſtro, per quem et in quo, nobis ſunt noſtra omnia verè bona.

f Stipendia peccati/mors.

g Gr̄a aūt dei / vita eterna: in chriſto ieſu dño noſtro.

ELVCIDATIO CAPITIS. VII.

a A D Vos nunc ſermonem conuerto Iudæi, qui legis habetis ſcientiā, vobis ea quæ ſunt legis proponēs: vt ex collatione clarum fiat, quod volumus. b Scitis enim quod lex quælibet, ſuper hominē dn̄ium non habet neq; ſibi habet ſubiectū, & obligatū, niſi donec ipſa vigorē habet, et ī ſuo perſtat robore. Nā ſi antiquata fuerit, abrogata ac mortua, nō vltra ſibi tenebit quenquam obligatum. c Et quidem mulier quæ ſub viri imperio per matrimonium eſt ſubiecta, donec vir eius viuit, alligata eſt legi: Ita vt illum non poſſit pro libito relinquere. d Si autē mori ipſum contigerit, hoc ipſo abſoluta erit, à lege viri: nec erit lex vel ius aliquod, quo prohibeatur alteri iungi. e Atq; ita donec vir viuit, adultera erit & reputabitur: ſi priori relicto viro (ſub cuius lege tenebatur obligata, alteri ſe adiunxerit, ad actum maritalē. f mortuo autem viro, à lege & iure viri liberata eſt: vt adultera nec ſit nec reputetur ſi alteri ſe per matrimonium iunxerit. Legē viro comparamus, ſub qua hactenus vixiſtis in Iudaiſmo: vos autem legi ſubditos, cum muliere conferimus. g Vos itaq; fratres, legi eſtis mortificati. Id eſt, per mortem legis ei ſubtracti, quoniam ipſa mortua eſt vobis, per corporis chriſti mortē, quæ conſūmauit legalia & vetera omnia, quoniam finis

TEXTVS CAP. Septimum.

a An ignoratis fr̄es (ſciētibꝰ enī legē loquor)

b q: lex in homine dominat̄ quāto tp̄e viuit?

c Nā q̄ ſub viro eſt mulier viuente viro alligata eſt legi.

d Si aūt mortuꝰ fuerit vir eius ſoluta ē a lege viri.

e Igitur viuente viro vocabit̄ adultera ſi fuerit cum alio viro.

f Si aūt mortuꝰ fuerit vir eius liberata eſt a lege viri: vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro.

g Itaq; fratres mei & vos mortificati eſtis legi p corpꝰ xp̄i:

h vt ſitis alterius / qui ex mortuis reſurrexit / vt fructificetis deo.

nis legis eſt Chriſtus, in ſanguine ſuo nouã legem & omnia noua dedicans. h vt poſt hac alterius adhæreatis nouæ legi, hoc eſt, CHRISTI IESV, qui à mortuis reſurrexit. Sic, inquam, illi adhæreatis, vt bonis actionibus de cætero vacantes, bonorum operum fructũ vobis accumuletis in deo, & ad gloriam eius.

i Cum enim eſſem⁹ i carne / paſſiões peccatorũ q̃ p legẽ erãt / opabãt in membris noſtris / vt fructificarent morti.

i Cum enim nondum ad ſpiritum fidei traducti, adhuc in carnis concupiſcentia viueremus, malæ inclinationes & impulſus praui, quæ ex lege occaſionem non modicam ad ſeruiendum accipiebant, modo quodam regnabant, & efficaciter dominabantur in corpore noſtro, ſpiritum tenentes ſuppeditatum & captiuum, vt nos ad mortem & damnationem inducerent.

a Nũc autem ſoluti ſum⁹ a lege mortis / i qua detinebamur:

b ita vt ſeruiamus / i nouitate ſpiritus / & nõ i vetuſtate litere.

a Nunc vero à veteri lege illa mortis occaſionem dante & viuificare impotente, ſub qua vt paruuli ſub pædagogo concluſi detinebamur, per gratiã euangelii liberati ſumus, b ſic vt nos amplius in literali legis ſeruantia, ſed in ſpirit⁹ libertate, per regenerationem noui facti, deo ſeruiamus: qui nos ab illa ſeruitute & vetuſtate, ad hanc nouitatem & libertatem, vocare dignatus eſt.

c quid ergo dicem⁹? lex pctm̃ eſt? Abſit.

d ſed pctm̃ nõ cognoui niſi per legem.

c Neque vero, quod dico, paſſiones peccatorũ per legem eſſe, ſic accipi velim, quaſi ſentiã ipſam legem eſſe peccatum aut malum. d Sed peccatum aliquod, imò plura dico eſſe peccata, quæ non cognoſcerentur eſſe peccata, niſi per legem ea prohibentem, atque ita prohibendo indicantem.

e Nã cõcupiſcẽtiaꝫ neſciebã / niſi lex diceret. Nõ ꝯcupiſces.

e Exẽpli gratia, de actu concupiſcendi, quis vnquam crediaiſſet internum ſolum concupiſcentiæ motum ſine exteriori operatione eſſe peccatum, niſi lex indicaſſet, prohibens non concupiſcere rem alienam, nedum non furari exterius?

f Occaſione aũt accepta / pctm̃ per mãdatum opatum eſt i me oẽꝫ ꝯcupiſcẽtiã.

f At vero ipſe qui in nobis habitat peccati fomes (qui hic peccatum nominatur, eo quod omnis peccati ſit origo quædam,) id eſt, cor

rupta

rupta noſtra & puerſa ſenſualitas, occaſionē accipiens ex mādato, quo innotuit cōcupiſcentiam eſſe peccatum, dum nititur ſemper in vetita, exardeſcit vehementius, vt operetur in nobis multiplicem concupiſcentiam & omnis generis peccatum. g Ante legem enim datam, peccatum quodammodo mortuum erat, vt minus cognitum, minuſque validum & efficax. h Et quidem fuit tempus, quando ſine lege ſcripta viuebant homines, ante videlicet legis dationem: & tunc ſibi viuere quodammodo videbantur, quando lege ſcripta non redarguebantur, nec onerati cogebantur. i Per dationem autem legis reuixit valentius q̃ ante, & apertius notiusq́;, quod ante debile & incognitum latuerat: & nos morti facti ſumus amplius obnoxii, ex legis iudicio, nobis peccata demonſtrante, & occaſionaliter ad maiora & plura nos adducente, dum multas ſuperaddit prœceptiones & prohibitiones, quibus ante non obligabamur, & peccata nota faciebat, ad quæ poſtmodum, cognito quòd eſſent peccata, corruptio ſenſualitatis inclinat ſolicitatq́; vehementius. a Atque ita re ipſa compertum eſt, legem quæ ad vitam à beneficio dei pro magno beneficio data erat, noſtro vitio nobis factam eſſe mortis occaſionem. b Corruptus enim ſenſualitatis fomes, accipiens occaſionem ex lege bona (vt ſupra diximus) ſeducebat homines à rectitudine rationis & vitæ, ad conſentiendū carnalibus deſyderiis. c & per illius bonę legis occaſionem homines in peccati perpetrationem inducens interficiebat. d Non ergo culpamus legem, quæ eſt ſancta & ſine macula: neque mandatum Dei quod omnimodis iuſtum eſſe fatemur, & ſanctum & bonum. e Neque dico legem bonam per ſe mortem nobis eſſe factam, quaſi ipſa

g ſine lege eī pctm̄ mortuum erat.

h Ego autē viuebā ſine lege aliquādo.

i Sed cū veniſſet mādatū pctm̄ reuixit ego aūt mortu⁹ ſū.

a & inuentū eſt mihi mandatū quod erat ad vitā, hoc eſſe ad mortem.

b Nā pctm̄ occaſione accepta p mādatum ſeduxit me,

c & p illud occidit.

d Itaq; lex quidē ſācta & mādatū ſactū, & iuſtum & bonum.

e Quod ergo bonū ē mihi factū ē mors?

f Abſit.
g Sed peccatum, vt appareat peccatū, p bonū operatū eſt mihi mortem,
h vt fiat ſupra modum peccās pctm̄ p mandatum.
i Scimus eīm q2 lex ſpiritualis eſt.
a Ego aūt carnalis ſū venūdatꝰ ſub peccato.
b Quod enim operor, nō intelligo.
c Non eīm quod volo bonū, hoc ago, ſ3 quod odio malū, illud facio.
i Si aūt quod nolo illō facio, ꝯſentio legi q̄m bona eſt.

ipſa mortem effecerit hominibus, ſitq; mortis cauſa. f Abſit enim, vt hoc de ſancta dei lege impiè aſſeramus. g Sed dicimus, quod ipſe fomes peccati, per occaſionem bonæ legis hominibus effecerit mortē, ſic vt apparens fieret, & validius quod ante latebat, priusq̃ p lege ē iudicaretur, h vt fomes pctī (quem hic ſēper pctm̄ dicimus) appareret iā ſupra modum peccans, per legis occaſionem: dum poſt legem datam ad vetita magis ſolicitat & inducit, & propter expreſſam legis prohibitionem, grauiora ſunt peccata quæ committit: vt ſic & in pluribus delinquat & grauius. i De lege enim illud ſcimus & fatemur, quod bona & ſpiritualis ſit in ſeſe, vtpote à patre ſpirituum data, a homines autem ex corruptione quæ eis ineſt ex primi parentis peccato, carnales ſunt, primi parentis peccato & conſenſu malo ſub peccati tyrannide traditi, conſtituti, obligati, & quaſi venditi in ſeruitutem. Ecce quod dicturus ſum de toto humano genere, quatenus ſub illa corruptione fomitis continetur, ſub mea perſona dicturus ſum: ſic de meipſo loquens, quaſi præter peccati fomitem nihil in me foret, gratiam dei quodammodo diſſimulans. b Itaq; quod ego ago ex corruptione carnis, nō ſcd̄m rōnis intelligētiā, ſed potiꝰ ſcd̄m carnis ago malā cōcupiſcētiā, cui ex naturali propagatiōe oēs ſubiicimur, donec per Dei gratiam liberemur. c Neq; enim ſecundum carnem illud facio, quod ſecundum rationem vt bonum eligo, ſed quod ſecundum rationem deteſtabile mihi eſt malum illud facio: ſequens magis in opere, fomitis tractum peruerſum, quàm rationis rectum dictamen, & voluntatis electionem bonam. d In eo autem, dum facimus ſecūdum carnis impulſum, quod ſecundum rationem deteſtamur, legem ſane approbamus,

quod

quod bona ſit, quādo per rationem quod illa præcipit, nos vt bonum iudicamus & eligimus, quamuis dominante concupiſcentia non perficiamus. c Itaq; dum ſic ex carnis mala inclinatione, contra rationem operor quod malum eſt, non ego ſecundum ſpiritū (qui eſt in homine potior pars) illud operor: cum frequenter repugnante etiam ſpiritu, contra rationis imperium, in nobis paſſiones peccatorū inſurgant: f ſed peccati fomes, qui in carne corrupta per priuationem originalis iuſtitiæ implantatus inhabitat, per traducem & propagationem à primis parētibus. g Experientia enim quotidiana certus ſum, quod in me ſecundum carnem, & in corrupta carne iſta, non habitat vlla ad bonum inclinatio, ſed pronitas ineſt ad omne malum. h Nam ex parte ſpiritus, video mihi bonum frequenter in electione eſſe & deſyderio: ſed propter carnis concupiſcentiam, nequeo perficere, quod ſecundum ſpiritum vtcunque volebam. Iam autem diximus de homine nos ſic loqui, vt eſt in ſeipſo, ſine auxlio diuinæ gratiæ ſuperadditæ. i Non enim valentes ſumus ex nobis, vt bonum quod quomodocunque eligimus, perficiamus: ſed malum, quod ſecundum ſpiritū odio habemus, perficere potētes ſumus: quia nimirum dominatur in homine ex ſua vitioſa origine, peccati fomes, non ſpiritus. a Si autem facio quod ſecundum ſpiritum nolo: non vtique ego ſecundum ſpiritum (qui eſt potior in homine pars) id facio: ſed caro ipſa & fomes peccati (qui in ea regnat, donec per gratiam CHRISTI deuincatur) vel repugnante ſpiritu, & contradicente voluntate, mala exſuſcitat. b Inuenio igitur legem bonam eſſe & ſanctam qualem diximus dum volo bonum facere ſecundum ſpiritum: quanquàm mihi malum in proximo in carnis cōcupiſcen

c Nunc aūt iam nō ego operor illud:

f ſed quod habitat in me peccatū.

g Scio eñi q: nō habitat in me, hoc eſt in carne mea bonū

h Nā velle adiacet mihi: perficere aūt bonū non inuenio.

i Non eñi quod volo bonū, hoc facio: ſed quod nolo malū hoc ago.

a Si aūt quod volo illō facio iā nō ego operor illud ſed qđ habitat in me pctm.

b Inuenio igitur legē volenti mihi facere bonum qm mihi malum adiacet.

cupiſcentia adiaceat, quod me à perficiendo bono retrahit.

c Condelector eñ legi dei ſecundũ interiorem hominem.

c Nam ſecundum ſpiritum (qui eſt interior homo, & præcipua pars hominis) complaceo & delector in lege Dei, dum ex naturali dictamine eadẽ eligo, quæ lex dei aperte præcepit: tanquam bona.

d video autem aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis mee.
& captiuantẽ me in lege peccati: que eſt in membris meis.

d Sed cognoſco ex altera parte concupiſcentiam peruerſam & fomitem peccati in carne inhabitantem (quam etiam poſſumus legem quandam nominare , eo quod cogat & inflectat & dominetur in carne) quæ repugnat naturali dictamini mentis , & quæ violentia quadam me velut captiuũ reddit & ſeruire facit peccato. Libet itaq; nũc exclamare in perſona eius, qui dei gratia non adiutus, ſub tyrannide præmitur, quęrens facere bonum, & propter carnis concupiſcentiam non inueniens.

e Infelix ego hõ/ q̃s me liberabit de corpore mortis hui⁹?

e Heu me infœlicem, & ex meipſo nihil niſi miſerum: quis me liberabit à corpore iſto morti obnoxio, liberũ q; faciet à corruptione quæ in eo habitat, vt non vltra in me dominetur? Quis talẽ mihi hoſtẽ ſubiugabit, aut infirmabit? Nunquid vetus Moyſi lex? Nunquid circunciſio? Nunquid legales obſeruantiæ oẽs, inquibus gloriantur Iudæi?

f Gr̃a dei p̃ Ieſum xp̃m dñm noſtrũ.

f Nihil horũ ſane: ſed gratia Dei ſola, quæ ſpiritum contra carnis corruptionem corroborat, concupiſcentiæ virtutẽ infregit, impetumq; minuit, & ſpiritui carnem obedire facit, Gratia inquam, dei, per Ieſum chriſtum per quem ſunt nobis omnia: quia gratia & veritas per Ieſum chriſtum facta cognoſcitur,

g Igit̃ ipſe mẽte ſeruio legi dei / carne aũt legi peccati.

g Itaq; nunc ego idem q; (donec iſta accedit gratia Dei, atq; ſecundum partem aliquam etiã illa in nobis habitante) ſecundum ſpirit⁹ bonam electionem, quæ legis dei ſunt, deoq; placita, quæro perficere: ſecundum carnem autem, quæ concupiſcentia ſuadet, & ad quę fomes peccati inſtigat concupiſco?

ELVCIDATIO CAPITIS VIII.

Gitur ob gratiam dei, adiuuantem
& liberantem a malitia inhabitan
I tis concupiſcentiæ, nõ eſt quod mor
tis æternæ damnationem timeant
fideles, qui in chriſtum credũt qua
ſi eã non poſſint effugere: b Illi, inquam,
non timeant, qui ſecundum ſpiritum, gratię
Dei acquieſcentes, conuerſari ſtudent, & nõ
ſecundum carnis concupiſcentiam carnali-
ter viuere. c Spiritus enim ſanctus, infide
libus author vitæ ſpiritualis (quæ eſt velut
lex quędam regulans in bono ſpiritum hu-
manum) ipſe eſt qui in chriſto Ieſu creden-
tem, liberat à lege peccati & mortis: id eſt,
à fomite malæ concupiſcentiæ, atque etiam
a legis veteris carnali obſeruantia: quoniam
per ſpiritum CHRISTI fit, vt nec fomes
peccati nocere poſſit, neque ad legis vltra
obligemur ſeruitutem. d Quod enim ve
teri legi erat penitus impoſſibile, in eo quod
infirma erat per ſuas carnales obſeruantias
& ad ſaluandum inualida, Deus impleuit
ſua prouidentia, mittens filium ſuum indu-
tum carne, eiuſdem, ſecundum veritatem, na
turæ cum carne noſtra peccato ſubdita, quã
quam eſſet eius caro peccato minime ſubdi-
ta: e atque ita per filium ſuum factum ve
lut hoſtiam pro peccato, damnauit, deſtru-
xit, expiauitq; peccatum, quod erat in carne
noſtra, f vt quam lex promittebat, ſed per
ſe conferre non poterat peccato, iuſtificatio
nem nos completam in nobis & perfectam,
chriſti morte, ſuperemus: g Nos, inquam,
qui non ſecundum carnis deſyderia adherẽ
tes concupiſcentię, neq; in carnalibus veteris
legis obſeruantiis, viuimus: ſed in veritate
& libertate ſpiritus, ſpũaliter conuerſamur.
h Qui enim ſecundum carnales, vel concu-
piſcentias, vel obſeruationes conuerſantur.
non ſa

TEXTVS. CAP. octauum.

a Nihil ergo nũc dã|nationis eſt iis qui ſunt in chriſto ieſu,

b qui non ſcdʒ carnẽ ambulant.

c Lex enim ſpũs vite i chriſto ieſu, liberauit me a lege pcti & mortis.

d Nã quod ĩpoſſibile erat legi in quo ĩfirmabatur p carnẽ, deus filiũ ſuum mittens in ſimilitudinẽ carnis pcti,

e & de pctõ, dãnauit pctm̃ in carne.

f vt iuſtificatio leg. implereẽ in nobis,

g qui non ſecundu carnẽ ambulamus, ſed ſecũdũ ſpm̃,

h Qui enĩ ſcdm carnem ſunt,

que carnis ſunt ſa- piunt, i qui ve ro ſcd'z ſpũz ſũt, que ſunt ſpũs ſentiunt.
a Nã prudentia car nis mors eſt: prudẽ tia ſpũs, vita ⁊ pax.
b Qm̃ ſapientia car nis inimica eſt deo, legi em̃ dei, nõ ẽ ſub iecta: Nec ei poteſt.
c Qui aũt in carne ſunt deo placere nõ poſſunt.
d vos aũt in carne non eſtis, ſed in ſpũ: ſi tñ ſpiritus dei ha bitat in vobis.
e Si quis autẽ ſpũz xp̃i nõ hz, hic non ẽ ei⁹ f Si aũt xp̃s in vobis eſt, corpus quidẽ mortuũ eſt, p pter pctm̃: Spirit⁹ vero viuit, ppter iu ſtificationem.
g Quia ſi ſpũs ei⁹ q̃ ſuſcitauit Jeſũ a mor tuis, habitat i vob's: q̃ ſuſcitauit ieſũ xp̃z a mortuis, viuifica- bit ⁊ mortalia corpo ra veſtra, propter i habitantem ſpiritũ eius in vobis.
h Ergo fratres, de- bitores ſum⁹: nõ car ni vt ſcd'm carnẽ vi- uamus.

non ſapiunt neq; ſciunt quæ ſpiritus ſunt, ſed tantum ea quæ carnis, & ad carnem om nia referunt. i Quemadmodum econtra- rio ſpirituales, quæ ſpiritus Dei ſunt, quæ- runt referuntq; ad illum omnia. Nam pru- dentia carnis, ſicut mortem: ita ſpiritus ex aduerſo vitam operatur & pacem. b Car nis enim prudentia, deo aduerſatur, atq; ad uerſus ipſum exercet inimicitias, eo quod le gi dei (quæ ſpiritualis eſt) ſubiici nolit, ſiue quia ea quæ contra legem dei ſunt quærit, ſiue quia per carnales obſeruantias à liber- tate legis euangelicæ auocat, & impedimen tum illi præſtat. c Ac proinde, qui adhuc in carne conuerſantur, carnalia ſequendo deſy deria, vel in carnalibus adhuc fidendo obſer uantiis, deo nequeũt placere, donec ſic carni adhæſerint. d Spero autem, quoniam vos iam in carne non eſtis, facti ſpirituales: qua- les eſtis indubie, ſi ſpiritus dei habitat in vo bis. e Quod ſi quis ſpiritum Chriſti non ha beat, extra Chriſtum ille eſt, & ad Chriſtum non pertinet. f Si autem (vt ſpero) Chri- ſtus in vobis eſt, atq; proinde etiam ſpiritus eius: ergo caro quidem mortua eſt, propter peccatum, quod cum appetat, ꝓhibetur per ficere à ſpiritu ſãcto, qui corpus peccato mor tificat: ſpũs aũt viuit propter iuſtificationem & iuſtitiam, quam ex gratia ſpiritus ſancti conſequitur. g Si, inquam, ſpũs patris, qui IESVM à mortuis excitauit, in vobis ma- net, idẽ ipſe qui filiũ ſuſcitauit, veſtra quoq; infirma & mortalia corpora viuere faciet, in operibus bonis nunc, & poſtmodum in æ- terna vita, propter ſpiritum qui in vobis ha bitat, a quo animæ procedit vita ſpiritualis, ſicut corpori ab anima ſua vita procedit. h Itaq; fratres, debitores ſumus: non quidem carni, vt ſecundum eius viuamus deſyderia, ſed Deo, vt illius impleamus voluntatem, ſe

cun

cundum ſpiritum. i Nam ſi ſecundum car
nis concupiſcentias peruerſas vitam duxeri
tis, moriemini in peccatis concupiſcentiæ ve
ſtrę. a Si autem per ſpiritum, carnis deſide
ria ſupplantare, & carnis opera mortificare
ſtudueritis, ita demum viuetis. b Quicun
que enim in ſua conuerſatione ac vitæ ſuæ
inſtitutione ſpiritu Dei reguntur atque du-
cuntur, hi (vtpote eodem ſpiritu regenerati)
ſecundum adoptionem filii dei ſunt. c Spi-
ritus enim quem accepiſtis credentes, non eſt
ſpiritus ſeruitutis & timoris, vt nos ſic iterũ
timere faciat quaſi ſeruos, quomodo olim iu
dæi pœnarũ terrore ſeruiebant: a Sed ſpi-
ritus libertatis eſt, quo adoptamur in filios
Dei, quo ſuggerente audemus Deũ fiduciali
ter patris nomine cõpellare, illiq; dicere Ab-
ba: quod interpretatur pater. b Ipſe enim
ſpiritus diuinus, occulta ſuggeſtione, ſpiri-
tui humano perhibet teſtimoniũ, in quo in-
habitat, quòd veri ſimus filii Dei: de cuiꝰ te-
ſtimonio nihil eſt dubitandum, quum ſit ipſe
ſpiritus veritatis. c Si vero filii dei ſumꝰ:
ergo & hæreditatis eius ſecundum ſpẽ par-
ticipes ſumus, eiuſdẽ ſuo poſtmodũ tempore
futuri poſſeſſores. d Hæredes quidem Dei
patris, Chriſti vero filii, etiã cohæredes: qua-
tenus & ipſe filius eſt Dei, et noſtrũ omnium
per carnis aſſumptionẽ frater effectꝰ. e Si
modo per patientiã configuremur Chriſto,
in iis quę pro eius nomine ſufferenda obue-
niunt: vt debito ordine hoc pacto, in tempo
re retributionis, eidẽ ſecundũ gloriã etiã con
figuremur atq; aſſimilemur. Neq; vero ma
gnum aliquid videri cuiquam debet, pro no
mine Chriſti grauia quępiã ſuſtinere, prop-
ter expectationem venturæ retributionis. f
Scio enim et certiſſime mihi perſuaſũ habeo,
paſſiones quæ in hoc mũdo obuenire poſſunt
fidelibus, etiãſi vniuerſæ in vnũ congloben-

 tur,

i Si enim ſecundũ
carnẽ vixeritis/ mo
riemini.
a Si autem ſpiritu
facta carnis morti-
ficaueritis/ viuetis.
b Quicũq; enim ſpũ
Dei aguntur/ hi ſũt
filii Dei.
c Non enim accepi
ſtis ſpiritum ſeruitu
tis/ iterũ in timore/
a Sz accepiſtis ſpi
ritũ adoptionis fili
orũ Dei/ in quo cla-
mamꝰ: Abba pater:
b Ipſe enim ſpiritꝰ/
teſtimonium reddit
ſpiritui noſtro / qđ
ſumus filii Dei.
c ſi autem filii/ et he
redes:
d heredes quidem
Dei/ coheredes au-
tem Chriſti.
e ſi tamen compatimur
vt et conglorificemur.
f Exiſtimo enim/ qđ
non ſunt condigne paſ
ſiones huius tẽpo-
ris/ ad futuram glo
riam/ que reuelabi-
tur in nobis.

tur, non eſſe tamen vllo modo ſufficiẽtes ad promerendum quaſi ex condignitatis debito, illam venturi ſeculi gloriam, quæ ſuo tẽpore in nobis cũ effectu manifeſtabitur, qui modo credimus & ſperamus in eum, & perſequutionem patimur pro nomine eius.

g Nam expectatio creature, reuelatione filiorum Dei expectat.

g Tanta enim erit illa beatitudo, vt ipſa quoque mundialis machina, & omnis quæ in eo eſt creatura, cum expectatione magna aſſidue ſoliteq́ expectet, hanc filiorum Dei reuelationem: Id eſt perfectam in corpore & anima, omniũ ſaluandorum glorificationem,

h Vanitati enim creatura ſubiecta eſt.

h Interim enim, donec finalis veniat omnium iuſtorum glorificatio, creatura omnis quæ in mundo eſt, & totus ipſe mundus, ſol etiã ipſe & luna, cæteraq; aſtra & orbes cœlorum, variis immutationibus motibuſq́ cõtinuis, ſecundum generationes & corruptiones ſubiiciuntur ad humanum miniſterium, quę omnia vanitas quędam ſunt & inſtabilitas,

i non volens, ſed propter eum qui ſubiecit eam in ſpe,

i Non quidẽ ex ſuæ naturæ conditione, aut propter ſuum bonum, ſed propterea quòd ea Deus nũc ſeruituti ſubiecit, ad inſeruiendum homini pro hoc ſtatu mortali, propter quẽ facta ſunt omnia, ſub ſpe liberationis in ſuo tempore, quando poſt finale iudicium, homini vltra eorũ miniſterio non erit opus,

a quia & ipſa creatura liberabitur a ſeruitute corruptionis, in libertatem glorie filiorum Dei.

a Nam tunc ipſa creatura quæ hactenus ſeruierat, ab illa ſeruitute corruptionis (id eſt inſtabilitatis, imperfectionis & ſubiectionis) libera fiet, filiis Dei ſic in libertatem gloriæ Dei tranſlatis.

b Scimus enim, quod omnis creatura ingemiſcit et parturit vſque adhuc.

b Scimus autẽ et firmiſſima fide tenemus, omnia creata: & cœleſtia, terreſtria, laborib⁹ fatigari, & velut nobiſcum ſub pondere ſeruitutis, quam noſtra cauſa ſeruiũt, gemere, & magno deſyderio ſui laboris pręmiũ (nempe requiẽ & innouationem in ſtatum meliorẽ) ab initio expectare.

c Non ſolum autem illa: ſed & nos ipſi pri

c Non ſolũ autẽ corporalis illa creatura ſuã liberationem expectat, & deſiderat: ſed

ſed multo magis nos ipſi, qui ſpiritus ſancti primitias, & potiora eius dona, accepimꝰ in arram futuræ cœleſtis gloriæ, ex intimis cordis deſideriis ingemiſcimus & ſuſpiramus, donec impleatur in nobis adoptio, & reueletur in nobis gloria filiorū Dei: d expectantes pariter, & liberationē corporis noſtri, ab omnibus ſuis, quibus nunc aggrauatur miſeriis. e Quanquam enim modo iſta oculis nō videmus, ſpes tamen nos facit, de noſtra ſalute penitus ſecuros: f Imo ſpes non eſt de eo quod iam videtur, & quaſi certū habetur, atq; poſſidetur. g Nemo enim illud ſperare dicitur, quo iā ante oculos ſuos fruitur, quaſi re iam certa & habita. h Tunc autē ſperare dicimur aliquid, cū id quo in præſētia frui non datur, per patientiā tamē expectamꝰ donec tempus veniat, vt accipiamꝰ illud in certā & firmam poſſeſſionē. i Quomodo autē diximus de ſpiritu ſancto quod ipſe in nobis clamat, Abba pater, & quod teſtimoniū reddat ſpiritui noſtro, ꝙ ſimꝰ filii Dei: ſimiliter dicimus, ꝙ ipſe eſt qui noſtrū imperfectū, benigno ſuo auxilio, clemēter adiuuat in orationibꝰ. a Nos enim ex nobis nihil niſi cæci et miſerabiles, neq; quid, neq; quomodo orare debeamꝰ, cognoſcimꝰ: b ſed ipſe ſpiritꝰ mētē noſtrā illuminās, & affectū volūtatis bonis deſyderiis ſuccendēs poſtulare nos facit à Deo quæ ſalutaria ſūt, gemitibꝰ et ſuſpiriis, quæ enarrare vox, neq; vlla lingua poteſt exprimere. c Verū qui cordiū cognitor eſt Deꝰ, optime nouit quid ſibi uelīt ſpūs, ꝓ nobis poſtulatiōes et affectuoſiſſimi gemitꝰ: d qm̄ quæ Deo ſūt placita, & hōibꝰ ſalutaria, pro ſāctis poſtulat: nō (vt ꝓ ſeipſis ſolēt homines) tēporalia aut etiā noxia. e Scimꝰ vero, quoniā iis qui diligūt Deū, eiuſdē ſpiritus beneficio, omnia ſiue proſpera, ſiue aduerſa, ſiue læta, ſiue triſtia, cedunt in bonum, et ad

mitias ſpiritus habentes, et ipſi intra nos gemimꝰ adoptionem filiorum Dei,

d expectantes redēptionē corporis noſtri.

e Spe enim ſalui facti ſumus.

f Spes autem que videt non eſt ſpes.

g Nam quod videt quis, quid ſperat?

h Si autē quod nō videmus ſperamus, per patientiam expectamus.

i ſimiliter autē ſpiritus adiuuat infirmitatem noſtram.

a Nā quid oremꝰ, ſicut oportet, neſcimus:

b ſed ipſe ſpiritꝰ poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus.

c Qui autem ſcrutatur corda, ſcit quid deſyderet ſpiritus,

d quia ſecundum Deū poſtulat ꝓ ſāctis.

e ſcimus autē quoniam diligentibꝰ Deum omnia cooperantur in bonum.

fructum creſcunt meritorũ: Ita vt nulla via poſſint, ab ea, ad quam prędeſtinati ſunt, gloria impediri:

f his qui ſecundum propoſitum vocati ſunt ſancti.

f his, inquã, qui ſecundũ propoſitum diuinę prædeſtinationis, vocati ſũt ad fidẽ Chriſti, in ſanctitatem.

g Nam quos preſciuit, ⁊ predeſtinauit conformes fieri imaginis filij ſui:

g Nam quos ab æterno Deus ſic beatificandos præuidit, hos & prædeſtinauit conformes, & ſimiles filio ſuo conſubſtantiali, qui eſt imago eius: proponens eis dare gratiam ſpiritusſancti, per quam Chriſtiformes, imo Deiformes efficimur.

h vt ſit ipſe primogenit⁹ in multis fratribus.

h Sic tamẽ, vt ipſe in pręcellenti gloria, ſit velut primogenitus inter multos fratres ſuos. Quanquam enim omnes nos in quibus gratia Dei, filii Dei ſimus: Ipſe tamẽ conſubſtantialis & naturalis eſt filius, atque ita primogenitus ante omnem creaturam, tã dignitate quàm tempore. Nos vero tantum adoptiui, & ſecundum beneplacitum eius, ad id quod natura non eramus, aſſumpti.

i Quos autem predeſtinauit, hos ⁊ vocauit:

i Quos autem prędeſtinauit ab æterno ad gloriam ſuam, eoſdem ſuo tempore ad fidem & eccleſiam ſuam vocauit.

a ⁊ quos vocauit, hos ⁊ iuſtificauit:

a Quos autẽ vocauit (Id eſt, qui eius vocationi obedierunt) eoſdem deinde à peccatis mundauit, et ad bona opera validos fecit.

b quos autem iuſtificauit, illos et magnificauit.

b Quos vero ſic iuſtificauit, eoſdem & magnificauit: nunc quidem in gratiæ ſuæ donis magnificis, ac poſtmodum in gloria æternitatis ſuæ. Ecce hæc ſunt mira & magnifica erga nos diuinæ dilectionis teſtimonia. Quis vnquam tanta ſperare auſus fuerat?

c Quid ergo dicemus ad hec?

c Quid reſpondebimus ad tantæ charitatis beneficia, fratres?

d ſi De⁹ pro nobis: quis contra nos?

d Si Deus tanto nos fauore proſequitur, & ſi ille tantum nobis demonſtrauit amorẽ: quis eſt qui ſe ſperet nobis poſſe nocere, noſtrãq; nobis ſalutem ſubtrahere?

e Qui etiã proprio filio ſuo non pepercit, ſed pro nobis omnib⁹ tradidit illũ:

e Ecce tanto nos amore Deus proſequutus cognoſcitur, vt ꝓ nobis redimendis, nobiſq; ſaluandis, nec proprio & vnico filio ſuo pepercerit, ſed in mortem eum pro nobis tradiderit.

f quomodo non eti

f Igitur filiũ ſi nobis

ſi nobis dedit & pro nobis, nihil dubiū, quin omnia ſimul ad noſtram ſalutem neceſſaria, cum illo & in illo nobis contulerit: Nempe peccatorum remiſſionem, & gratiæ ſuę auxilium, et ſpiritualia omnia chariſmata, quę nobis ad ſalutem ſunt neceſſaria. g Ecce Deus eſt, qui electos ſuos à peccatis iuſtificat: quis tam audax, qui eos quos Deus à peccatis abſoluit, quaſi peccati reos, audeat falſis criminationibus accuſare? h Quis tam potens qui eos quos Deus iuſtos habet, poſſit cō demnare? i Ecce Chriſtus Ieſus Dei filius ipſe eſt qui pro noſtra ſalute morti ſe tradidit, imô morte deuicta tertia die reſurrexit, & in cœlum ſcandens, ad dexteram patris, in æqualitate glorię eius, venturus iudex, reſidet: a Qui etiam modo ad dexteram patris conſtitutus, pro nobis interpellare atq; orare inſtanter, non deſinit. Et quis eſt, aut quæ tandem iſta creatura, quæ præualere ſe putabit, aduerſus eos quos ſic Deus tanti facit, quibuſq; Deus tanta exhibet beneficia ſūmæ charitatis? b Et nos, poſteaquam tanta tam eximiæ dilectionis à Deo accepimus efficaciſſima teſtimonia: cuius tandem virtute, aut potentia ſuperari poterim⁹ a dilectione eius, aut quid nobis obuenire poterit, quo ab eius amore ſeparemur, qui nos prior tam inaudita charitate dilexit? c Neque tribulatio quælibet, neque anguſtia, neque egeſtas vlla, ſiue victus, ſiue veſtitus, neque perſequutio quęlibet, neque mortis periculū. d Sic enim apud Pſalmiſtam, in perſona fidelium pro Chriſto patientium ſcriptum legimus: e Quoniam propter tuum amorem, et tui nominis confeſſionem, mortificamur aſſidue, æſtimati tanquam oues occiſioni deputatæ. f Sed hæc omnia per patientiam ſuperamus, eiſq; per patientiam ſuperiores euadimus, ad longe etiā maiora parati. g Pro-

am cum illo / omnia nobis donauit?

g quis accuſabit ad uerſus electos Dei?

h Deus qui iuſtificat / quis eſt qui cōdemnet?

i Chriſtus Ieſ⁹ qui mortuus eſt / imo q̄ & reſurrexit / qui eſt ad dexteram Dei:

a Qui etiam interpellat pro nobis.

b Quis ergo nos ſeparabit a charitate Chriſti?

c Tribulatio / an anguſtia / an fames / an nuditas / an periculum / an perſequutio / an gladius?

d ſicut ſcriptum eſt:

e quia ꝓpter te mortificamur tota die / eſtimati ſumus ſicut oues occiſionis.

f ſed in his omnib⁹ ſuperamus /

g propter eum qui

dilexit nos.
h Certus ſum enim: q: neq; moꝛs/ neq; vita/ neq; angeli/ neq; pꝛincipatus/ neque virtutes/

pter eius amorem, qui tanta nobis oſtendit dilectionis efficaciſſima teſtimonia. h Confido autem in Domino, & certus ſum in gratia eius. quòd neq; mortis comminatio, neq; longæ vitę promiſſio, nec angeli, neq; principantes eis, nec ſpiritus virtutes operātes, nec boni, nec mali,

i neq; inſtãtia/ neq; futura/ neq; foꝛtitudo/ neq; altitudo/ neque pꝛofundum/
a neq; creatura alia/ poterit nos ſeparare a charitate dei que eſt i Chꝛiſto Ieſu domino noſtro.

i nec inſtantia aut præſentia ſiue bona ſiue mala, nec futura, nec vlla potentia, nec quicquam eorũ quæ ſunt in cœlo ſurſum aut ſub terra deorſum, a nec vlla (ſi quę eſt) creatura alia, nobis poterit auferre charitatem Dei, quam habemꝰ in Chriſto Ieſu domino noſtro.

TEXTUS. Ca. Nonum.

ELVCIDATIO CAP. IX.

a Veritatem dico in Chꝛiſto Ieſu/ nõ mẽtioꝛ/ teſtimonium mihi perhibente cõſcientia mea/ in ſpiritu ſancto: quoniam triſtitia mihi magna ẽ et continuus doloꝛ capiti meo.
a Optabam enim ego ipſe anathema eſſe a Chꝛiſto/

NE vero me exiſtimare poſſit aliquis, ea quæ dixiſſe videor in legis derogationem et Euangelicę gratię commẽdationem, odio gentis meæ protuliſſe: a ecce in veritate, quam loquor ſine omni fictione & mendacio, coram Chriſto Ieſu, ſimul atteſtante mihi conſcientia mea, in ſpiritu ſãcto, teſtor mihi triſtitiam magnam & dolorem aſſiduum eſſe in animo, amplius quam credi poſſit, propter Iudæos, qui adhuc in ſua infidelitate permanentes, nolunt ſubiici fidei & Euangelio Chriſti. a Vſqueadeo enim hæc res mihi cordi eſt, vt optarim atque etiamnum optem (ſi fieri poſſet, et ſic Deo foret beneplacitum) ea quam expecto mercede retributionis priuari, atq; ita modo quodam à Chriſto (licet non amicitia, tamen æterna etiam præſentia) ſeparari,

b pꝛo fratribꝰ meis:

b pro ſalute fratrum: ſi vel tali ac tanto precio eos poſſem à ſua infidelitate & ſubſequutura damnatione redimere, vt ad Chriſtum conuertantur, & ſalui fiant. Tanti mihi eſſe illorum ſalutẽ, vere profiteor.

c qui ſunt cognati mei ſcd͂m carnẽ/ qui ſunt Iſraelite.
d quoꝛum adoptio

c Fratres autẽ meos voco filios Iſrael, qui ſũt cognati mei ſecũdũ carnalẽ parẽtelã, q̃m ab eiſdẽ parẽtibꝰ Abrahã, Iſaac & Iacob, deſcẽdimus: d Ad quos ꝑtinet fi-

lialis

lialis adoptio, quoniam & olim eos domin⁹ propter patres ſuos in filios & populum peculiarem aſſumpſit, & in adoptione filiorū nouæ legis, ex promiſſione patribus facta, primas etiam partes habent. e Quorum eſt etiam gloria magna in eo quod mirabilia Deus, proeis ac patribus eorum, feciſſe & exhibuiſſe cognoſcitur. f Quibus olim teſtamentum illud Vetus, tanquam ſingulare beneficium datum fuit, & modo nouum offertur, acceptare volētibus. g Quibus olim & lex data eſt, & obſequia peculiaria, ritusque diuini cultus ex legis pręſcriptione, fuerunt deputata. h Quibus etiam promiſſiones plures factæ ſūt, tam de temporalibus quàm ſpiritualibus bonis. i Quorum inſuper patres illi ſunt, ex quibus ſecundum carnis generationem Chriſtus naſci elegit, atq; dignatus eſt, qui eſt ſuper omnia ver⁹ deus, ineternum benedictus, amen. Atq; hæc omnia beneficia populo Iſraelitico peculiariter exhibita, quo magis multa ſunt, & magna, eo magis dolor aggrauatur mihi in animo, cū eos video, quos tantis deus beneficiis ſemper eſt proſequutus, & quibus etiam nunc omnia quaſi primis & præcipuis offeruntur, obſtinato animo ſolos reſiſtentes Euangelio CHRISTI. a Nequevero hæc dico, quaſi ſentiam promiſſiones Dei factas Abrahæ, de ſui ſeminis multiplicatione et beatitudine prorſus factas eſſe irritas, vt non impleantur propter Iudæorum obſtinatam incredulitatem. Omnino enim implentur, in iis, qui ſunt ſecundum ſpiritum Iudæi, & filii patriarcharum. b Non enim exiſtimandum eſt omnes eos eſſe corā deo veros Iſraelitas, qui ſecundum carnem ex Iſrael ſunt; propagati: c Neq; omnes eos eſſe filios Abrahæ coram deo, qui carne ab eo fuerint diſſeminati. Qui igitur ſūt Abrahę verum ſemen? d Illi ſoli

est filiorum/
e ⁊ gloria/
f ⁊ teſtamentum/
g legiſlatio/ ⁊ obſequium/
h ⁊ promiſſa/
i quoꝝ patres/ ex q̄bus eſt xp̄s ſcd̄ȝ carnē/ qui eſt ſuper oīa deus benedictus in ſecula. Amen.
a Non aūt quod exciderit verbum dei.
b Nō ei oēs q̄ ex Iſrael. hi ſūt Iſraelite
c neq; qui ſemē ſunt abrahe: oēs filii.
d ſed in iſaac vocabitur tibi ſemen:

qui ſecundum chriſtum cuius gerit typum Iſaac) Abrahę ſunt filij per fidem. e Hoc eſt, non omnes qui ab abrabam carnis duxerunt originē, Deus pro filii eius habet, neq; tales apud deum abrahæ filij reputantur: f ſed qui ex fide nati ſunt ſecundum promiſſionem, ſicut & Iſaac ex promiſſione eſt natus, hi, inquam, ſoli reputantur de ſemine abrahæ apud deum, & inter eos computantur. g De Iſaac autem, quomodo per repromiſſionem ſit natus, docet nos ſcripturæ teſtimonium, quod in Geneſi dictum legitur ab angelis hoſpitio receptis: h Iuxta condictum reuertar ad te anno altero, & erit Saræ filius. i Non ſolum autem Sara in vno filiorum accepit promiſſionem, ſed etiam rebecca vxor Iſaac, ex eodem conceptu in vtero geminos habens, in vno tantum accepit repromiſſionem. a Cum enim nondum in lucem fuiſſent editi, neq; benè adhuc egiſſēt aliquid aut male: vt dei propoſitum & præ deſtinatio, ſecundum electionem ſuam & ſuum beneplacitum firma maneret, & non ex hominum meritis pendere demonſtraretur, Rebeccę conſulenti dominum dictum eſt de alterius tantum electione, b non ex operum meritis vel demeritis, quæ nulla præceſſerant, ſed ex præſcientia & electione Dei, quos ipſe vult eligentis, atq; vocantis, pro ſuo beneplacito. c Dictum eſt, inquam, ei quod minor (nempe Iacob) eſſet prælectus à deo, vt ei ſubiiceretur maior. Cui conſonat Malachiæ teſtimonium, dicentis in perſona dei: d Iacob erat & Eſau, & tamen Iacob dilexi, eum ad primogenituram eligens, & benedictionem paternam ei conferens, atq; etiam ad hoc vt in eo complerem promiſſiones patribus factas, e Eſau reprobato atque ab his oībus retruſo, cui tamen videbatur ſecundum iudicium humanum, vt primogenito,

Marginal text:

e Id eſt/ nō qui filij carnis hi filij dei.

f ſed qui filij ſūt promiſſionis / eſtimant in ſemine.

g Promiſſionis eñ verbum hoc eſt.

h ſecundū hoc tempus veniaꝫ: ⁊ erit ſare filius.

i Non ſolum aūt illa/ ſed ⁊ Rebecca/ ex vno ꝯcubitu habēs Iſaac patris noſtri/

a Cum eñ nonduꝫ nati fuiſſent / aut aliquid boni egiſſent/ aut mali/ vt ſcđꝫ electionem propoſituꝫ dei maneret:

b non ex opibus/ ſꝫ ex vocāte dictū ē ei/

c quia maior ſeruiet minori/ ſicut ſcriptum eſt:

d Jacob dil exi/

e Eſau aūt odio habui.

nito, iſta magis competere. f Quid vero ſuper hac re dicemus? Nunquid iniquitatem & iniuſtitiā facit deus, dum hæc agit atq; ſimilia, pro ſuo beneplacito eligendo & reprobando, ante vlla merita vel demerita? g Abſit, vt talem deo impingamus blaſphemiam. h Sic enim eſt quomodo. ad Moyſē loquēs dicit dominus: Miſerebor ego, inquit, cui voluero & mīam præſtabo, cui mihi placitum fuerit exhibere mīam. Significans nimirū, in ſuo beneplacito ſitum eſſe, miſereri mīamque exhibere, vel non exhibere, citra omnem iniuſtitiā. i Non eſt igitur humanę poteſtatis, interiori vllo animi motu, aut externa quauis, quantūuis vehementi atq; etiā laborioſa operatione, in deo prædeſtinationem cauſare, Deiq; prædeſtinationem comparare, a quæ ſolius eſt dei miſerentis quibus vult, & quos vult ſine operum conſideratione præcedentium, ab æterno prædeſtinantis. b Et de reprobatione quidem malorum, exemplum habemus in Pharaone: de quo in ſcriptura legimus à domino dictum, ad ipſum: c Ego dominus te Pharaonem in regni ſoliū exaltaui, & mentem iſtam rebellē & cor inobediens in te venire atq; permanere permiſi et permittam, ad eum finem, vt clarificetur in te potentia mea: quam in te puniendo ſic demonſtrabo, d vt cum laude & gloria prædicetur nomen meū in vniuerſa terra. Hunc ecce quia noluit, reprobauit: quem ſi voluiſſet pro ſua miſericordia, ſaluare vtiq; potuiſſet. e Itaq; videmus ex hiſce exemplis, quemadmodum deus pro ſuæ voluntatis arbitrio, quibus vult, miſericorditer miſeretur: Alios, pro ſuo placito (ſi velit) obdurari permittit, atq; in obduratione permanere. f Verum ex his quæ iam diximus, mouere forſitan aliquis poſſit quæſtionem, & dicere: g Si prædeſtinari & reprobari,

f Quid ergo dicem⁹? Nunquid iniquitas apud deum?

g Abſit.

h Moyſi ei dixit miſerebor: cui miſert⁹ ſū ꝛ miaȝ preſtabo, cui miſerebor,

i Igitur non volentis neq; currentis,

a ſed miſerētis ē dei

b dicit eni ſcriptura Pharaoni,

c Quia in hoc ipſuȝ excitaui te,

d vt oſtendam in te virtutē meā, ꝛ vt annunciet nomē meuȝ in vniuerſa terra,

e Ergo cuius vult miſeretur,

ꝛ queȝ vult indurat

f Dicet itaq; mihi,

g Quid adhuc q̃rit

probari, eligi & obduratum permanere, in ſola Dei eſt voluntate: quid ergo adhuc querela ſit aduerſus malos, & reprobos? Nam ſic dei voluntas eſſe videtur: atque proinde nec reprehendi & puniri debere videntur, cum ſit ex dei voluntate (vt ex dictis colligi videtur) obduratio: atq; per conſequens etiam malitia omnis, quæ ex ea procedit. h Nam eius voluntati, quis velit reſiſtere, aut quis pro eo quenquam reprehēdat, quod dei impleat volūtatem? Compeſce teipſum ò homo, ab inquirēdis huiuſmodi quæ ſupra humanum captum exiſtunt, profundiſſimis & ſecretis dei iudiciis i Quis enim es tu ò homo miſer & mortalis, qui poſſis te deo exaduerſo opponere, ad criminandū ſiue culpandum iudicia eius? a Quemadmodum enim id quod per artem fingit figulus, qualecunq; tandem ſit quod fingitur, non obmurmurat aduerſus figulum, dicens: Quid me feciſti ſic? Ita neq; homo contra deum murmurando ſe poteſt opponere, quaſi ille male nos finxerit aut malum quenquam creauerit. b Habet ne figulus qui in luto operatur, hanc ſuper luto poteſtatem, vt poſſit de eo facere quodcunque ſibi fuerit placitum, ſiue vas in vſum aliquem honorificum, ſiue aliud in vſum minus honeſtum, atque etiam contemptibilem? c Quid ſi etiam deus volens oſtēdere ſeueritatem iuſtæ vindictæ ſuæ, & potentiam ſuam facere manifeſtam in punitione impiorum, toleret nunc in hoc tempore impios homines, qui ſint ei in nouiſſimo die vaſa iræ, in quæ videlicet tunc effundat irā ſuam, exercendo in eos vindictam iuſtitiæ ſuæ: d vt ex altera parte reluceat copioſiſſima illa & ditiſſima gloria miſericordiæ eius, erga vaſa miſericordiæ quæ prædeſtinauit ab ęterno, atque per gratiam ſuam in tempore præparauit, vt effundat in eos, impleat

h voluntati em̄ ei⁹ quis reſiſtit?

i O homo tu q̄s es / q̄ reſpondeas deo?

a Nūquid dicit figmētū ei qui ſe finxit quid me feciſti ſic?

b an nō hȝ poteſtatē figulus luti ex eadē maſſa facere / aliud q̄dē vas in honorē aliud vero in ɔtumeliam?

c Quod ſi de⁹ volēs oſtendere iram ɀ notam facere potētiaȝ ſuā / ſuſtinuit in multa patiētia vaſa ire apta in interitum /

d vt oſtenderet diuitias glīe ſue in vaſa mīe que preparauit in gloriam?

pleatque gloria ſua iſta ſi Deus ita velit, tu quis es qui reſpondes Deo, aut contra illum ſuper hoc agas? e Atque hos quidem quos ſic præparauit in gloriam ſuam, ipſe elegit: non ex carnaliter Iudæis tantum, ſed etiam ex gentilibus, f Iuxta quod in Oſee propheta dicit dominus: Vocabo, inquit, eos qui olim populus meus non erant, vt fiant, ſintque populus meus, in quo per gratiam inhabitem: & populum, qui antea dilectus non fuerat propter idololatriam, vocabo habeboque poſt vocationem dilectum, vt ei bene faciam: & qui prius ſub ira detinebatur, extra gratiam & miſericordiam, vocabo conſequutum miſericordiam. g Futurumque eſt in tempore illo, vt in locis illis gentium, vbi inhabitabant qui non erant popul⁹ dei illic poſtmodum vocentur ſintque & habitent, non ſolum populus, ſed etiam filii Dei viuentis. Populus enim gentium, qui idololatria ſua erat non populus Domini, non miſericordiam conſequutus, & non dilectus, ſuſcepta poſtmodum fide, factus eſt populus domini, & dilectus & miſericordiam conſequutus. Atque hoc quidem Oſee vaticinium, aperte de copioſa gentium quæ modo impletur vocatione prædixit. h Cæterum de vocatione Iudæorum, & paucitate vocandorum ex eis Eſaias clamat, & palam loquitur, i dicens, Ex maxima & innumerabili multitudine filiorum Iſrael, reliquias aliquas (id eſt, paucos electos) ad ſalutem fidei peruécturas. a Erit autem & veniet ſuo tempore, qui coſummabit & perficiet verbum prædicationis, legis prolixitatē in pauciſſima & facillima præcepta euangelica cōtrahēs abbreuiās ipſū in iuſtitia & æquitate, qm̄ perfectam iuſtitiā & ſufficientem ad ſalutem includit abbreuiatum verbū ſancti euāgelii (b Dominus em̄ ipſe) vt modo

e Quos vocauit / nos / non ſolū ex iudeis / ſed etiā ex gentibus.

f Sicut in Oſee dicit: Uocabo non plebē meā / plebē meā / ⁊ nō dilectā / dilectā ⁊ nō miaꝫ conſequutā / miaꝫ cōſequutā.

g Et erit in loco vbi dictū ē eis / nō plebs mea vos / ibi vocabūtur filij dei viui /

h Eſaias aūt clamat pro Iſrael:

i Si fuerit numer⁹ filiorū iſrael tanquā arena maris / reliqe ſalue fient.

a Uerbum eni cōſūmans / ⁊ abbreuiās in equitate.

b quia verbū breuia

tum faciet dñs ſuꝑ terram.

modo dictum eſt) verbum euangelij abbreuiatum prædicari faciet in omnibus finibus terræ: ad cuius prædicationem conuertētur ad dominum prædeſtinati ex gentibus, atq; etiam nonnulli ex Iudæis præordinati, qui per legis prolixitatem, iuſtificationem & ſalutem perfectam, conſequi non poterant.

c Et ſicut predixit eſaias: Niſi dñs ſabaoth reliquiſſet nobis ſemē, ſicut Sodoma facti eſſemus ⁊ ſicut gomorra ſimiles fuiſſemus.

c Et iterum dicit Eſaias: Niſi dominus exercituū in chriſto nobis aliquos dediſſet, ſeruaſſetq; electos, iam ſicut Sodoma & Gomorra omnes in obſtinatione & damnatione periiſſemus, nec eſſet vltra memoria noſtri inter bonos & ſanctos fideles. Sua enim ſingulari miſericordia, adhuc aliquos ex Iudæis in fide recta ſeruat Deus, & ſeruabit vſq; in finem mundi propter ſanctos Patriarchas patres eorum, vt non penitus pereat populus ille, qui tam electos patres olim habuit de numero fidelium, & ſaluādorum.

d Quid ergo dicemꝰ, ꝙ gētes que nō ſectabant iuſtitiā, apprehenderunt iuſtitiam,

d Quid ergo de his dicemus mirabilibꝰ dei iudicijs? Miranda ſanè, ſed vera ſunt quæ dicimus. Quod gentes quę iuſtitiam non requirebāt, in apertis & enormibus peccatis ſine rubore viuentes, ſtatim audita prædicatione euāgelica, credentes agenteſque pœnitentiam, apprehenderunt iuſtitiam veram,

e (iuſtitiā autē que ex fide eſt) f Iſrael vero ſectando legem iuſtitie, in legē iuſtitie nō ꝑuenit?

e (iuſtitiam dico fidei) f Filij autem Iſrael, qui ex lege ſua quærebant iuſtificari, ſtudentes ſuis corporalibus cæremoniis peccata tollere, ad veram iuſtitiam (quātum ad magnā eorum partem) non peruenerunt.

g Quare quia nō ex fide, ſed qꝛ ex opibus.

g Et quare hoc illis euenit? Quia non ex fide quærūt iuſtificari, vnde debuerāt, ſed ex legis carnali obſeruantia, vnde non poterant, reſiſtentes enim chriſto, & eius doctrinam nolentes recipere,

g Offenderūt eī ī lapidem offenſionis,

h ſic offenderunt vt caderent: & factus eſt eis qui erat ſaluator datus, eorum ꝑuerſitate, quaſi lapis offenſionis, & ſui caſus occaſio.

h ſicut ſcriptū ē: Ecce pono in Sion la-

h de quo ſcriptum eſt. Ecce ſuo tempore mittam in populo Iſrael lapidem offen-

offenſionis, & petram offendiculi, id eſt, chriſtum Ieſum, in quem impingendo, & cui reſiſtendo ſeipſos lædent, & qui illis erit in ruinæ interitusq; occaſionem. i Omnis autem qui in illū nō impegerit, ſed ei per fidem cum charitate adhæſerit, non erit confuſus in nouiſſimo, ſed erit ei in ſalutem ſempiternam.

¶ ELVCIDATIO CAPI. decimi.

a Terum dico vobis, fratres mei (ne quis de me ſiniſtre ſuſpiſcetur,
1 odio me habere gentem meam) deſyderium cordis mei vel ſummum id eſſe, ad quod etiam precibus, quātum poſſum apud deum, nitor aſſidue, vt ipſi quoque Iudęi ad chriſtum conuerſi, fiant ſalui. b Nam hanc rem in meipſo ſatis expertus, teſtimonium illis perhibeo, quod zelum habeant atque feruorem, quo ſe putāt pro dei gloria agere: c ſed inſipiens & ſtultus eſt eorum zelus, qui non eſt ſecundum fidei ſcientiam: Imò fidei contrariatur. Idcirco enim tam feruide aduerſus chriſti nomen agunt, quoniam putant per Chriſti nomen, veri Dei (quem colunt) gloriam imminui: & ob hoc, ipſum impugnantes, deo ſe putāt præſtare obſequium. d Nam quia verā ignorant iuſtitiam quæ ex fide eſt corā deo: ſuam vero illam, quæ ex legis operibus eſt coram hominibus, ſecundum carnalem legis obſeruantiam, quærunt confirmare, nec permittere volunt, vt per legem fidei antiquetur, ita fit, vt propter ſuam apparentem iuſtitiam, quam tueri mordicus & intertenere quærunt, e iuſtitiam fidei quæ perfecta eſt coram Deo, non ſolum non acceptent, ſed etiam impugnent. Quod ſummæ proculdubio inſipientiæ & dementiæ eſt. f Totius enī legis veteris finis eſt chriſtus, vt in eo, & per eum

pidem offenſionis & petrā ſcandali.

i & oīs qui credit in eū non confundet.

TEXTVS. CAP. decimum.

a Fratres volūtas quidem cordis mei, & obſecratio ad deū fit pro illis i ſalutē.

b Teſtimonium enī perhibeo illis, quod emulationem quidē dei habent,

c ſed non ſecundum ſcientiam,

d Ignorātes enī iuſtitiā dei, & ſuā querentes ſtatuere,

e iuſtitie dei non ſūt ſubiecti.

f Finis enī legis chriſtus, ad iuſtitiam omni credenti.

eum conſequantur perfectam iuſtitiam, omnes qui credunt in eum. Finis, inquam, eſt ad quem omnia legis, tam cęremonialia, quàm iudicialia præcepta reſpiciunt: ad cuius aduentum, ſuos obſeruatores lex præparabat & ad quam ipſa ſuis teſtimonijs tranſmittit, ſibi ſubiectos. Denique ipſe finis eſt et perfectio, & conſummatio omniũ tam cæremonialium, quàm iudicialium, quę in eius morte facta ſunt irrita: Vnde patet, inſipienti ad modum zelo illos agi, quo nunc oblatam ſi dei iuſtitiam, recuſant, atque etiãimpugnãt. Nam de iuſtitia quæ ſecundum legem & ex lege eſt, quam ſit imbecillis atque inualida patet ex eo quod ſolum à morte corporis cuſtodiebat obſeruantes, nõ aũt animam à peccatis iuſtificare potuit, g Iuxta quod Moyſes ſcripſit in libro Leuitici, quod iuſtitiam quæ ex lege eſt qui opere impleuerit, viuet per eam, id eſt, Qui iuſtitias legis omnes, & præcepta omnia diligenter impleuerit, mortis pœnam atque etiam cæteras corporis pœnas tranſgreſſoribus deputatas, effugiet, nullum veræ iuſtificationis fructum ex legis obſeruatione aſſignans. h At vero fidei iuſtitia, hoc exigit atque poſtulat vt non dicas quaſi non dubius aut incredulus apud temetipſum: Quomodo fieri potuit qđ dicunt chriſtiani, vt CHRISTVS Dei filius de cœlis deſcenderit ad terras? i Et quis eſt qui aſcendit in cœlum? hoc eſt, vt illum inde nobis deduceret, qui hui⁹ rei certitudinẽ nobis poſſit exponere? Neque iterum dicas dubius in corde tuo: Quomodo verum eſſe poteſt quod dicunt Chriſtiani, chriſtum mortuum ab inferis reſurrexiſſe ad vitam? a Et quis huius rei cauſa, ad infernum deſcendit, id eſt, ad chriſtũ excitãdũ à mortuis reſuſcitandũq; ab inferis? Hoc eſt, fidei iuſtitia, nõ operatione carnalium obſeruantiarum cõſiſtit,

g Moyſes ei ſcripſit qm̃ iuſtitiam que ex lege eſt / qui fecerit homo / viuet in ea.

h Que autem ex fide eſt iuſtitia / ſic dicit / Ne dixeris i corde tuo /

i Quis aſcẽdit i celum?. i. chriſtuꝫ deducere:

a aut quis deſcẽdet in abyſſuꝫ? hoc eſt / chriſtum a mortuis reuocare.

ſtit, ſed in hoc vt ſine vlla hæſitatione, aut dubitatione, ac ſine quæſtionibus, contradictionibusque, ſimpliciter credatur Chriſtus Dei filius de cœlo deſcendens, humanam aſſũpſiſſe naturam, eundemque poſtquã vt homo mortuus extitiſſet, tertia die ad vitam diuina ſua virtute rediiſſe. Abſque quæſtionibus, inquam, eiuſmodi & hæſitationibus quæ fidei firmitati repugnant. b Sed iuxta ſcripturæ verbum (vt eam noſtro ſermoni noſtroque propoſito aptemus) prope & intra te eſt, verbum fidei, & in corde tuo, & in ore tuo: ſi fidem rectam & corde credis, & ore confiteris. Et intra te totius Euangelij habere potes rationem, ſi tantum velis abſque hæſitationibus & interrogationibus eiuſmodi, ſimpliciter (vt oportet) credere. Nã fides ſola, omnium eorum quę credimus, tota ratio eſt. c Hoc autem verbum de quo nunc loquimur, in quo ſolo eſt perfecta ſal⁹, verbum ſancti Euangelii, eſt verbum fidei chriſtianę quod prædicam⁹: d Nempe qđ omnis qui in corde ſuo ſimpliciter firmiterque crediderit dominum noſtrũ Ieſum chriſtum, quod ipſe verus ſit Dei patris filius, quem pater à mortuis tertia die reſuſcitauit ac cætera quę de illo ſanctum prædicat Euãgelium, ea etiam cum oportunum fuerit ac neceſſarium, in ore confiteri non formidans, neque erubeſcens, ſalutem illi conſequetur, quiſquis tandem fuerit, ſiue gentilis, ſiue Iudęus. e Tametſi enim fides quæ in corde eſt per ſe iuſtificet, nõ erit tamen ad ſalutẽ finalẽ ſufficiens: f niſi & ore (cũ res popoſcerit, & occaſio occurrerit) parat⁹ ſis quod corde credis, conſtanter cõfiteri. Atque ita de cæteris cæterorum membrorũ officiis: quæ oĩa debent eã quæ in corde eſſe dicitur: fidẽ atteſtari, quæ fidei ſunt conſona (cum occurrit occaſio) libẽter operãdo. g Nã de hac ſalute omni-

b Sʒ quid dicit ſcriptura? Prope eſt verbũ in ore tuo, & in corde tuo.

c Hoc ẽ verbuʒ fidei quod prędicamus:

d q: ſi ꝯfitearis in ore tuo dñm Jeſum & in corde tuo credideris, qđ deus illũ ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris.

e corde eĩ creditᵣ ad iuſtitiam:

f ore autem confeſſio fit ad ſalutem.

g dicit eĩ ſcriptura:

Oīs q̄ credit in illū/
non confundetur.
h Nō ei eſt diſtictio
iudei ⁊ greci/
i Nam idem dn̄s om
niū / diues in oēs q̄
inuocant illum.
a Oīs enī quicūq; in
uocauerit nomē dn̄i/
ſaluus erit.
b Quō ergo inuoca
bunt eū/ in quē non
crediderunt?
c Aut quō credent
ei quē nō audierūt?
d Quō aūt audient
ſine predicante?
e Quō vero predica
būt/ niſi mittātur?
f Sicut ſcriptū eſt:
Quā ſpecioſi pedes
euāgelizātiū pace⁊
euāgelizātiū bona.
g Sed non oēs obe
diunt euangelio/
h Eſaias enī dicit:
i Dominne quis cre

omnibus indifferente, ſcriptura prophetica
loquitur pro hoc tempore gratię dicens: Om
nis qui in chriſtum credit, fide viua & chari
tate formata, per quę dilectionem operatur,
non confundetur, ſed ſaluabitur. h Non
enim nouit deus (quantum ad hanc rem) vl
lam inter iudæum & gentilem differentiā.
i Ipſe enim vnus idemq;, omnium hominū
ſine diſcretione aut exceptione, ex æquo vni
uerſalis eſt dominus, copioſus in miſericor-
dia, & liberalis admodum in iis quæ ſunt ſa
lutaria, erga omnes qui illum recte (vt opor
tet) inuocauerint. a Omnis enim quicun-
q; ex fide vera, & perfecta charitate inuoca
uerit nomen domini, de corde puro & con-
ſcientia bona, ſalutem conſequetur ęternam.
b Sed vt inuocare poſſent, neceſſe erat vt
prius crederent in eum quem inuocarent.
c Credere vero non poterant in eum, quem
nunquam audiſſent. d Neq; rurſum audi
re potuiſſent, niſi aliquo prædicante. e At
qui prędicantes, vt veri ſint & apoſtolici prę
dicatores, neceſſe eſt vt mittātur à deo, f De
quibus prædicatoribus apud Eſaiam per ad
mirationem ita legimus. Quàm mundis ſūt
affectibus futuri, & quàm gratus eſt futu-
rus illorum aduentus, quos mittet Deus ad
annunciandum pacis per filium dei terris al
latæ, noua gaudioſaq; nuncia, & præparata
fidelibus bona cœleſtia. Itaq; (à primo ad no
uiſſimum colligendo ſermonem) non poſſūt
inuocare ad ſalute nomē dn̄i, niſi mittāt, qui
prædicent eum quem inuocare oportet, chri
ſtum Ieſum. g Verum quanquam mittā
tur qui prædicent, non omnes tamen fidem
habent Euangelio, quod prædicari audiūt.
h Eſt apud eſaiā teſtimonium, qui de miſte
rio humanitatis Chriſti loquuturus, in per-
ſona apoſtolorum nouæ legis loquitur do-
mino, dicens: i Domine perpauci admo-
dum

dũ ſunt, qui noſtro auditui, id eſt, verbo Euãgelii, quod à te audiuimus didicimuſq; prędicandum populis, velint habere fidem: quique doctrinam quam à te didicimus, velint ſuſcipere. a Ex quo patet, fidem haberi ex auditione prędicantis. Quanquã enim fidem in nobis principaliter ſpiritus ſanctus operetur interius, exterius tamẽ, ex miniſterio prędicantis, per auditionem comparatur: Ita vt apud Deum prima ſit & præcipua Euangelicæ prædicationis authoritas, eiuſq; fructificationis, nempe fidei efficientia: auditus vero tantum miniſterium præbeat operationi diuinæ. b Auditus autem eſt per verbum prædicationis ſancti Euangelii, quod per os loquentium inſonat in auribus audientium, vt poſtquam audierint, credant. c Quæro autem. Num vlla excuſatione poſſint ſe excuſare, per hoc quod non audierint, qui in incredulitate ſua hoc tẽpore publicationis Euãgelii permanẽt? Nõ eſt ſane hac in parte, vlli excuſationi relictus locus. d Quandoquidẽ (iuxta Pſalmiſtę teſtimonium) in omnes terrę partes exiuit ſonus prędicationis eorum, & in vltimas quoque habitationes orbis terrarum peruenerunt verba prędicantiũ Chriſti Euangeliũ. e Sed de populo Iſrael quid dicemus? Nunquid forſan ille nõ cognouit? Cognouit vel maxime: quanquam aduerſus veritatem, excæcante inuidia, repugnauerit ſemper, atque etiamnum repugnet. f Dixit propter hoc Moyſes prior quidem, ſed tectius, & aliquanto occultius, pœnam infidelitatis eorum, in his verbis, ex perſona domini: g Ego dominus. vos filios Iſrael, ſi mihi fueritis inobedientes, vſqueadeo deprimã & populum Gentilium, quem vos quaſi nihilum & quaſi non populum reputabatis, ſic honorificabo & exaltabo: vt aduerſus illos odio ſitis, & indignatione commouendi

didit auditui nr̃o?

a Ergo fides ex auditu,

b auditus autem; per verbum Chriſti.

c Sed dico: Nunquid non audierũt?

d Et quidem in omnes terras exiuit ſonus eorũ, & in fines orbis terre verba eorum.

e Sed dico: Nunquid Iſrael nõ cognouit?

f Primus Moyſes dicit.

g Ego ad emulationem vos adducam in non gentem,

intra voſmetipſos,et inuidiam exerceatis ad uerſus eos,quaſi iam vobis prelatos in ſalute:adeo vt ipſi eos iam inſequi debeatis,ſi ad eandem ſalutem velitis pertingere. h Et per populum iſtum,qui vt inſipiens olim reputabatur,ad iram vos adducam:quando illos videbitis ĩ ſalute,vobis quoque factos priores. i Eſaias autem poſterior poſt Moyſen,apertius etiam et clarius audet dicere,de Iſraelitici populi abiectione,& Gentilium aſſumptione,ſub hac ſententia,in perſona domini: a Inuenerunt me(ait dominus)& ad cultum meum ſe conuerterunt,qui me nõ ſolebant requirere, neque meum nomen reuereri,cum in idololatria viuerent: b palam me illis exhibui et obtuli,qui me pro Deo ſuo non ſolent colere, nec tanquam ad Deum pro neceſſitatibus occurrentibus ad me recurrere. c Ad populũ vero Iſraeliticũ, vocem longe diſſimilem loquitur,dicens:ſe continuo velut apertis vlnis ſtetiſſe,in modum expectantis & preſtolantis, ad recipiendum eos in ſalutem, ſi ad fidem voluiſſent conuerti. Verum illi credere recuſantes, etiam contra dicere atque repugnare veritati, nihil formidarunt.

h in gentem inſipientem/ in iram vos mittam.

i Eſaias autem audet & dicit.

a Inuentus ſum a nõ querentibus me/

b Palã apparui his qui me non interrogabant:

c Ad Iſrael autem dicit / Tota die expandi manus meas ad populum nõ credentem/ ſed contradicentem mihi.

ELVCIDATIO CAP. XI.

TEXTVS. Ca. Undecimũ.

a Dico ergo.

b Nunquid Deus repulit populum ſuum?

c Abſit.

d Nam & ego Iſraelita ſum / ex ſemine Abraham/ de tribu Beniamin/

e Nõ repulit Deus

a Q Uæſierat forſan aliquis,ex iis quæ iam de Gentium vocatione, & Iudæorum pro magna parte obſtinatione,diximus. b Nunquid Deus in vniuerſum totum illum Iudaicum populum abiecit aut reprobauit,quem olim tam peculiarem ſibi populum habebat,et vnice charũ? c Abſit vt dicamus,in vniuerſum filios Iſrael omnes,à Deo eſſe reprobatos. d Alioqui & ego repulſus ſum atque reprobatus qui ſum de filiis Iſrael, ſecundum carnis propagationem natus,ex progenie Abrahe, ex tribu Beniamin. e Nequaquam,inquam,

Deus populum ſuum in vniuerſum repulit, ex quo multos adhuc ſaluandos prædeſtinauit atq; præſciuit. f Neq; vero inconmode huic loco poteſt accommodari, id. quod in ſacra hyſtoria de Helia legimus, Is enim (vt ex ſcriptura vos noſſe arbitror) cũ ad mortem quæreretur ab impia Iezabel, falſa exiſtimatione deceptus, in oratione ſua ad dominum, contra Iſraeliticum populum loquebatur, allegans neminem fuiſſe relictũ præter ſe, qui Dei verus eſſet cultor. g Domine, inquit, Populus iſte filii Iſrael ſeruos tuos prophetas occiderunt, altaria in quibus tibi ſolita erant offerri ſacrificia, demoliti ſũt. h Ego vero ex omnibus filiis Iſrael relict⁹ ſum vnus tui nominis cultor, & nunc etiam mihi quęrunt vitam tollere. i Verum diuina reſponſione admonitus, audiuit ſibi dicentem dominum. a Tu te Helia ſolum putas relictum, cum ego mihi notos habeam vſque ad plura milia, quos per gratiam meam ſeruaui, mei nominis ſolius cultores, qui nullum vnquam honorationis, vel adorationis ſignum ſtatuæ Baal, neque vlli idolo exhibuerunt, nullum præter me Deum agnoſcẽtes, aut adorantes. b Sic (vt noſtro propoſito illam aptemus hyſtoriam) etiam nũc in hoc tempore gratiæ Euangelicę, nihil dubitandum eſt: quanquam maiorem Iudęorum partem videmus in ſua infidelitate permanere, tamen relictos eſſe, atque ſemper relinquendos fore, nonnullos ex vniuerſo populo iſrael, quos Deus ſecundum electionem gratiæ ſuæ faciat ſaluos, ſic vt nunquam vniuerſum Iudæorum genus, Deus credatur in totum abiecturus. c Si autem per gratiam Dei eligentis ſalui ſunt futuri, fiantque ſalui: Non ergo ex operum debito, eo modo quo ex legis ſuæ operibus olim quærebant ſalutem. d Nam ſi ex operum

plebem ſuam/ quam præſciuit.

f An neſcitis: in Helia quid dicit ſcriptura/ quemadmodum interpellat Deum aduerſum Iſrael?

g Domine prophetas tuos occiderũt/ altaria tua ſuffoderunt/

h ꝛ ego relictus ſum ſolus/ et querunt animam meam.

i Sꝫ quid dicit illi diuinũ reſponſum?

a Reliqui mihi ſeptem milia virorum/ qui non curuauerũt genua ante Baal.

b Sic ergo ꝛ in hoc tempore/ reliquie ſecundum electionẽ gratie Dei/ ſalue facte ſunt.

c Si autem gratia/ iam non ex operib⁹/

d Alioquin gratia/

iam non eſt gratia. rum debito ſaluarentur, iam id quod eſt gratia (nempe ſaluari) non eſt gratia: quoniam ex debito foret, quod repugnat gratiæ. e Quid ergo dicimus? Aut quorſum hæc? f Vt clareat nimirum quoniam totus quidem Iſraeliticus populus quod quęrebat ex lege ſua, nempe iuſtificationem et ſalutem, nõ potuit aſſequi: g Verum qui electi ſunt ex eis, tanquam reliquiæ quędam, pauci admodum in comparatione totius populi, hi demum, nunc tandem conſequuti ſunt per fidem, quod olim quærebant per legis carnalem obſeruationem. h Cæteri vero qui nõ ſunt ad fidem electi, in cæcitate ſua permiſſi ſunt & permittentur a Deo. i Sicut apud Eſaiam ſcribitur: quòd illos Deus in mentẽ malitioſam, inuidam, atq; veritati ex propoſito repugnantem, et conſimilem peruerſum affectum, venire permiſerit, a Vnde factũ eſt: vt oculos habentes, quæ Dei ſunt non videant: & aures habentes, quæ veritatis ſunt audire non valeant: Inuidia nimirum, & oculos excęcante, & aures eis infœliciter obturante: quales in hunc vſq; diem, obſtinati permanerent. b Quorum miſeriam & infidelitatem, graphice depingit propheta Dauid: cum per increpationis modum, quid ſecundum diuinæ iuſtitiæ rigorem futurum ſit iis qui Chriſtum impugnauerunt, imprecando prænunciat, dicens: c Carnalium promiſſionum apparatꝰ (in quas ſemper intentos habent mentis ſuę oculos) fore illis occaſionem mortis, tanquam laqueum, quo irretiantur ad perditionem: fore etiam illis in retributionem finalem, poſtquam non ſperent aliam: et in offendiculum, quod illos ab æterna faciet ſalute cadere: quia dũ temporalibus inhærent promiſſis, cœleſtia & ſempiterna longe meliora, negligunt. d Obſcurabitur (inquit) acies mẽtis eorum: ſic vt veritatẽ

e Quid ergo?
f Quod quærebat Iſrael, hoc non eſt conſequutus.
g Electio aũt conſequuta eſt,
h ceteri vero excecati ſunt ſicut ſcriptum eſt:
i Dedit illis Deus ſpm̃ compũctionis,
a oculos vt non videant, & aures vt nõ audiant,
vſq; i hodiernũ diẽ.
b Et Dauid dicit:
c Fiat menſa eorũ coram ipſis in laqueum, & in captionẽ, & in ſcandalũ, & in retributionem illis.
d Obſcurentꝰ oculi eorum, ne videant,

ritatem videre nequeant, e & ſemper ipſi in una reſpicient, quomodo ſolent, qui dorſo incuruato incedunt: idq; vel temporalia ſemper bona reſpiciendo, vel ſub pondere, & ſeruitute legis grauiter ſudando. Quę omnia ſic fieri aperte videmus: quando propter temporalium promiſſionum reſpectum, in quē intendunt ex legis conſuetudine, Chriſtum abſq; illis venientem contempſerunt, & ab æterna retributione ceciderunt. Et qui (ſi veritati voluiſſent acquieſcere) illuminari potuerant oculis, atq; per libertatem Euangelicam exonerari ab onere legis, in ſua cæcitate obſtinati permanent, obſcurati oculis mētis ſuæ: & dorſo adhuc incuruato, ſub pondere legis ſudant. f Sed iterum quærim⁹, Nunquid ſic offenderūt Iudęi in hac ſua obſtinatione, tantum vt caderent, ſine vlla vtilitate alia, aut ſine ſpe reparationis eorundem? g Non ita eſt, quoniam infidelitatē eorum conſequuta eſt, grandis eſt vtilitas, & omnino eſt caſus reparabilis. h Quorū prius quidem ex eo patet, quòd illorum malitiam Deus conuertit in bonum: quādo ex occaſione infidelitatis & malitiæ eorum ſalutem miſit populo gentium. Iudæis enim repugnantibus Verbo Euangelii, Apoſtoli ad gentes conuerſi ſunt, atq; ita, occaſione malitiæ Iudæorum, ſalus venit gentilibus: i ſic vt iam cogantur hos imitari & inſequi, tanquam apud quos ſalus vera inhabitet, et per hos illi prouocentur, ad ſalutem: quomodo olim econtrario, Gentiles æmulabantur Iudæos, eos inſequentes, & ab eis quodammodo ad legem tranſeundo, ſalutis modum poſcentes. a Quod autem non ſit eorum lapſus irrecuperabilis, ita oſtenditur: quoniā ſi Iudæorum peccatum, occaſio fuerit quod mundus ſit ditatus, ſalute vndequaq; diſperſa et circunfuſa, quæ prius in paruulo Iudæę

e Et dorſum eorū ſemper incurua.

f Dico ergo: Nunquid ſic offenderūt vt caderent?

g Abſit.

h Sed illorū delicto ſal⁹ eſt gentib⁹,

i vt illos æmulentur.

a Quod ſi delictum illorum diuitie ſunt mundi,

b ⁊ diminutio eorũ, diuitię gentium:

c quanto magis plenitudo eorum?

loco deliteſcere videbatur, b et ſi credentium Iudæorum paucitas, occaſionem dederit, vt apud Gentes conuertantur plurimi: c multo magis indubie & mundus ditabitur, & gentes honorificabuntur, ex illorum plenitudine, id eſt, ſi etiam ipſi conuertantur ad fidem, vt impleatur, tam ex Iudęis quàm ex Gentibus, ouile domini: quomodo futurũ eſt in fine ſæculi, quando mundus (omnibus omnino in vnam veram fidem concluſis) copioſiſſime diues erit, vndique pulſa egeſtate verbi Dei, & eius atque omnium ſpiritualium bonorum abundantia, vbique redundante in vniuerſa terra. Neque metuendum Gentibus de illorum reditu.

d Uobis enim dico Gentibus, quamdiu quidem ego ſũ gẽtium Apoſtolus, miniſterium meum honorificabo:

d Quinimo vobis Gentibus audacter dico & libere: quã diu vt ſum, permanebo Apoſtol⁹ Gentium, miniſterium iſtud mihi commiſſum, tanta diligentia propono exercere, vt etiã vltra mihi commiſſos, quo ſic honorabilius velim extendere ad hoc, laborando, (quantum in me erit) vt & Iudæi ſalutem conſequãtur:

e ſi quomodo ad emulandum prouocem carnem meam, ⁊ ſaluos faciam aliquos ex illis.

e vt quoquo modo ad veſtri æmulationem in bonum, veſtramq; imitationem, prouocem illos fratres carnis meæ, et ſaluos faciam, vel aliquos ex illis. Omnino enim expetenda eſt, & votis omnib⁹ depoſcenda, illorũ ad Chriſtum conuerſio.

f Si enim amiſſio eorum, reconciliatio eſt mundi,

g Que aſſũptio, niſi vita ex mortuis?

f Si enim illorum à Deo propter incredulitatẽ defectio, orbi pene vniuerſo occaſionem attulit reconciliationis, per ſancti Euangelii prædicationẽ, quę ab illis repulſa, in gentes pertranſiit, g quid tã eſt futurũ, & quã gaudenda res erit, ſi etiam ipſi rurſus aſſumãtur ad fidẽ? Nihil aliud ſane, q̃ ſi à mortuis quis ad vitam redeat. Hoc eſt: grande illis reaſſũptis erit beneficiũ, et cæteris oĩbus magni materia gaudii, nulli vero vllũ exinde nocumentũ: quõ mortuo ad vitã redeunte, gaudent oẽs, et nemo detrimẽtum patitur.

h Quod ſi delibatio

h Et plane iuxta generis conditionem,

ditionem,non incongruum nec indignũ videtur, vt reaſſumantur aliquando Iudæi,ratione patrum ſuorum: quoniam delibationi merito debet reſpõdere maſſa, & radici,qui ex ea procedunt rami. Iudæorum vero populus, qui tanquam maſſa vna reputatur, delibationem ſãctam habuit atque fidelem:

ſancta: ꝛ maſſa:

i & ex ſancta radice,ipſi tãquam rami ꝓceſſerunt, nempe ex patriarchis & prophetis,qui fuerunt fideles & Deo bene credentes, Ipſi ei ſũt delibatio & radix,totius maſſę ab eis propagatæ, & omnium ramuſculorum ab eis poſtmodum naſcentium. Talis ergo cũ fuerit eorum origo,talis eorum delibatio,taliſq; radix: non eſt ob patrum merita,de eorum ſalute deſperandum penitus. Neq; vobis Gentilibus,vlla ratione aduerſus illos,eſt ſuperbe aut contentioſe gloriandum.

i ꝛ ſi radix ſancta: ꝛ rami:

a Eſto enim,ex illis ramis propter infidelitatem plurimi exciſi ſint,vos vero de oleaſtro ſterili aſſumpti ex parentibus idololatris progeniti,illorum loco inſiti eſtis & implantati bonæ oliuæ,ſecundum ſpiritum filii Patriarcharum facti, illis qui ſecundum carnem videbantur exciſis, deinde radici aſſociati & coniuncti,per virtutem fidei,participes facti eſtis ſpei promiſſionum cœleſtiũ illis factarum:

a Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſũt tu: aũt cũ oleaſter eſſes inſertus es in illis: ſocius radicis ꝛ pinguedinis oliue fact⁹ es:

b Noli tamen quiſquis ex gentibus credidiſti,ſuperbe gloriari aut contẽdere,aduerſus illos qui rami erãt & exciſi ſunt,

b Noli gloriari aduerſus ramos:

c Quod ſi gloriari omnino velis,dicetur tibi ad cõpreſſionem elationis tuę quia non ſuper te (frater) radix plãtata eſt,ſed tu ſuper radicem adiunctus es: atq; ideo potes & tu excidi,atq; effringi, quemadmodũ & illi effracti ſunt,& à radice ſua euulſi.

c Quod ſi gloriaris: nõ tu radicem portas: ſed radix te:

d Si rurſus cõtendis,dicẽs. Effracti ſũt & exciſi rami illi tanquam inutiles,vt ego insererer.

d dicis ergo. Fracti ſũt rami: vt ego inſerar.

e Recte quidem dicis illos exciſos eſſe ſed ꝓpter

e Bene: ꝓpter incre

dulitatem facti ſũt.
f Tu aũt fide ſtas:
g noli altum ſapere ſed time/
h ſi enim deus naturalibus ramis nõ pepercit/
ne forte nec tibi parcat: i Uide ergo bonitatẽ ⁊ ſeueritatem dei. a in eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem: b in te autẽ/ bonitatẽ dei/ ſi ꝑmanſeris i bonitate/
c Alioquin ⁊ tu excideris.
d ſed ⁊ illi ſi nõ ꝑmãſerint in incredulitate / inſerentur/
e Potens eſt enĩ de⁹ iterũ inſerere illos.
f Nã ⁊ ſi tu ex naturali exciſus es oleaſtro ⁊ ꝯtra naturã inſert⁹ es i bonã oliuam:
g quanto magis hi qui ſecundum natu

pter incredulitatem, nõ propter generis ſui abiectionem exciſi ſunt: f quemadmodum & tu nunc ſtas, & in radice manes, ſed per fidem non ratione tui generis, aut alia quacũque ex cauſa. g Propter quod ne ſuperbe ſapias, nec tibi placeas nimium, ſed in timore age ſolicitus: ne forte & tibi contingat, à fide (quæ eſt dei donum) excidere, atque ita ex bona oliua eiici. h Si enim deus, eos qui naturali carnis propagatione à vera radice, i. ab ipſis patriarchis deſcenderunt, propter infidelitatem, ſecũdũ rigorẽ iuſtitiæ ſuę abiecit, & extra electorum numerum reprobauit, tibi quoque metuendum eſt, donec in hoc corpore agis, nequando idipſum contingat, i conſydera vero hic, & attentius intuere, ſimul in deo, & miſericordiæ benignitatem, & iuſtitiæ ſeueritatem: a Hanc quidem, aduerſus exciſos reproboſq; infideles ramos, manifeſtius oſtenſam: b Illam vero, in vobiſipſis ex gentibus conuerſis, qui illorum loco eſtis inſiti: ſi tamen permanſeritis vſq; in finem, digne viuentes illa benignitate, quam vobis pręſtitit Deus. c Alioqui & tu quiſquis fueris, ſine perſonarum acceptione, eiicieris atq; reprobaberis. d Sed et illi ſi non permanſerint in ſua infidelitate, velintq; reuerti ad fidem Chriſtianam, iterum reaſſumentur in bonam oliuam: & infidelium numerum, vnde exciderunt, rurſus deputabuntur. e Neque enim tam impotens eſt deus, quin illos iterum poſſit (ſi modo ipſi velint) vnde ſemel eiecit, inſerere. f Si enim tu gentilis, qui naturali propagatione, oleaſtri ramus eras, ab infidelibus parentibus, ſecundum carnem progenitus, inſit⁹ es cõtra natiuitatis rationem, in oliuam bonã, filius patriarcharũ propter fidem effectus: g multo apparentius eſt de iis, qui ſecũdum naturalem carnis propagationem ab illis de

ſcende

ſcenderunt, vt iterum inſerantur in ſuam oliuam: ſi reuerti ad ſuæ originis ſimilitudinē velint: id eſt, ad fidem, quæ in patribus eorū ſemper claruit. h Ne vero ſitis in oculis veſtris ſupra quam oportet ſapientes, ac (vt ſolent eiuſmodi) vobiſipſis nimium placentes, ecce occultum vobis pandam, de Iudęorum in fine mundi reditu myſterium. i Dico enim, quòd deus cæcitatem infidelitatis venire ac manere permiſit ſuper bona parte populi Iſraelitici, a donec plenitudo electorū ex gentibus, ad fidem intrauerit: atq; ita demum in fine ſeculi, pariter omnes cum gentilibus in vnam fidem reuertantur, vt fiat vnum ouile & vnus paſtor: iuxta quod ſcriptum eſt in Eſa. b Veniet ex Syon, qui eripiet & auertet, auferetque & tollet peccata, à populo iſrael. c Et hoc à me diſpoſitum eis teſtamentum tunc implebitur, cum per fidem, ipſis peccantibus, dimiſero eis peccata eorum. Quod vaticinium ſicut partim impletum eſt in Chriſti primo aduentu, ita implebitur perfectius in fine mundi. d Sunt ſane modo ratione Euangelii, cui nolunt acquieſcere, ſub odio & ira dei: e manent tamē ratione electiōis patrum ſuorum, deo apprime dilecti: ſi tantum velint ad fidem ſeſe cōuertere. f Quę enim deus ſemel dat vel promittit, ſic facit ſine pœnitentia & retractione: ita (vt quantum ex parte eius eſt) nō reuocet quod dedit, neq; neget quod promiſit: niſi nos donis acceptis ipſi faciamus indignos aut obſtemus ipſi quo minus in nobis impleantur promiſſa dei. g Quemadmodū enim Vos qui olim non credebatis, nunc dei miſericordiam inueniſtis, & fideles facti eſtis, occaſione incredulitatis Iudęorū: ſic & illi modo in euangelii gratiam & miſericordiam, quam vos creditis, credere recuſant. h Vnde fiet, vt tandem quū ſe viderint ſpe ſua fruſtra-

ram/ inſerentur ſue oliue?

h Nolo eī vos ignorare fratres myſterium hoc/ vt nō ſitis vobiſipſis ſapiētes:

i q: cecitas ex parte contigit in iſrael/

a donec plenitudo gentiū intraret/ ⁊ ſic omnis iſrael ſaluus fieret.

Sicut ſcriptū eſt: b veniet ex ſyon qui eripiat / ⁊ auertat impietatē ab Jacob.

c Et hoc illis a me teſtamētū cū abſtulero peccata eorum.

d Scd'z euangeliuz quidē inimici ꝑpter vos:

e ſcd'z electionē aūt chariſſimi/ propter patres.

f ſine penitentia eī ſunt dona / ⁊ vocatio dei/

g ſicut eī aliqñ ⁊ vos noncredidiſtis deo/ nunc aūt miaz conſecuti eſtis propter incredulitatē illoꝝ: ita ⁊ illi nunc nō crediderunt in veſtraz miaz. h vt ⁊ ipſi

miaꝫ ꝯſequantur.
i Concluſit ei deus oia in incredulitate vt oiꝫ miſereatur.

ſtratos, ad candẽ gratiam confugientes, quã in vobis vident, miam inueniãt. i Ecce ꝓ lixiſſima deductione videtis quoniam admi rabili & nouo conſilio, Deus omnes tam Gẽ tiles q̃ Iudæos, incredulitate teneri permiſit vt omnibus ſuo tẽpore miſericordiæ ſuæ im penderet beneficium. Gentiles quidem ſub tẽ pore legis naturæ & Moſaicæ, vt in tempo re nouę legis vocarentur ad miſericordiam Iudæos vero modo ſub tempore gratiæ, vt in fine ſæculi ad miſericordiam reuocentur.

a O altitudo diuitiarũ ſapiẽtie ꝛ ſcientie dei: quã incõpꝛehenſibilia ſunt iudicia eius:

a O profunditatem inexhauſtam theſauro rum ineſtimabilis ſapientiæ ac ſcientię Dei, quã ſunt modis omnibus incomprehenſibi lia iudicia eius occultiſſima, & nimis admirã da, quibus omnia æquiſſime & rectiſſime iu dicat, gubernat atque diſpenſat: b & viæ

b ꝛ inueſtigabiles vie eius.

eius rationesque & modi, quibus agit omnia prorſus à nullo intellectu creato, valent vl lis perueſtigationibus inueniri. c Nec enim

c Quis ei cognouit ſenſum domini?

quiſquam eſt, qui propoſitum diuiuæ men tis, per ſe poſſit, aut potuit vnquam, co gnoſcere. d Neq; à quoquã expoſcit conſi lium, neq; cum quoquã, velut minus per ſe

d aut quis ꝯſiliari⁹ eius fuit?

ſapiens, communicat ſua conſilia, qui per ſe ſibi ſufficientiſſimus eſt, ipſa nimirum æter na ſapientia. e Denique, quis eſt qui de hoc

e aut q̇s pꝛioꝛ dedit illi, ꝛ retribuet ei?

gloriari poſſit, quaſi deo prior aliquid dede derit, vt ſic ex debito accipiat retributionẽ? Nemo certe quicquam ei prior dare poteſt, quod non ante ab illo acceperit. f Quoniam

f Qm̃ ex ipſo/ ꝛ per ipſum/ ꝛ in ipſo/ ſunt omnia:

ex ipſo tanquã omnis bonitatis fontali & in exhauſto principio: & per ipſum velut vni uerſale principium efficiens: & in ipſo, tan quam in fine vltimo & optimo, & conſeruã te benigniſſimo, procedunt, efficiuntur, con ſeruantur, & ſunt, quęcunque creata ſũt vni uerſa. g Cui omnium creatori, laus ſit &

g Ipſi honoꝛ ꝛ gl'ia in ſecula ſeculoꝛuꝫ/ Amen.

gloria in æternitate. Amen.

ELVCIDATIO CAPITIS XII.

HIs itaq;

H Is itaq; ſic compoſitis, & ſub peccato, vt nemo glorietur, omnibus cõcluſis: nunc demum ad ea quæ mores queant inſtituere ſermonẽ paululum diuertamus. a Obſecro itaq; vos per eam miſericordiam, quam à Deo communiter omnes qui credidiſtis experti eſtis: b vt corpora veſtra, quæ hactenus vel gentilibus ritibus, vel Moſaycis exhibuiſtis obſeruantijs, cõuerſi ad fidem Chriſti, nunc ſtudere exhibeatis oblationem deo, c in opera nouæ vitę, in omni ſanctitate: ſic vt placeat deo, qui eſt omnis ſanctitatis & veritatis amator. d Sitque amodo obſequium, quod deo præſtare vultis: non vt olim gentium irrationabile, nec vt Iudæorum carnale, ſed rationabile atque ſpirituale, vt deũ (qui ſpiritus eſt) ratione magis & ſpiritu, quàm corporalibus ſacrificiis, colere ſtudeatis. e Et ne vitam veſtram ducatis ad ſimilitudinem & modum hominum huius ſęculi, in vitiis & concupiſcentiis: ſed nouam viuendi forman, ſecundum ſancti Euangelii doctrinam aſſumite, ſecundum nouitatem mentis veſtræ & ſpiritus, quam in baptiſmo accepiſtis: f vt ipſo opere experiamini & experientia probetis, quid ſit quod fieri, aut omitti velit Deus, quod bonum ſit Deòque beneplacitum ſiue acceptum & perfectum. g Peculiariter autem, quantum ad ſuperbiæ vitium ſecundum gratiam Apoſtolici muneris, quæ mihi à Deo eſt data, vt ſim fidelis, omnes vos hortor ac moneo: ne quiſquam de ſe ſentiat amplius quam oporteat, neue ſibi quis nimium placeat. h ſed hortor, vt ad mediocritatem quiſque de ſe ſapiat & ſentiat, ſecũdum id quod in ſe eſt. & eo modo quo oportet: i Iuxta menſurã fidei, qualitatem videlicet & quantitatẽ, quã à deo accepit, nihil de ſe ampli⁹ præſumẽdo

extra

TEXTVS CAP. duodecimum.

a Obſecro itaq; vos fratres/ p miaȝ dei/

b vt exhibeatis corpora veſtra/

c hoſtiã viuentem/ ſanctã/ deo placẽtẽ:

d rationabile obſequium veſtrum/

e Et nolite cõformari huic ſeculo/ ſȝ reformamini in nouitate ſenſus veſtri/

f vt ,pbet⁹ que ſit voluntas dei bona/ bñ placens ⁊ perfecta.

g Dico enĩ per gratiã/ que data eſt mihi/ oib⁹ qui ſunt inter vos/ nõ plus ſapere q̃ opȝ ſapere/

h ſed ſapere ad ſobrietatem:

i ⁊ vnicuiq; ſicut de⁹ diuiſit mẽſurã fidei.

a Sicut eñ in vno corpore multa membra habem⁹/ oia autem mẽbra nõ eũdẽ actũ habent: ita multi vnum corpus ſumus in chriſto.

b Singuli aũt alter alterius mẽbra: habentes aũt donationes/ ſecundũ gratiã que data eſt nobis/ differentes.

c ſiue propheti ĩ / ſecundũ rõnem fidei:

d ſiue miniſterium/ in miniſtrando:

e ſiue q̃ docet/ in doctrina:
f Qui exhortatur/ i exhortando:
g qui tribuit/ in ſimplicitate:
h qui preeſt in ſolicitudine:
i qui miſeret in hilaritate:

a Dilectio ſine ſimulatione/

b odientes malum

extra debitam menſuram. a Quemadmo-
dum in Vno corpore multa conſpiciuntur
membra, diuerſis deputata officiis, & opera
tiones diuerſas habẽtia: ita fideles omnes, v-
num corpus componimus, cuius chriſtus ca
put exiſtit, cuiuſque ſpiritu, totum corpus il
lud cum capite ſuo in Vnum compingitur
& coaptatur: b Sumus vero membra in
uicem cohærentia, habentes dona ſecundum
multi formem gratiam dei, qua nobis: alteri
hæc, alteri illa, pro dei placito diſtribuitur,
diuerſa quibus inuicem alter alteri deſerui-
mus. c Sunt enim, qui prophetiæ donum
ex gratia dei acceperunt, quæ proportiona
ri ſolet fidei eius qui accipit, per quam occul
ta fidei myſteria illuſtrati, rectè capiunt &
intelligunt: vt aliis quoque illuminandis, ip
ſi ſufficiant. d Sunt alii qui adminiſtratio
ni: cuiuſlibet munus à deo acceperunt, ſiue
in ſpiritualibus, ſiue in corporalibus miniſte
riis, e Sunt, qui docendi gratiam habent, vt
potentes ſint & alios docere, qui minus in-
telligunt. f Sunt qui ex dei dono, in ſuccẽ
dendo ad bonum fratrum animos, plurimũ
valent. g Sunt quibus eſt, Vnde in ſimpli-
citate cordis ſui, ob dei amorem, benigne &
liberaliter ſuccurrant egentibus. h Sunt
quibus aliorum cura eſt à deo commiſſa, vt
ſibi creditis cum ſolicitudine inuigilent. i
Alii hoc à deo acceperunt, vt quomodocun-
que iuxta ſuæ facultatis & virtutis propor
tionem, miſericordiam præſtent: ſi non reb⁹.
ſaltẽ animo, iis qui miſericordia indigẽt. Eſt
& hoc donum dei, vt in cordis hilaritate ala
criter id queant agere, quod per ſe alioqui
moleſtum eſt corpori. Denique Varia admo
dum & multiformia ſunt dei dona. a Ve
runtamen in omnibus ſemper dilectio adſit
neceſſe eſt, eaq; ſine fictione vera & integra,
b Sitis quoque, neceſſe eſt, in omnibus ſem-
per de-

per declinantes à malo, omnem etiam mali occaſionem ſolicite fugientes, & bona diligentiſſime ac ſedulo ſectantes, c charitate fraterna & amore mutuo, inuicem familiarius & viſceroſius diligentes: d ad fouendam mutuam beneuolentiam ſtudentes inuicem deferre, & modeſtis peruenire honorationibus: abſque pigritia ſemper ſoliciti ac vigilantes: e ſpiritu per dilectionem, ad quecq; bona feruentes: in omnibus quæ agitis, ſemper domino veſtram ſeruitutem exhibentes: in cœleſtiũ expectatione ac ſpe gaudentes: in tribulationibus, propter ſpem venturorum bonorum (ſi quæ occurrãt pro chriſti nomine perferenda) exhibentes illæſam patientiam, in orationibus aſſidui: f Chriſtifidelium inopiæ, iuxta facultatis conditionem, de propriis miſericorditer ſubuenientes: Erga exteros quoque hoſpitalitatis beneficium libenter & ſtudioſe exercẽtes. g Benedicite iis qui vos perſequuntur, eis, pro malis quę ingerunt, precando bona. Benedicite, inquam, tanq̃ benedictionis filii, & à maledictione prorſus abſtinete, quæ ſeruis dei nõ conuenit. h Cum iis qui ſpirituali & ſancto gaudio gaudent, pariter gaudete: & cũ iis qui in afflictionibus agunt, ex compaſſione pariter dolete. Nam inuidorum eſt, aliis gaudentibus contriſtari, & gaudere dolentibus proximis, quod Chriſtianum non decet. i Eundem erga inuicem benignitatis affectum habentes, quod in proximo eſt, quaſi in vobiſipſis ſentientes aut idem ſentientes adinuicem vt non ſitis in ſententia fidei diſſentientes, a Non magna vobis, quæ ſupra vos ſunt, perſuadentes, nec ſublimia quęrentes: ſed humilibus vos accommodantes: humilibus vos adiungentes, humilia ſectantes. b Non ſitis prudentes in oculis veſtris vobiſmetipſis per ſuperbiam vane placentes: c

adherentes bono/

c Charitate fraternitatis inuicem diligentes.

d honore inuicem p̄uenientes/ ſolicitudine non pigri.

e ſpiritu feruẽtes/ dño ſeruientes/ ſpe gaudentes/ in tribulatiõe paciẽtes/ orationi inſtantes/

f Neceſſitatib⁹ ſctõrũ cõmunicãtes/ hoſpitalitatẽ ſectãtes.

g Bñdicite pſequẽtibus vos. Bñdicite ⁊ nolite maledicere.

h Gaudete cũ gaudentibus/ ⁊ flete cũ flentibus

i Idipſum inuicem ſentientes/

a Nõ alta ſapiẽtes/ ſed humilibus conſentientes/

b Nolite eſſe prudẽtes apud voſmetipſos

c Nulli malũ pro malo reddentes,
d prouidẽtes bona, nõ tãtũ corã deo, ſʒ etiã corã oibus hominibus.
e Si fieri põt (qd in vobis eſt) cũ oibus hoibus pacẽ habentes,
f Nõ voſmetipſos defẽdẽtes, chariſſimi:
g ſʒ date locum iræ
h Scriptũ eſt eñ: Mihi vindictã, ⁊ ego retribuã, dicit dñs,
i ſed ⁊ ſi eſurierit inimicus tu⁹, ciba illũ: ſi ſitit, potũ da illi.
a Hoc eñ faciẽs carbones ignis congeres ſuper caput ei⁹
b Noli vinci a malo,
ſʒ vince i bono malũ.

tes c Nemini vnquam malum pro malo ex ira reddentes, quod ſaluator vetuit: d prouida circunſpectione curãtes, vt quę agitis bona non ſolũ Deo ſint accepta, ſed etiam coram omnibus hominib⁹, in exemplum valeant lucere, ad gloriam dei vt veſtro exemplo, cæteri quoq;, ad boni æmulationem prouocentur. e Quantũ fieri poterit, cum omnibus hominibus pacẽ habere ſtudentes, vt (quantum in vobis eſt) nemini vnquam iuſtam aut rationabilẽ turbationis aut irę cauſam, detis. f Non proprias iniurias vindicantes chariſſimi, nec vóſmetipſos de aduerſariis per iram & vindictæ amorem vlciſci quærentes, quod chriſtus vetuit: g ſed credendo potius, ira aduerſarii vincenda eſt, q̃ iracunda vindicta. Qui enim per patientiã cedendo locum dat iræ: plerunq; aut iram declinat, aut frãgit, ſedatque, aut minuit quã reſiſtendo ac vindicando, magis exagitaſſet. h Nam quod ipſi de noſtris iniuriis non vĩdictam debeamus per nos quærere, vox dñi in cantico moyſi loquentis, nos docet. Ad me inquit, ſpectat vindicta, & meum eſt vlciſci: Mihi committe quod meum eſt, & ego ſuo tempore retribuam, iis, qui faciũt iniuriam. i Quinimo ſi eſuriem patitur qui ſe tibi inimicum exhibet, vt Euangelicam cõſequaris gratia, accurate & ſtudioſe paſce illum: ſi ſitierit potum da illi: & ſi in alia qualibet egeſtate conſtitutum videris pro tua facultate ſtudium ſit tibi illius indigentiæ ſubuenire. a Sic enim faciendo, fieri poterit: vt illum lucrifacias, eiuſmodi beneficiis in tui amorẽ accendẽs, & in peccati ſui pœnitentiã inducens, quaſi carbonibus ſuper caput impoſitis atq; cõgeſtis. b Nõ te permittas à malo vinci, vt illi conſentias, malumq; pro malo reddas, ſed ſtude (quod meli⁹ eſt) in bonitate malum vincere, & mali aſperitatem atque ardorem

dorem, per bonitatis dulcedinẽ mitigare atque extinguere. Malum enĩ, malo creſcit amplius: ſed bonum & virtus facile vincit oĩa.

ELVCIDATIO CAP. XIII.

a O mnis homo viuens in hoc corpore ſciat ſe ſubiici debere per obedientiam & reuerentiam prælatis à deo in poteſtate conſtitutis. b Non enĩ eſt vlla poteſtas, aut prælationis veræ ſupereminentia, quam deus non conſtituit, cuius prælati omnes, legitimi ſunt vicarii: c & illę ipſę quæcunque ſunt poteſtates à deo conſtat eas eſſe ordinatas: quæcunque à deo ſũt, recte ordinata atque inſtituta ſunt & ſeruari iure optimo debent. d Ac proinde cõcludit eũ qui obedire recuſans, poteſtati reſiſtit non homini tantum, ſed magis diuinæ ordinationi repugnare: cum id quod deus ordinauit & inſtituit, conatur infringere.

e Qui vero diuinæ ordinationi reſiſtunt, clariſſimum eſt eos hoc ipſo ſibi damnationem conciliare, pro ſuæ inobedientiæ demerito. Recte autem poteſtates à deo inſtitutas eſſe atque ordinatas, patet. f Nam principes non ſunt dati ad timorem iis qui operãtur bonum, ſed iis qui malũ operãtur. g Si autẽ velis non timere poteſtatem, & ab eius ſeueritate eſſe ſecurus, nihil opus eſt, niſi vt mala fugiens, opereris quod iuſtum ac bonũ eſt. Atque hoc faciẽs, non ſolum non erit qđ metuere debeas: quin & laudem & alia virtutum præmia, pro honeſtis tuis actionibus ab ea potius reportabis. h Dei enim miniſter eſt à Deo tanquam vicarius ſuo in loco conſtitutus, tibi quidem & omni bene agẽti in bonum, nempe in tutelam & defẽſionẽ ab impiis oppreſſoribꝰ. i Si vero quod malũ eſt

& iniu-

TEXTVS. CAP. Decimumtertium.

a Oĩs aïa poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit.

b Nõ eſt enim poteſtas niſi a deo.

c Que aũt ſũt, a deo ordinate ſunt.

d Itaqꝫ qui reſiſtit poteſtati, dei ordinationi reſiſtit.

e Qui aũt reſiſtũt ipſi ſibi dãnationẽ acquirunt,

f Nam principes nõ ſut timori boni operis ſed mali.

g Uis autẽ nõ timere poteſtatẽ? Bonũ fac ⁊ habebis laudẽ ex illa.

h Dei enĩ miniſter eſt tibi in bonum.

i Si autem malũ fece

ris, time. Nō ei ſine cauſa gladiū portat a Dei ei miniſter eſt vidẽx in irā, ei q̄ malum agit.

b Ideoq; neceſſitate ſubditi eſtote, nō ſolū propter irā,

ſed etiā ꝓpter cōſciẽtiam.

c Ideo ei & tributa preſtatis.

d Miniſtri ei dei ſūt in hoc ipſum ſeruiẽtes.

e Reddit[c] ergo oībꝰ debita, cui tributum tributū: cui vectigal, vectigal: cui timorẽ, timorẽ: cui honorẽ honorem.

f Nemini quicquam debeatis, niſi vt inuicem diligatis.

g Qui enim diligit proximum legem impleuit.

h Nam non adulte

& iniuſtum feceris, eſt indubie cur timeas. Nec enim fruſtra, neque pro nihilo gladiū portat, a Dei eīn vicarius & miniſter eſt, vltionis gratia, ad exercendum iram & vindictam, aduerſus illos qui operantur quod malum eſt & morte dignū. b Atque ideo quoniam dei miniſter eſt à Deo conſtitutus, neceſſarium eſt omnino vt poteſtatibus ſitis ſubditi: nō tantum ꝓpter euitandam illorū iram & declinanda ſupplicia, ſeruili quodā timore, ſed etiam coram deo ex dictamine conſcientiæ veſtræ, quæ hoc iuſtum & rationabile teſtatur c Quemadmodum vel ex eo facile probari poteſt, quod tanquam ex ſuperioribꝰ, inferiores illis tributa persoluitis; quod ſane veræ eſt ſubiectionis ſignum. d Sūt ei miniſtri dei, ab eo inſtituti authoritatem habentes, & eius locum tenentes, ad hoc ipſum ſeruientes: vt loco dei (quemadmodū ſupra dictū eſt) & bonis ſint in tutelam, & malis in vltionem. e Perſoluite itaque, vt iuſtum eſt, omnibus ſua debita, Cui tributū debetis, ſoluite illi: cui vectigal debetis, vectigal illi ſoluite: cui timorem & reuerentiā obedientiamque debetis, ſoluite: Cui honorẽ debetis, ſicut debetis, ita ſoluite. f In ſumma, adhoc laborate, vt quantum in vobis eſt & fieri poterit, nulli ſubtrahatis quod debitum eſt, non reddentes cum poſſitis: nec cuiquam ſitis debitores omnibus ſua debita ꝑſoluẽtes: niſi in ſola mutua dilectione, in qua ſemper volo vos inuicem permanere debitores, Nunquam enim à diligendo fratrem, liberi eſſe poſſumus aut debemus: ſed ad illā ſemper oportet eſſe obligatos. Grandis enim & precioſa res eſt dilectio. g Nam qui diligit proximum opere & veritate ſicut oportet totam implet legem. h Omnia eīn hæc legis particularia mandata: non adulterium, non homicidium, non furtum facies:

Non

Non dices aduerſus proximum falſum teſtimonium: Non cõcupiſces rem proximi tui, ſiue rem quamlibet alienam, & cætera ſimiliter mandata, quæ proximum concernunt, in hoc vno generali præcepto, velut capitulantur ſummatimque colliguntur, & confirmantur, quaſi ex ipſo robur habentia obligationis. a Nempe in hoc, diliges proximũ tuum, ſicut teipſum. b Dilectio ſiquidem proximi, malum nos non permittit operari: & iniuſtitiam aduerſus proximum non patitur exercere eum, in quo ſecundum veritatem infuerit. c Itaq; totius legis quædam plenitudo et integritas, vna dilectio eſt: quia ipſa eſt, in qua implentur ſimul omnia, quæ lex quoad proximum obſeruanda præcipit. d Atq; hoc, nempe dilectioni vacare, amplius modo nos conuenit obſeruare: attendentes conſyderanteſque conditionem temporis in quo ſumus, quoniam iam nouiſſima hora eſt, & tempus vt à ſomno exurgamus: id eſt, ab infidelitate, vel à torpore, vel etiam ab ocioſo legis cultu. e Nunc enim appropinquauit regnum cœlorum, & propinquior eſt nobis noſtra ſalus modo, q̃ olim, quando credẽdo expectabamus ſalutem adhuc venturam, et per Chriſtum operandam, quam nũc credimus & ſcimus per Chriſti aduentum operatam et completam, nihilq; reſtare amplius, quàm vt ſalutem operatam & oblatam, per fidem acceptemus. f Noctis tempus iam abiit, & expirauit duratio eius: Id eſt, infidelitatis tenebræ & legalium obſcuritas, iam preterierunt, g dies vero (qui eſt tempus lucis) iam aduenit, illuceſcente ſole iuſtitiæ, & claritate ſancti Euangelii, vbique radios ſuos ſpargente. h Omni ergo ſtudio, et cura, tenebrarum opera à nobis abiiciamus, deteſtantes & abiurantes vitia omnia & peccata, quibus in tenebris agentes commaculantur

rabis/ non occides/ non furaberis / non falſum teſtimonium dices/ non concupiſces/ & ſi quod eſt aliud mandatum: in hoc verbo inſtauratur:
a Diliges proximũ tuũ ſicut teipſum/
b Dilectio proximi malum non operatur/
c Plenitudo ergo legis/ eſt dilectio.
d Et hoc ſcientes tẽpus: quia hora eſt iam nos de ſomno ſurgere/
e Nũc enim propior eſt noſtra ſalus/ quamcũ credidimus/
f Nox preceſſit/
g dies autem appropinquauit.
h Abiiciamus ergo opera tenebrarum/

i ꝛ induamur arma lucis:

lantur infideles. i Pro his vero, ſtudium ſit nobis aſſumere lucis & fidei bona opera, velut arma quædam, quibus induti & honeſtemur, & aduerſus impugnantium tela reddamur ſecuri:

a ſicut in die honeſte ambulemus,

a vt armis lucis induti, honeſtam ducamus conuerſationem noſtrā, quēadmodum diei conditio expoſtulat. Ipſa em̄ conditio diei expoſcit, vt tunc honeſtius incedant homines, bonis ornati indumentis, quā in nocte, quando vel nudari prorſus, vel vilioribus vti ſolent.

b Non in comeſſationibus ꝛ ebrietatibus, non in cubilibus ꝛ impudicitijs, non in contentione et emulatione:

b Non iam vt olim gulosi comeſſationibus ſuperfluis & ebrietatibus indulgētes, neq; (quæ ex his conſequiſolent) luxuriis & impudicitiis vacantes: neq; contentionibus & æmulationibus, pro honorum aut temporalium bonorum aſſequutione, per ambitionem aut per auaritiam intēdentes: quę omnia non diei neq; lucis, ſed noctis & tenebrarum ſunt opera.

c ſed induimini dominū Jeſū Chriſtū,

c Quin potius omnibus his abiectis, circundantes voſipſos operibus bonis, ſic induite dominum Ieſum Chriſtum, vt in omnibus operibus veſtris ipſe reluceat, vt illum glorificetis et portetis, etiam in corpore veſtro.

d ꝛ carnis curam ne feceritis in deſiderijs.

d Et ante omnia cauete, ne ad perficienda carnis deſyderia proni ſitis atq; ſoliciti: neve illi ad omnia quæ cōcupiſcit implēda curā adhibere velitis, quæ neceſſitatis ſūt illi miniſtrare cōtēti.

TEXTUS. CA. Decimumquartum.

ELVCIDATIO CAP. XIIII.

Q Voniam vero in totius eccleſiæ cœtu, alii fide ſunt robuſti & validi, alii adhuc infirmiores, iccirco quemadmodum ad inuicem hi pacifice queant agere, nunc dicere pergamus.

a Infirmum autem in fide aſſumite non in diſceptationibus cogitationum.

a Eum itaq; qui ſecundum fidē adhuc infirmus eſt, et imperfectus, vos qui validiores eſtis & perfectiores, ne deſpicite propter infirmitatem, ſed aſſumentes fouete, donec creſcat ad perfectionem, non per diſceptationum ambages, cum illo contendendo, ſed in ſimplici manſuetudine il

ne illum ſuſtinentes, atq; in ſpiritu lenitatis inſtruentes. b Sunt enim qui in Euangelica libertate perfecte cõfidentes, nullũ cibum reſpuant tanquam immundum: ſed ex fide Chriſti, audent ſine ciborũ delectu quibuſlibet veſci, quæ in macello venundantur, aut in menſa apponuntur, cũ gratiarũ actione. Sunt imperfectiores alii, qui nondũ perfecte Euangelii gratiam & libertatem agnouerunt. c Qui ſic infirmi ſunt & imperfecti, ſinantur vel holus ſolũ (ſi velint) manducare, & in ſua imperfectione tolerentur ab aliis perfectioribus, nec ſtatim ob ſuam imperfectionẽ deſpiciantur. d Qui manducat quę appoſita ſunt ſine delectu, eum qui à cibo aliquo tanquã immundo abſtinet, non contẽnat, ob ſuã imperfectionẽ: ſed potius in mãſuetudine toleret imperfectionẽ fratris ſui. e Conſimiliter is qui propter conſcientiam abſtinet ab aliquo cibo, caueat, ne quaſi trãſgreſſorẽ iudicet eũ, qui ex libertate conſcientię, propter Euangelicæ libertatis gratiam, confidenter quibuſlibet veſcitur. f Aſſumpſit enim vtrumq; Deus per vocationẽ ſuã, ad eandem fidei gratiã. g Tu igitur quis es ô homo, vt iudices illũ qui nõ ſeruus tuus eſt? ſed alienus, id eſt, dñi à quo eſt aſſumpt⁹? h Siue ſteterit, ſiue ceciderit homo: dñi eſt iudiciũ, & illius intereſt cui⁹ homo ſeruus eſt. Ipſe videat, et iudicet: tua nihil refert. Stabit aũt vterq;. Ille quidẽ in ſua cõſcientia atque hic itẽ, in ſua. i Potens eſt eñi Deus, vnumquenq; in ſua conſcientia in fidei ſtabilitate cõſeruare. a Salua eñi fidei vnitate, fieri poteſt: vt ali⁹ imperfectior fide, diẽ à die diſcernat, iuxta legis ritũ, dierũ adhuc obſeruãtias diiudicãs: hoc nimirũ ĩperfectiõis, ex Iudaiſmo ſecũ gerẽs. b Ali⁹ vero oẽm diẽ ex ęquo reputat, ſine legaliũ præſcriptionũ obſeruatiõe. a In hmõi reb⁹, ſuo quiſq; iudicio per

b Alius eñi credit ſe mãducare omnia/

c qui autẽ infirm⁹ eſt/ hol⁹ manducet.

d Is qui mãducat/ non manducantem non ſpernat/

e & qui non manducat/ manducantẽ nõ iudicet/

f Deus enim illum aſſumpſit.

g Tu quis es/ qui iudicas alienum ſeruum?

h Domino ſuo ſtat aut cadet. ſtabit autem/

i Potens eſt eñi Deus ſtatuere illum/

a Nã ali⁹/ iudicat diem inter diem:

b Ali⁹ aũt iudicat omnem diem:

a Unuſquiſq; in ſuo

fruatur,et ſuę cōſcientię quiſque ſatiſfaciat. Neuter eñ,ſi ſuę cōſcientię ſatiſfaciat,condēnandus venit.

b Qui ſapit diez domino ſapit:

b Nam qui diem diſcernit, & dierum obſeruantiam legalem adhuc tenet,ad Dei honorem(quem in lege veneratur)id facere creditur. Atque econtrario,qui dierum obſeruantiam negligit, ad Dei gloriam id ſimiliter facit,libertatem quam contulit per filium,confidenter acceptans.

c ꝛ qui manducat/ domino manducat. Gratias enim agit deo.

c Et qui ſine ciborum delectu quibuſlibet veſcitur ad gloriam Dei id facit:quoniam poſt quam manducauit, Deo gratias de perceptis donis agit.

d Et qui non mādu cat domino non mā ducat / ꝛ gratias agit Deo/

d Atque in contrario qui propter conſcientiam legis abſtinet à quibuſdā, ad gloriam Dei id facit,ſecundum intentionem animi ſui, quem adhuc in lege reueretur:& gratias agit Deo, qui ſibi dat abſtinēdi virtutem, & alia ſufficientia abſque lege vetitis, quibus ſuſtentari poſſit. Sic enim omnia ad domini gloriam fieri debent à fidelibus.

e Nemo eñ noſtruz ſibi viuit/ ꝛ nemo ſibi moritur/

e Nemo enim hominum ſibi viuit aut moritur,quaſi ipſemet ſibi ſit iudex aut dominus:

f Siue eñ viuim⁹/ domino viuimus:ſiue moriamur / domino morimur / Siue ergo viuimus / ſiue morimur/ dñi ſum⁹.

f ſed in omnibus ſemper, ſiue viuimus, ſiue morimur,domini ſumus,& ſub illius ſtamus iudicio, tam in vita quam poſt mortem, & eundem mortui atque viui debemus agnoſcere iudicem.

g In hoc enim chriſtus mortuus eſt/ et reſurrexit/ vt ꝛ viuorum et mortuorum dominetur.

g Ad hoc enim Chriſtus ſecundum humanitatem mori voluit,et tertia die reſurgere:vt per mortis paſſionem quatenus homo, mereretur reſurgēs accipere poteſtatem iudiciariam,& plenum cum poteſtate dominium, ſuper omnes viuos ac mortuos.

h Tu autem quid iudicas fratrem tuum / aut tu quare ſpernis fratrē tuū?

h Cum itaque ſolus ſit in cœlis dominus,cui traditum eſt cum poteſtate dominiū:quæ eſt hæc præſūptio, vt quod Dei eſt,ſibi vſurpet homo,proximum ſuum iudicans propter eſum,aut ſpernens propter abſtinentiam?

i Omnes enim ſtabimus ante tribunal Chriſti.

i Omnes enim exhibebimur ante iudicium Chriſti, & ab vno iudice illo omnes pro meritis accipiemus ſententiam:

Non autem inuicem, alius alii erimus iudices. a Scriptum eſt enim: Viuo ego, dicit dominus, quoniam veniet dies, in qua me omnis creatura rationalis agnoſcet verum dominum, mihiq; reuerentiam exhibebit vt vero domino: & omnis lingua dabit confeſſionem Deo: ſiue miſericordiam ſaluantis commendando, ſiue iuſticiam condemnantis, ſecundum conſcientiæ dictamen, comprobando. b Itaq; vnuſquiſq; noſtrum reſpondebit, & examinabit de operib⁹ ſuis, ante iudiciū iudicātis Dei. c Ac proinde, nos inuicē iudicare non debem⁹, quod Dei eſt, nobis vſurpantes. Potius autem hoc apud ſeſe quiſq; iudicet, curet, & prouideat, ne verbo aut facto quicquam faciat, in quo offendi vel ſcandalizari poſſit infirmior. d Equidem credo, et certus ſum, & firmiſſime id mihi perſuaſum habeo in fide domini Ieſu, nullā eſcam, imo nullam omnino rem per ſe immundam eſſe, vt illius vſu qui libere vtitur poſſit contaminari. e tamen qui adhuc perſuaſum habet aliquam eſcam vel rem immūdam eſſe, huic propter iſtam quā adhuc in Iudaiſmo tenet conſcientiam, illa eſca immunda reputatur: non quidem per ſe, ſed illi tantum, propter conſcientiam: qua ſtante, ſi manducauerit quod commune reputat, peccabit & polluetur. Atq; horum infirmitati condeſcendendum eſt, hoc potiſſimū tempore, quo nondum plene innotuit Euangelicę libertatis veritas, plurimis adhuc ex conuerſis ad fidem, in legis obſeruantiis iſtis permanentibus. f Si enim tu qui perfectior videris, coram infirmo, nimia libertate mādūcas is quę ille reputat immunda, propter cibum tuum fratrem contriſtas, conturbas, offendis, ſcādalizas: illi dans occaſionem, imo (propter infirmitatem) cauſam te iudicandi, vt tranſgreſſorem: hac ſane in parte, nō ita agis vt Chri-

a Scriptum eſt enim Uiuo ego, dicit dominus, quoniam flectetur omne genu & omnis lingua confitebitur Deo,

b Itaque vnuſquiſque noſtrum pro ſe rationem reddet Deo,

c Non ergo amplius inuicem iudicemus: ſed hoc iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel ſcandalum.

d Scio & confido in domino Ieſu, quia nihil commune per ipſum,

e niſi ei qui exiſtimat quid commune eſſe, illi cōmune eſt.

f Si enim propter cibum frater tuus contriſtatur,

iam non ſecundum charitatē ambulas.

g Noli cibo tuo illũ perdere, pro quo Chriſt⁹ mortu⁹ eſt.

h Nõ ergo blaſphemetur bonum nr̃m.

i Non em̃ eſt regnũ Dei eſca ꝛ potus,

a ſed iuſtitia, ꝛ pax et gaudium in ſpiritu ſancto.

b Qui enim in hoc ſeruit Chriſto, placet Deo, et probat⁹ eſt hominibus.

c Itaque que pacis ſunt ſectemur,

d ꝛ que edificationis ſunt, inuicem cuſtodiamus.

e Noli propter eſcã deſtruere op⁹ Dei.

f Omnia quidẽ mũ

ſtiana charitas expoſtulat. g Noli (quæſo) per tuum cibum illum inpeccatum mittere, vel vt te iudicet, vel vt de fide Chriſti dubium incurrat, quem tanti Chriſtus repu tauit, vt etiam mori pro eo dignaretur. h Non ergo faciam⁹ bonum libertatis noſtrę, infirmorum maledictioni & maledicentiæ obnoxium: quod certe fiet, ſi abſque reſpectu, noſtra libertate in ſcandalum fratrum vti voluerimus. i Non enim in eſca vel potu ſitum eſt regnum Dei, nec cœleſte regnum per horum obſeruationem comparatur: ac proinde ſinantur infirmi, quibus velint vti: nec pro hoc ita multum zelandum eſt, vt compellantur manducare quæ ſunt le ge vetita. e ſed perfecta vitæ iuſtitia, & internum gaudium in ſpiritu ſancto, hęc & modo regnum Dei intra nos efficiunt, & in futuro nos ad ęternum regnum perducent. b Qui enim ſic in his Deo ſeruit, iſta ſectan do, hic placet Deo & probatus erit ab omni bus, inter quos ſic ſancte conuerſatur. Nam iuſtitiam ſeruare illæſam, & pacem cum omnibus tenere in gaudio, ſine amaritudine: et Deo nos gratos faciunt, et hominibus qui buſcum conuerſamur etiam infidelibus, gra tos & amabiles reddunt. c Nos itaque vt pacis filii, quæ ad pacem faciunt ſtudioſe inſequamur: quantum in nobis eſt, omnem tur bationis cauſam auferentes fratribus: d & ea quibus inuicem poſſumus ad bonum promouere, & ad profectum perducere, diligenter cuſtodiamus: pro nulla cauſa vlli dantes occaſionem ſcandali, aut peccati cauſam. e Noli (quæſo te iterum) opus quod Deus creauit, et per fidem ac baptiſmum modo quodam creauit, propter eſcam tuam perdere, illum occaſione tuæ nimiæ & indiſcretæ libertatis, in peccati morta lis periculum coniiciendo. f Equidem

non

non nego, quin munda ſint omnia, atque ob hoc oĩa (quãtum ex ſe) ad manducandum eſſe licita: ſed ſi quis cibum aliquem manducat cum infirmi fratris ſcandalo & offenſione, illi malum eſt, & ad vitium deputatur non cibus ipſe qui editur, ſed libertatis ſuæ cum ſcandalo abuſus. g Quanquam enĩ & caro & vinum nemo dubitet eſſe per ſe munda, ſi tamen in horum vſu, ex infirmitate frater quiſpiam ſcandalizatur, aut offẽditur, omnino bonum erit etiam ab his illicitis propter vitandum fratris ſcandalum, abſtinere. Sic & de aliis omnibus dicendum eſt, in quibus contigerit fratrem ſcandalizari, aut offendi. Eſto, fidem habes perfectam qua credis te poſſe propter Euangelicæ libertatis gratiam quibuſlibet ſine peccato veſci: h fidem iſtam ſi habes, habe coram deo in tua conſcientia, qui tibi remunerabit mercedem perfecte credentium. Cæterum ad fratris ſcandalum, aut cum fratis ſcandalo, caue vtaris. i Beatus eſt & iuſtitiam ſeruat, qui in eo quod tanquam bonum approbat, ſeipſum non condemnat, faciẽdo contra id quod bonum iudicat. Exempli gratia: qui tanquã bonum approbat, conſcientia dictante, non manducare hoc aut illud, iuſtitiam ſeruabit ſi abſtineat vt dictat ratio: quam perderet, ſi contra id quod probat ageret, mãducando. a Qui autem tanquam illicitum, quippiam diſcernit ac diiudicat: ſi hac ſtante conſcientia manducauerit, ſeipſum facit condemnationi obnoxium: contra conſcientiam manducando, quod iudicabat illicitum & immundum. b Idque non ex ipſi⁹ cibi immunditia, ſed quia non ex fide, & contra eam quam intus habebat ex ſua fide conſcientiam, egit. c Oẽ autẽ quod cõtra conſcientiam fit, quã ex ſua quiſq; fide ſibi format: eo ipſo quod con

con

da ſunt, ſʒ malũ eſt homini, qui per offẽdiculũ mãducat,

g Bonũ eſt nõ mãducare carnẽ, ⁊ nõ bibere vinũ, neq; in quo frater tuus offẽdit, aut ſcãdalizat, aut infirmatur.

h Tu fidẽ quã habes, penes temetipſum, habe corã deo,

i Beatus qui nõ iudicat ſemetipſũ, in eo quod probat.

a Qui aũt diſcernit, ſi mãducauerit, damnatus eſt.

b quia non ex fide.

c Omne aũt quod nõ eſt ex fide pctũ eſt.

tra conſcientiam peccatum eſſe conſtat:etiã ſi res in ſe mali habeat nihil.

TEXTUS.CA. decimumquintum.

a Debemus aũt nos firmiores, imbecilli tates infirmoꝝ ſuſti nere, ⁊ nõ nobis pla cere,

¶ ELVCIDATIO CAPI. decimiquinti.

a Llud autem fraterna charitas ex poſcit:vt qui perfectiores ſunt in-
I ter Chriſtianos,infirmos cum man ſuetudine et lenitate ſupportare de beant,in ſuis imperfectionibus: & non ſibiipſis ſuperbe placere, atque ita fra- tres infirmos deſpicere,aut ĩperfectiones eis exprobãdo irritare,qđ faciũt ſuperbi & ſu percilioſi homines qui cæteros facili ex cau- ſa deſpicientes,ſibipſi nimium placent. a

Unuſquiſq; veſtrũ proximo ſuo placeat i bonũ ad edificatio- nem.

Sit hoc omnibus commune ſtudium:vt quã tum fieri poteſt cum deo, quiſque fratri ſuo placeat in bonum:non per adulationem,ſed per ſanctam & pacificam conuerſationem, vt in noſtra conuerſatione ædificentur pro- ximi.Nam ex charitate propter deum labo rare ad placendum proximis, res eſt magni

b Et enim xp̃s non ſi bi placuit.

meriti,non ſic autem in malum. b & quidẽ pro hac re,chriſti habemus exemplum : qui non ſibi ſuperbe placuit, vt nos deſpiceret, neque quæ ſibi ſecundum carnis fragilita- tem erant placita,quæſiuit:ſed quæ humilia erant,& quæ carnis fragilitas horrebat,etiã aſpera improperia,pro nobis libenter ſuſce- pit. c Iuxta quod ſcriptum eſt:Ceciderũt

c ſz ſicut ſcriptũ eſt:i properia impꝛope- rantiũ tibi ceciderũt ſuper me.

ſuper me improperia, irriſiones,atque illuſi ones,eorũ qui tibi in me exprobrabant,quam chriſti vilipenſionem,nobis trahere debem⁹ in exemplum. d Quæcunque enim ſpiritus

d Quecũq; eñi ſcri- pta ſũt ad noſtrã do ctrinã ſcripta ſũt:

ſancti operatione,in ſcripturis à temporibus antiquis tradita ſunt,ad noſtram informatio nem ſcripta fuere: e vt per exempla pa-

e vt p patientiã ⁊ cõ ſolationẽ ſcriptura rũ ſpẽ habeamus,

trum in ſcripturis nobis propoſita,patientia roborati,& conſolatione dulciſſimorum elo quio

quorum cõſortati in ſpe noſtra firmi & ſtabiles in finem vſq; permaneamus. f Ipſum autem deum, cuius eſt ſolius donare patientiam & conſolationem veram ſpiritus, precor: vt det vobis vnus idemq; ſentire cũ inuicem, vt in eadem fidei ſententia ſitis & permaneatis omnes, ſecundum Chriſtum Ieſum, vt in veritate: g vt vna eademque fide, quæ concordes facit animos, & vno ore eandem confeſſionem fidei exprimente, ſic honorificetis deum, qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti. h propter quod ſuſcipite inuicem, ac fouete per patientiam: ſicut & chriſtus vos aſſumpſit, fouitque, & condeſcendẽdo euexit, ad honorem & gloriam dei. i Nã de modo quidem, quo chriſtus vos aſſumpſit atque ſuſcepit, dico xp̃m Ieſũ circũciſiõis (.i. populi iudaici) à deo patre miſſum fuiſſe & datum miniſtrum, prædicatorem, & operatorem ſalutis, propter veritatem Dei, qui fidelis eſt in omnibus verbis ſuis, ad implendas in illo promiſſiones patribus eorum factas. a Gentes vero, licet chriſtum in carne ſuę ſalutis miniſtrum per ſe non habuerint: tamen et ipſos dico Deum honorare debere, ſuper maxima ſibi gratia & miſericordia à Deo exhibita, non minus quam Iudæis, quũ tamen nullæ ipſis promiſſiones neque patribus eorum factæ extitiſſent. b Quod olim in ſpiritu Dauid pręuidens dicebat: propterea confitebor tibi ſuper gentibus Domine, & nomini tuo pro illis cantabo. c Et alibi dicuntur Gentes ſimul cum plebe electorum dei gauiſuræ ſpirituali lætitia, poſtquam illi fuerint annumeratæ. d Et in alio loco, cohortans gentes ad lætitiam, ſic eos in ſpiritu alloquitur: Laudate dominum pro exhibita miſericordia omnes gentes, laudate eum omnes populi nationũ. e Et alio in loco Eſaias dicit: Ex radice Ieſſe exurrecturum rectorem gẽ

f Deus aũt patiẽtie ⁊ ſolatii det vobis idipſum ſapere in alterutrum, ſcd'z ieſũ chriſtũ,

g vt vnanimes vno ore honorificetis deum ⁊ patrez dñi nr̃i ieſu chriſti.

h Propter quod ſuſcipite inuicẽ, ſicut xp̃s ſuſcepit vos, in honorẽ dei.

i Dico eñ xp̃z Ieſũ miniſtrum fuiſſe circunciſionis.

ꝓpter veritatez dei ad ↄfirmãdas ꝓmiſſiones patrũ:

a Gentes aũt ſuper mia honorare deũ.

b Sicut ſcriptũ ẽ: ꝓpterea ↄfitebor tibi in gẽtib' dñe, ⁊ nomini tuo cantabo.

c Et iterũ dicit, letamini gentes cuz plebe eius.

d Et iterũ laudate oẽs gẽtes dñz ⁊ magnificate eũ oẽs populi.

e Et rurſus Eſaias ait, Erit radix Ieſſe

ꝛ q̄ exurget regere gentes, in cū gētes ſperabunt.
f Deus autē ſpei repleat vos oī gaudio ꝛ pace in credendo:

vt abūdetis in ſpe, ꝛ virtute ſpūſſancti.

g Certꝰ ſū aūt fratres mei, ꝛ ego ipſe de vobis, qm̄ ꝛ ipſi pleni eſtis dilectiōe ꝛ repletioī ſcientia, h Ita vt poſſitis alter utrum monere,

i Audacius aūt ſcripſi vobis frēs, ex parte,

a tanquā in memoriā vos reducēs:

b ꝓpter grāz que data eſt mihi a deo,

c vt ſim miniſter xp̄i ieſu in gentibus, d ſanctificās euāgeliū m dei:
e vt fiat oblatio gētiū accepta ꝛ ſāctificata, in ſpū ſctō.

f habeo igitur gloriā i xp̄o ieſu ad deū.

g (Nō eī gaudeo aliquid loqui eoꝝ que

rem gentium, & principem populorum in quem gentes ſperabunt. f Deus autem ipſe, qui eſt tota & vera ſpes omnium credentium, abundare vos faciat copioſe, in omni gaudio & pace ſpirituali, per fidem rectam quæ ſunt tenenda vt oportet credendo: vt abūdet in vobis ex dei liberalitate ſpes & fortitudo vera, quæ eſt à ſpiritu ſancto. Non autem id precor, quod vobis illa penitus deeſſe exiſtimem. g Perſuaſum enim habeo & confido in domino de vobis: quod & copioſe iam in vobis inhabitet vera dilectio charitatis: ſimul & ſcientia ſpiritualis: h ita vt non ſolum poſſitis per charitatem inuicem ſupportare, ſed per ſcientiam etiam ſalubriter monere, atque ad perfectiora bonis inſtructionibus infirmiores adducere.
i Parcite vero meæ erga vos aliqua ex parte nimiæ audaciç (vt cuiquam videri poteſt, per quam, ego cognitus, vobis nunquam viſis, tam prolixis literis præſumpſi ſcribere: a non tamen quaſi ignorantes vos inſtruens, ſed potius tanquam cōmonefaciēs, de iis quæ vobis alioq; bene erāt cognita. b Quod autem feci, id feci propter gratiam iſtā Apoſtolici muneris quæ mihi à deo cōmiſſa eſt: c nempe vt ſim miniſter & Apoſtolus chriſti Ieſu, in gentibus, d Euangelium chriſti velut rem aliquam ſacram, verbo & exemplo prædicans & adminiſtrans: e vt per meam prædicationem, Gentes omnes quas ei lucrifacio, eiq; velut oblationem, offero, in fide perfecta & inſtitutione bonç conuerſationis Deo placentes fiant, & ſanctificatæ in domino, in ſpiritu ſancto. f Atque in his ego meam gloriam conſtituo: non quaſi in meipſo, nec apud homines, ſed in chriſto ieſu in quo facta ſunt per me omnia ante conſpectum dei ad gloriam eius. g (Nam de his quæ per me chriſtus non effecit, nec audeo,

nec

volo gloriari.) h Gloria, inquam, mea, quã habeo ad deum in hoc eſt, vt obedire faciã gentes fidei: Idq; in verbo prædicationis & in opere conuerſationis, & in virtute ædendi ſigna atque prodigia, per virtutem dono datam mi à ſpirituſancto, ad confirmationẽ prædicationis meę. i Ita vt his mediis, vniuerſas regiones & loca omnia ab Hieruſalem vſq; ad Illiricum, repleuerim euangelio CHRISTI, illud in eis prædicando ac notificando. a In Euangelio autem prædicando, illud ſemper obſeruaui: vt rudiſſimis omnino prædicarẽ, qui de CHRISTI fide nulla fundamenta ab alio prius acceperant. Nõ vbi ante me per alium eſſet prædicatus chriſtus, nolens ſuper ea quæ ab aliis erant inœpta, ædificii mei ſtructuram collocare: ſed iis qui à nullo alio quicquam ante audiſſent de CHRISTO, b Iuxta ſcripturam quę de Gentium conuerſione loquens dicit. Quoniam illi quibus hactenus CHRISTVS prędicatus non fuerat, Apoſtolica prædicatione edocti, cognoſcent eum, atque ea quæ prædicantur credũtque de illo. c Et qui xp̃m prædicari nunquam audierant, per apoſtolicam doctrinam illuminabuntur lumine fidei, videant, & credant in eum. Quæ res (nempe in loca, in quibus nunquam audita fuerat fidei prædicatio inferre Euangelium) quanti ſit laboris nihil dubium quin facile perſpicitis. d Atque his quidem negociis, hactenus impeditus fui, quominus ad vos inuiſendos acceſſerim: & vſque modo non fuit per occupationes laborioſiſſimas, quæ mihi incumbũt, licitum neque opportunum, vt venirem ad vos. e Nunc vero cũ his in regionibus noſtra præſentia nihil vltra diſcipuli habeant opus, ſatis in fide inſtructi, & firmati, cunctisq; rite diſpoſitis, cum in omnibus vicinarum regionũ vrbibus iam

pmc nõ effecit xp̃s /) h in obedientiã Gẽtium / in verbo ꝛ factis / i virtute ſigno rum ꝛ prodigiorũ / in virtute ſpiritus ſancti:

i Ita vt ab Hieruſalem per circuitum vſq; ad illiricum repleuerim Euangelium Chriſti.

a Sic autem predicaui Euãgeliũ hoc / non vbi nominatus eſt Chriſtus / ne ſuper alienum fundamentum edificarẽ:

b ſed ſicut ſcriptũ eſt: Quibus non eſt annunciatũ de eo / videbunt /

c ꝛ qui non audierunt de eo / intelligent.

d Propter quod impediebar plurimũ / venire ad vos ꝛ prohibitus ſum vſque adhuc.

e Nunc vero vlterius locum non habens: in his regionibus /

cupiditatem aũt ha

prę

b ēs veniēdi ad vos/ ex multis iaȝ prece dentib⁹ annis/

prædicationem abſoluerim, habuerim vero ab annis aliquot deſiderium vos aliquando inuiſendi, ſpero nunc compleri poſſe deſyderium meum. Meditor enim iter in Hiſpaniā,

f cū in hiſpaniā proficiſci cepero/ ſpero quod preteriens videā vos/ ⁊ a vobis deducar illuc.

g ſi vobis primū ex parte fruit⁹ fuero/

h Nūc igiť proficiſco: in hieruſalem/ miniſtrare ſanctis.

vt etiam illis, Chriſtum penitus adhuc ignorantibus, annunciem euangelium. f Et cū venerit, vt iuxta propoſitum verſ⁹ hiſpaniam iter direxero: ſpero iſtac me facturū iter per vos, atq; ita in tranſitu vos videre, & ꝑ vos deducendum illuc: g poſteaquam aliquanto tempore apud vos permanſero, & in vobis fuero conſolatus. h Nunc autem proficiſci propono quantotius in Hieruſalem ad miniſterium fidelium pauperum qui ſunt in

i Probauerūt Macedonia ⁊ achaia/ collationeȝ aliquā facere in pauperes ſctōrū/ qui ſūt in hieruſalem.

Hieruſalem, deferendo illuc collectam pro eis eleemoſynam, ab eccleſiis gentiū. i Cōſēſerunt & voluerunt, me procurante ac ſolicitante, Macedones & Achaici, qui in temporalibus ſunt abundantiores de ſuis facultatibus communicare, & communem collationem facere, pro eis qui inter fideles ſūt egētes in Hieruſalem ad ſuccurrendum eorum

a Placuit eīn eis/ ⁊ debitores ſunt coꝝ.

b Nam ſi ſpiritualiū coꝝ/ participes facti ſūt gētiles/ debēt ⁊ in carnalibus miniſtrare eis.

inopiæ. a Sic enim eis placet, neque nos ab illis extorſimus Nec mirum ſi placuit quoniam aliquomodo, quantum ad hanc rem, eis ſunt obligati ac debitores. b Nam ſi ſpiritualium facti ſunt participes gentiles, per gratiam dei: quæ ex repromiſſione Iudæorum peculiariter videntur: iuſtum eſt vt & de temporalibus, quibus abundant, his quibus in fide & ſpiritualium bonorum participatione facti ſunt ſocij, communicent atque impertiant, pro reuelandis eorum corporalibus neceſſitatibus.

c Hoc igiť cū cōſummauero/ ⁊ aſſignauero eis fructum hūc/ per vos proficiſcar in hiſpaniam/

c Vbi vero hoc miniſterium meum compleuero, & attulero, tradideroque illis, iſtam quam collegi eleemoſynam, tum ſpero (ſi ita deus voluerit) ꝑ vos in Hiſpaniæ partes iter lores, ad illis quoque prædicandum verbum dei proficiſci.

d Scio aūt quoniā

d Confido autem in domino, & credo, q̄d

non

non erit ſpirituali fructu vacuus aduentus meus ad vos, ſed in copioſa benedictiõe chriſti, in gaudio & conſolatione ſpirituali, veniam ad vos. e Hoc igitur, quo melius & celerius compleatur iuxta dei voluntatem, cui ſemper omnia conſilia noſtra ſubmittimus: obſecro vos fratres, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & per charitatẽ dei quę eſt in ſpiritu ſancto, aut per ſpiritum ſanctum qui eſt charitas: f vt veſtris orationibus apud deum me adiuuetis, in hoc potiſſimum vt liberer ab infidelibus, & peruerſis, quorum eſt in iudæa bonus numerꝰ, habent exoſum, eo quod gentium ſum Apoſtolus quos non dubito mihi machinaturos malum ſi poterint. Atque etiã vt oblatio mea iſta quam adminiſtrare pergo ſanctis in hieruſalem, fiat placita & accepta: h vt ſic tandem cunctis peractis, libere ad vos valeam venire cum gaudio, volente deo, i vt vobiſcum & in vobis aliquid refrigerii & conſolationis, in ſpiritu accipiam, quum inter vos exiſtens comprobauero ſynceritatẽ fidei veſtræ & conuerſationis videro virtutem: a Ipſe autem deus, omnis pacis author largitor, amator, qui ipſe tota & vera pax eſt, ſit ſemper cum omnibus vobis, per habitationem gratiæ ſuæ, vt vos vſq; in finem in ſuo amore cuſtodiat.

veniens ad vos / in abundantia benedictionis xp̄i veniã. e Obſecro ergo vos fratres per dñz nr̄z Ieſũ chriſtũ / ⁊ p charitatem ſancti ſpũs f vt adiuuetis in orationibꝰ veſtris p me ad deũ vt liberer ab infidelibus / qui ſũt in iudea / g ⁊ obſequii mei oblatio accepta fiat i hieruſalem ſãctis: h vt veniã ad vos in gaudio p voluntatem dei i vt refrigerer vobiſcum. a Deꝰ aũt pacis ſit cũ oĩbꝰ vobis. amẽ.

ELVCIDATIO CAP. Decimiſexti.

a TAndem concludens epiſtolæ curſum, commendo vobis Phœben hãc fidelem mulierem huius epiſtolæ gerulam quæ eccleſiæ Cenchręenſi multa exhibet miniſteria, ac neceſſitatis obſequia ſanctis fideliter impendit. b Vt eam benigne ſuſcipiatis, cum omni hu

mani-

TEXTVS. CAP. Decimũſextum.

a Cõmẽdo aũt vobis Phebẽ ſororẽ nr̄az que eſt in miniſterio eccleſie / q̃ ẽ Cẽchris b vt eã ſuſcipiatis in

l dño digne ſanctis/ e ⁊ aſſiſtatis ei in q̄cunq; negotio veſtri indiguerit.
d Etenim ipſa quoq; multis aſtitit / et mihi ipſi/
e Salutate Priſcã ⁊ Aquilam adiutores meos in Chriſto Jeſu / qui ꝑ aīa mea ſuas ceruices ſuppoſuerunt/
f Quibus non ſolũ ego gratias ago / ſʒ ⁊ cuncte eccleſie gẽtium/ ⁊ domeſticam eccleſiam eorum.
g Salutate Epenetum dilectũ mihi/ q̄ eſt primitiuus eccleſie aſie/ in xp̄o Jeſu/
h Salutate Mariã que multum laborauit in vobis/
i Salutate Andronicum ⁊ Juniam/ cognatos ⁊ concaptiuos meos/
a qui ſunt nobiles in Apoſtolis: q̄ ⁊ ante me fuerunt in Chriſto Jeſu.
b Salutate Ampliatum dilectiſſimum mihi in domino. Salutate Urbanũ adiutorem noſtrum in Chriſto Jeſu/ ⁊ Stachyn dilectuʒ meũ/ ſalutate Appellem probũ in Chriſto.
c Salutate eos qui ſunt ex Ariſtobuli domo/ ſalutate Herodionẽ cognatum

manitate & reuerentia in domino, ſicut fideles deceti recipere inuicem, & ab inuicem recipi. c & adiuuetis eam in ſuis negociis, ſi in aliquo veſtra oꝑa indiguerit. d Digna enim eſt vt hoc illi præſtetur, quoniam quidem multis ipſa adiumento fuit. Id quod in meipſo quoque ſum expertus. e Salutem dicite meo nomine Priſcæ & Aquilæ, adiutoribus & cooperatoribus meis in fidei negocio, qui pro me & vita mea tutanda etiã mortis ſubire diſcrimina, periculo mortis ſe expoſuerunt. f Quibus hoc nomine, non ego ſolus gratias ago, ſed oẽs etiã gentiũ mihi creditę eccleſię, quoniam quod mihi impẽdunt, omnib⁹ eccleſiis prpſuiſſe cognoſcitur. Et familiã quę in domo eorũ eſt congregata fide ſãctificata, vt merito eam dixerim eccleſiã, ſalutate. g Epænetũ quoque mihi apprime dilectum, qui eſt vel primus vel præcipuus aut ex præſtantioribus eccleſiæ quæ eſt in Aſia ſalutate in chriſto ieſu, ſalutatiõe ſancta. h Salutate Mariam quam noſtis, quæ inter vos & pro chriſti nomine multũ laborauit. i Salutate Andronicũ & Iuniã cognatos meos, & qui ſimilẽ quã ego aliquãdo pertuli, captiuitatẽ ſuſtinuerũt a, qui etiam paſſionum tolerantia, vel prædicationis virtute, digni ſunt qui pro apoſtolis magnis habeãtur qui etiã ante me fidẽ acceperant. b Salutate ampliatum, mihi in domino chariſſimum. Salutate Vrbanum adiutorẽ meũ in chriſto ieſu, & Stachyn dilectũ. Salutate Appellem in chriſti fide probatum & laudãdum. c Salutate eos qui ſũt de familia Ariſtobuli. Salutate herodionem, meum cognatum, ſalutate eos qui de familia ſunt Narciſſi fideles in chriſto. d Salutate tryphenam & Trifoſam laborãtes pro nomine domini. Salutate Perſidã chariſſimam, quæ pro nomine domini multos ſubiit labores. e Sa-

lutate

lutate Rufum domini ſeruũ electum & ei⁹ matrem, quam ego vt propriam meã matrẽ habeo, venerabiliterq; iubeo vt filius ſalutari. Salutate Aſyncritum, Phlegontem, Hermen, Patroban, Herman, & cæteros qui cũ eis verſantur chriſtifideles. f Salutate Philogum & Iuliam Nereum & ſororem eius, & Olympiadem, & qui cum his verſantur omnes fideles. Salutate inuicem in oſculo ſãcto pacis ſpiritualis, quomodo nunc ego ſpiritu, licet abſens corpore, veſtram dilectionẽ exoſculor. g Saluto vos ego omnium eccleſiarum CHRISTI mihi cõmiſſarum, & ſubditarum nomine tanquam earum Apoſtolus. h Vnum vero adhuc reſtat, quod antequam ſermo claudatur, omnimodis admonendum videtur. Obſecro autem vos fratres, vt magna diligentia & obſeruatione attendatis & magna cautela timeatis ab iis qui diſſentiones ſuſcitant & offendicula ponunt, turbationẽ excitantes paci et concordię fidelium, nitendo docere contraria fidei catholicæ, quę ſecundũ veritatem à veris prędicatoribus & Apoſtolis docet, à ab iis quos tales agnoueritis, tanquam & peſtiferis ſeductoribus, declinate. i Huiuſmodi enim homines, Chriſto domino ſuo non ſeruiunt, nec illius gloriam aut lucrum quærunt, ſed gulæ & ventri: a & per adulationes & aſſẽtatorias ſuas blanditias, quibus præualent adulatores illi peſſimi, mellita venena guſtantes in ore, animos ſimplicium frequenter ſeducunt à via veritatis, mittentes in erroris deuia. Omnino autem vobis ab eiuſmodi eſt attendendũ. b Nã obedientia veſtra, qua tã prõpte & ſynceriter vos ſubditis fidei & euangelio, vbiq; locorum fama volante diſpergitur, ad veſtri cõmẽdationẽ. Quo vobis magis cauẽdũ eſt, ne veſtro bono nomini ĩpoſtores illi maculã inferãt. c Gaudeo igi-

meũ. Salutate eos qui ſunt ex Narciſſi domo/ qui ſũt in domino. d Salutate triphenã/ tryphoſã/ q̃ laborãt i dño. [Salu]tate Perſidã chariſſimã/ que multu laborauit iu dño e Salutate ruphũ electũ in dño ꝛ matrẽ ei⁹ ꝛ meã. ſalutate Aſyncritũ ꝛ phlegõtẽ/ Hermẽ patrobã/ Hermã ꝛ qui cũ eo ſut frẽs. f ſalutate Philogũ ꝛ iuliã/ Nereũ ꝛ ſororẽ ei⁹/ ꝛ Olympiadẽ ꝛ oẽs q̃ cũ ei ſũt ſctõs/ ſalutate inuicẽ/ in oſculo ſancto. g ſalutãt vos oẽs eccleſie xp̃i.

h Rogo aũt vos fratres/ vt obſeruetis eos q̃ diſſẽtiones ꝛ offẽdicula / preter doctrinã quã vos didiciſtis/ faciũt/ ꝛ declinate ab illis/

i huiuſmodi ei xp̃o dño non ſeruiũt/ ſed ſuo ventri:

a ꝛ p dulces ſermones ꝛ bñdictiones ſeducunt corda innocentium.

b Veſtra ei obedientia in omni loco eſt diuulgata.

Gaudeo igitur in vo

vobis/ſed volo vos ſapientes eſſe in bono/

c ſimplices in malo/

d deus autē pacis/ cōterat ſathanā ſub pedib⁹ veſtris velociter.

e gratia dñi nr̄i ieſu chriſti/ vobiſcum.

f Salutat vos timotheus adiutor me⁹ ꝛ lucius/ ꝛ iaſō/ ꝛ ſoſipater cognati mei

g Saluto vos ego terti⁹ qui ſcripſi epiſtolā hanc in dño/

Salutat vos Gaius hoſpes meus/ ꝛ vniuerſa eccleſia/

i Salutat vos Eraſt⁹ arcari⁹ ciuitat̄/ ꝛ Quartus frater/

a Grā domini noſtri ieſu chriſti/ cū oīb⁹ vobis/ Amen.

b Ei autem qui potens eſt vos ꝯfirmare iuxta euangeliū meū ꝛ p̄dicationem ieſu xp̄i/

c ſcd̄ꝫ reuelationem myſterij: tp̄ibus eternis taciti.

d quod nunc patefactum eſt p ſcriptu

deo igitur,in iis quę de vobis narrantur bonis,ſed vt ſolidum ſit,& vobis hoc bonum, & mihi meū hoc gaudium, opto & moneo vos in bono cautos eſſe ac prudētes: vt quod ſemel recte accepiſtis,nō facile vanis perſuaſionib⁹ dimittatis: ad malum autem ſitis ſimplices ac rudes,quaſi neſcientes male agere, d Deus autem pacis,qui vos vocauit , ipſe per ſuam gratiam,celerem vobis & facilem dabit perſeuerantibus,de hoſte triumphum vt non ſolum,non illi ſitis per peccata ſubditi, Verunetiam abundantes operibus bonis,illum contemnentes & conculcantes,ſub pedibus veſtris. e Sit vobiſcum in auxilio gratia domini noſtri IESV CHRISTI.

f Salutat vos qui mecum eſt Timothæus præcipuus adiutor meus in negociis fidei, præ omnibus promptus & ſolicitus, & Lucius & Iaſon, & ſoſipater cognati mei. g Saluto vos ego ſeruus dei Tertius nomine, qui hanc epiſtolam characteribus , dictāte Paulo,deſcripſi nomine domini. h Salutat vos Gaius, apud quem hoſpitor: & vniuerſa quæ hic eſt fidelium eccleſia, veſtram Romanam,quaſi ſororem ſalutat, i Salutat vos Eraſt⁹,noſtræ ciuitatis receptor(qui vulgo dici ſolet) & alius quidem fidelis cui nomen eſt Quartus, a Gratia domini noſtri IESV CHRISTI,ſit cum omnibus vobis. Amen . b Ei autem qui potens eſt per gratiam ſuam vos confirmare in fidei rectitudine , ſecundum Euangelium quod mihi eſt commiſſum , & prędicationem de IESV CHRISTO, c iuxta reuelationem myſterii redemptionis humanæ, per incarnationem filii Dei: quod hacten⁹ nunquam prædicatū nūq̄ propalatū,ſēper fuit in ſecreto diuinitatis conſilio,menteq; diuina tacitum,& occultum, d nūc autem cognitum ſecundum æterni Dei beneplacitum,tempo

ribus

ribus iſtis, quibus omnes gentes voluit ſub obedientia fidei ſubdere, quod nunc eſt pate factum oſtenſumq; ac confirmatum per ſcri pturas Prophetarum, quas nunc (ſpiritu ſan cto illuminante) cognoſcim⁹, multo ante de iis quæ in hoc tempore vidim⁹ impleta, præ dixiſſe: e Ipſi, inquam, ſoli ſapienti Deo, per Ieſum Chriſtum, ſit honor & gloria in ſæcula ſæculorum. Amen.

ras prophetarū/ ſecūdū p̄ceptū eterni Dei/ ad obedientiā fidei/ in cunctis gē tibus cogniti/ ſoli ſa pienti Deo per Jeſum Chriſtum/ e cui honor & gloria in ſecula ſeculorū Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Romanos Beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORI- um in Epiſtolam ad Corinthios prio- rem Beati Pauli Apoſtoli.

COrinthii, accepto ab Apoſtolo verbo Euāgelii, in varios poſtmodum errores, partim à mundi ſapientibus, partim ſuo vitio inciderāt. Nā primum quidem odioſis adinuicem contentionibus, vane gloriando pro hominibus, vacabant: quos in ipſo ſtatim epiſtolę initio redarguit Apoſtolus, iterumque in tertio replicat, aſſerens indignum eſſe, vt pro hominibus con tenderent, qui in vnius Chriſti nomine eſſent (licet per diuerſos miniſtros) baptizati. Erant deinde, qui ſimplicitati & humilitati Apoſtolicæ prædicationis minus fidentes, ſæculari ſapientiæ curi oſius intenti, vehementiuſq; affecti, doctores eiuſmodi ſibi conqui rebant: propter quos, de ſęcularis ſapientiæ, & omnis mundanæ ſubtilitatis reprobatione, poſt medium primi capitis, totus ſermo texitur, vſq; ad caput tertium: declarando, quemadmodum Deo ſic fuit beneplacitū, vt per Apoſtolicę prædicationis ſimplicitatē, mundus ad veram Dei cognitionem adduceretur, quod per mun di ſapientiam fieri non potuit. Et quia ex contentionum acerbita te ad hoc etiam procedebant Corinthii, vt ſuum quiſque electum pręceptorem pręferre cupiens, cæteros iudicare præſumeret: ideir

eo quarto capitulo, Deo ſoli iudicium docens competere, homines monet ante tempus non iudicare. Cum nec ſibi quiſq́, iudex eſſe queat ſufficiens. Eam tamen quam ſecundum corp⁹ propter Euã gelium patitur vtilitatem, tanquam filiis chariſſimis, propter fouendam charitatem, ſine verecundia proponit. Acciderat quoque facinus inter eos abominandum, vt patris ſui vxori quidam commiſceretur, cęteris peccati correctionem diſſimulantibus, aut etiã per mundi ſapientiam defendentibus. Quos acriter obiurgans, monet quantotius fornicarium illum è cœtu fidelium eiici, & Satanę tradi in interitum carnis, vt ſpiritus ſaluus ſit in nouiſſimo die. Atque huius occaſione, vniuerſali de omnibus conſtitutione ordinat, Chriſtianos in manifeſtis peccatis viuentes ac permanentes, vitari debere à cæteris, vt per confuſionem, ad rectam viam reuertantur. Nihil interim de illis qui ſunt extra eccleſiam præſcribens, quos diuino iudicio relinquit. Atque hęc quidem, capite quinto. In ſexto autem, illos arguit qui propter lites pecuniarias, ac cætera temporalia, iudicia accedebant infidelium, non ſine ſcandalo & dehonoratione nominis Chriſtiani: monens, ſi quæ occurrant ſuper huiuſmodi difficultates, vt à Chriſtianis cum pace & quiete terminentur, potius quam ad infideles deducantur: vbi rurſum ad fornicationis deteſtationem reuertens, eius turpitudinem aperit: & quàm ſit Chriſtifidelibus, qui per ſpiritum ſanctum facti ſunt templum DEI, res illa fœdiſſima fugienda, manifeſtat. Interrogauerant autem Corinthii Apoſtolum de quibuſdam, quæ ad matrimonium, & diuortium, & ad virginitatem pertinent: Quibus omnibus, capite ſeptimo, prolixe reſpondet, matrimonium quidem vt licitum, & contra fornicationem indultum remedium, non prohibens: Virginitatem tamen, vt maius bonum, magiſque a DEO indiuulſe adhærendum vtile, præferens iis, qui matrimonio iuncti ſunt, vt ſolutionem non quęrãt, præcipientes iis, qui liberi ſunt, vt ſe in matrimonii vinculũ nõ cõiiciant, fideliter conſulens, tanquam miſericordiam conſequutus a domino. Adhæc, erant inter Corinthios in fidei ſcientia perfecti nonnulli, qui ſcientes nullum eſſe per ſe communẽ cibum, paſſim ſe ingurgitabant idolothytis: Idque non ſine proximorum infirmorum ſcandalo. Quorum ſcientiam, quòd charitas adiuncta non eſſet, capite octauo damnat Apoſtolus: eoſque a ſcandalo vſque adeo deterret, vt ſe dicat malle inæternum a cibo quolibet abſtinere, quam per eſum quenquam ſcandalizare. Atque huius rei occaſione, ſeipſum in exemplum proponens. Nono capitulo declarat,

rat,multa ſibi eſſe licita, & iure tam diuino quam humano permiſſa, quæ tamen propter euitandum ſcandalum ſe nolle facere proteſtatur,ne quod offendiculum contingeret Euangelio Chriſti:ſimilitudines eorum qui in ſtadio currunt, & qui certant in agone,adiungens ad perſuaſionem. Adducit ad idem capite decimo, patrum exempla terribilia ad correctionem poſterorum ſcripta:ne ſibi ſatis eſſe putent quòd Chriſti ſint baptiſmo abluti, & fidei myſteriis initiati. ſed vt in timore viuentes, proximorum ſcandalum & DEI offenſam, potiſſimum autem idololatriam, caueant,commonefacit attentius: A qua prorſus immunes non eſſe declarat,eos qui in idolorum templis recumbentes, menſæ dæmoniorum participabant. Atque ita rurſus, ad dehortandum a ſcandalo & offenſione proximorum, in fine capitis concludendo reuertitur. Poſt hoc, vndecimo capitulo, quemadmodum ſe in oratione publica gerere debeant,vtrique ſexui præſcribit, Viris,vt capite orent prophetentque non velato. Mulieribus, vt velamine in ſubiectionis ſignum caput operiant,ſerio,nec ſine ſeueritate denunciat. Atq; id quidem,fere vſque ad capitis medium,poſt quod eam,quæ incipiebat pullulare,prauam conſuetudinem,in conuentionibus (quas ex more ad manducandum domini cœnam faciebant) acri obiurgatione deteſtans,corrigere ſatagit: quoniam videlicet ad contentiones & odia,mutuumque contemptum,et pauperum confuſionem, conuentiones faciebant: quas ad pacem & concordiam,charitatis quoque promotionem, & pauperum conſolationem facere ſolebant,& intertenere ſic debuerant. Quas publicas conuentiones, vt cum reuerentia & charitate fieri perſuadeat,inſtitutionem ſanctiſſimæ Euchariſtiæ,ſicut a domino accepit, ita clare & aperte eis deſcribit, ſimul & de eius indigna ſūptione terribilia proponens. Atque in hoc, vndecimum clauditur capitulum.Quoniam vero in ſpiritualibus ſufficienter edocti non erāt longe eos ac late de ſpiritualib⁹,inſtruit ſpiritualis Apoſtolus,per tota tria duodecimū videlicet, decimumtertiū, ac decimumquartum capitula. In duodecimo quidem,de gratiis gratis a Deo datis, in vtilitatē eccleſiæ ſub analogia corporis naturalis, diuerſorū officiorū diuerſa membra habentis, Decimotertio,charitatis gratiam præponit omnib⁹,Decimoquarto de propheti͛ę eminentia ſuper donū linguarum pertractat, linguas in ſignū dicēs infidelibus,prophetiā vero fidelibus datā,in ędificationem: ſimul & ordinem in horum donorū vſu congruum (mulieribus impoſito ſilentio) præſcribit, Vt omnia honeſte fiant & ſecundum or

dinem. Quoniam vero inter Corinthios exurrexerāt quidam prę ſumptores, qui ſapientiæ carnali & ſcientię mundanæ innitentes, reſurrectionem mortuorum non eſſe futuram aſtruebant, ſimplicium animos mundanis rationibus perturbantes: Iccirco capitulo decimoquinto, velut per pręfationis modum Euangelicæ prædicationis firmitate & authoritate præmiſſa, ad veritatem futuræ reſurrectionis aſtruendam, accedit: vbi ex his quę in natura & ſecundum naturam fiunt, ea quæ ſupra naturam diuina ſola virtute fienda ſunt, poſſibilia demonſtrat: vtpote ex ſeminis mortificati fructificatione, corporis defuncti atque ſepulti reſurrectionem: vbi & reſurrectionis myſterium, & mortis proſtrationem, patefacit apertiꝰ. Demum de collectis pro pauperum Hieroſolymitanorum ſubleuatione, per vnam ſabbati, & alia quædam familiaria commonefaciens, ita claudit Epiſtolam.

❧ Finit Argumentum in Epiſtolam ad Corinthios priorem.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS PRIOREM BEATI PAVLI Apoſtoli.

ELVCIDATIO, capitis primi.

Pa AVLVS ſecundum Dei voluntatem vocatus, vt eſſet Apoſtolus Ieſu Chriſti, & Soſthenes frater ſcribunt, ſalutemq; precantur congregatis in Chriſto fidelibus Corinthi, per Ieſum Chriſtũ ſanctificatis à peccato, vocatis ad vitæ ſanctimoniam, & vniuerſaliter omnibus de puro corde inuocantibus nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, vbicunque locorum conſiſtant, ſiue hoc in loco noſtro, ſiue in alio quolibet ſuo loco. b Vobis igitur omnibus ſit gratia et pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. c Non ceſſo gratias agere Deo meo, veſtro nomine: propter gratiam Dei, quæ per Chriſtũ vobis eſt data. d Abundantes enim facti eſtis per illum, in omnibus quę vere ſunt ſpiritus bona: in verbo, inquam, prædicationis, quod vobis plene & ſynceriter eſt adminiſtratum, & ſpirituali eius intelligentia: quibus Chriſtiana fides corroborata eſt, atq; fundata in vobis. e Adeo, inquam, abundantes, vt nullius gratiæ ſpiritualis egeſtatẽ patiamini: expectantes inſuper aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, quando omniũ plenitudinem accipietis copioſiſſime. f Qui

TEXTVS EPISTOLAE prioris ad Corinthios B. Pauli Apoſtoli.

Textus. Cap. primum.

Pa Aulus vocatus Apoſtol⁹ Ieſu Chriſti per volũtatem Dei ⁊ Soſthenes frater: eccleſie Dei que eſt Corinthi: ſanctificatis in Chriſto Jeſu vocatis ſanctis: cũ omnibus qui inuocãt nomen dñi noſtri Jeſu Chriſti in omni loco ipſorũ ⁊ noſtro. b Gratia vobis et pax a deo patre noſtro: ⁊ domino Jeſu Chriſto. c Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis in gratia Dei, que data eſt vobis in Chriſto Jeſu d quia in oib⁹ diuites facti eſtis in illo in oi verbo ⁊ oi ſciẽtia: ſicut teſtimoniũ Chriſti confirmatũ eſt in vobis: e ita vt nihil vobis deſit in vlla grã: expectãtib⁹ reuelationem domini noſtri Jeſu Chriſti: f qui ⁊ confirmabit

vos vſq; in finem, ſine crimine, i die aduentus domini noſtri Jeſu Chriſti.
g Fidelis deus per quē vocati eſtis i ſocietatē filij ei⁹, Jeſu Chriſti domini nr̄i.
h Obſecro aūt vos fratres ꝑ nomē dn̄i noſtri Jeſu Chriſti, vt idipſū dicatis omnes, et non ſint in vobis ſciſmata,
i Sitis autē perfecti, in eodē ſenſu et in eadem ſcientia,

vos interim perſeuerantes faciet vſque in finem in omni bono, vſque in diem aduentus eiuſdem, abſque omni crimine, quod vobis poſſet in illo die ad damnationem obiici, g Deus enim fidelis adiutor eſt, vt non ſine cauſa vobis ſubtrahat ſuum auxilium: per quē vocati eſtis ad participandum hæreditatem filii eius, Ieſu Chriſti domini noſtri. h Per hoc ipſum itaque tam vobis merito gratiſſimum nomen, obſecro vos fratres mei, vt ſine ſectis & diuiſionibus, idem & dicatis ore & ſentiatis animo: i Sitis autem nō diuiſi ab inuicem ſed in vnum compacti atque perfecti, quaſi vnum corpus integrum & continuum, in quo nullus ſit hiatus & nulla diuiſio, vnius mentis, & eiuſdem in fide ſcientiæ atque ſententiæ.

a Significatū eſt ei mihi de vobis, fratres mei, ab his qui ſūt Chloes, quia cōtētiōes ſūt int̄ vos,
b Hoc autem dico, quod vnuſquiſq; veſtrū dicit: Ego quidem ſum Pauli ego autem Apollo, ego vero Cephe, ego autem Chriſti.
c Diuiſ⁹ eſt Chriſt⁹?
d Nunquid Paul⁹ crucifix⁹ eſt pro vobis, aut in noīe Pauli baptizati eſtis?
e Gratias ago Deo meo quod neminem veſtrū baptizaui, niſi Criſpuz & Gaiuz: ne quis dicat quod in noīe meo baptizati ſitis. Baptizaui aūt & Stephane domū: ceterū neſcio ſi quem aliuz veſtruz baptizauerim,
f Nō enim miſit me

a Quod autem in ipſo ſtatim epiſtolę initio vobis ſcribam, hęc eſt ratio, Nam indicarunt mihi qui ſunt de familia Chloes, exoriri atq; exortas eſſe inter vos contentiones odioſas, quæ vnitati fidelium valde aduerſantur. b Hoc autem ego voco contentionem, quòd ſinguli veſtrum gloriamini: alius in Paulo, alius in Petro, alius in Apollo, alius (ſi quis eſt perfectior) in Chriſto tantum: atque hoc, propterea quòd à diuerſis ſitis baptizati. c Sed nunquid diuerſi & plures ſunt Chriſti? Imo vnus eſt, in cuius nomine omnes eſtis baptizati. d Sed neque Paulus pro vobis crucifixus eſt, neq; Cephas, neque in nomine alicuius noſtrum badtizati eſtis: quare fruſtra pro nobis contēditis. e Inter vos, neminē baptizaui (quod ſciam) niſi Criſpum & Gaium, & familiam Stephanæ, neque conſtat mihi de pluribus. Atque hac parte gratias ago Deo, quòd paucos baptizans, abſtuli vobis occaſionem ſic pro me cōtentioſe gloriādi: ne dicatis, quod in meo nomine ſitis baptizati. f Iccirco aūc non multū curæ fuit mihi plurimos baptiza

e, quoniam Dominus non me miſit præcipue ad baptizandi implendū miniſterium, ſed potiſſimum ad euāgelizandum. g At ꝙ id, non in verborum ſapientia, aut ſermonis ornatu, vt crucis Chriſti gloria non pereat, neque imminuatur. Stultitiæ enim crucis Chriſti & ſimplicitati humilitatis eius, nō conueniunt verborum phaleræ. h Nam verbum crucis perituri ac peruerſi homines ſtultitiam reputant: illi vero quos ad ſalutē prędeſtinauit de⁹, cuiuſmodi ſum⁹ nos qui credimus in eum, virtutem dei (quæ in verbo crucis eſt ad ſaluandum omnes credentes) agnoſcunt. i Scriptum eſt enim: Deſtruam ſapientiam eorum qui mundo ſapientes videntur, & prudentiam prudētium huius ſęculi ego retundam atque proiiciam. a Vbi eſt ô ſapiens mundi, ô ſcriba legis doctor, ô diſputator quæſtionum ſæcularium, gloriatio tua? b Profecto ſtultam comprobauit Deus ſapientiam omnem huius ſæculi, Euangelicam donans veram ſapientiā. c Quia eīm mundus, iuxta quod oportebat de deo ſapere, non potuit per ſæcularem ſapientiam deū ſufficienter agnoſcere, viſum fuit deo mediante prędicationis ſtultitia, credentes ad ſalutē adducere. d Stultitiam dico: quia Iudęi (propter conſuetudinem) nō niſi ſigna quærunt, & græcis nō placet præter ſapientiā: quę in crucis ignominia, videntur non poſſe reperiri. e Nos autē, qui crucis Chriſti agnouimus virtutem, audacter proclamamus, & prædicare nec erubeſcim⁹ nec formidamus Chriſtum crucifixum, Iudæis obſtinatis factum offendiculum, ad quod impegerunt: infidelibus gentilibus, ſtultitiā reputatū: f iis autem qui ſunt ad fidē vocati, tam ex Iudæis quā ex Græcis dei virtutem, ſolam ſaluare potentem, & æternam patris ſapiētiā. g Quoniam ſtultum hoc à deo

xp̄s baptizare, ſed euangelizare.

g non in ſapientia verbi vt nō euacuetur crux chriſti.

h Verbū eīm crucis pereūtibus quidē ſtultitia eſt: his aūt qui ſalui fiūt, id eſt nobis, Dei virtus eſt.

i Scriptū eſt eīm, perdā ſapientiā ſapiētū, & prudētiā prudētum reprobabo.

a vbi ſapiēs? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi?

b Nōne ſtultā fecit deus ſapiētiā hui⁹ mūdi? c Nā quia in dei ſapiētia non cognouit mundus p ſapiētiā deū: placuit deo per ſtultitiā pdicationis ſaluos facere credētes, d Quā & iudei ſigna petūt, & greci ſapiētiā querunt.

e nos autē, pdicam⁹ xp̄m crucifixū: Iudeis quidē ſcādalū, gētib⁹ aūt ſtultitiā,

f Ipſis aūt vocatis Iudeis atq; grecis, xp̄m dei virtutē & dei ſapientiam.

g Quia qđ ſtultū eſt

dei/ ſapiētiꝰ eſt hoibus/ ꝛ quod īfirmū eſt dei fortiꝰ eſt hoibus/

h videte eī vocatiōnē veſtrā fratres qꝛ nō multi ſapiētes ſecūdū carnē/ nō multi potētes/ multi nobiles. i Sed que ſtulta ſunt mūdi elegit deus/ vt ꝯfūdat ſapientes/

a ꝛ infirma mūdi elegit deꝰ/ vt ꝯfūdat fortia: ꝛ ignobilia mūdi/ ꝛ cōtēptibilia elegit deꝰ/ ꝛ ea que nō ſūt/ vt ea que ſūt deſtrueret/ b vt nō gloriet̃ oīs caro in conſpectu eius c Ex ipſo aūt vos eſtis/ in xp̄o ieſu/ qui factus eſt nobis ſapiētia/ ꝛ iuſtitia/ ꝛ ſctificatio ꝛ redemptio:

d vt/ quēadmodum ſcriptū eſt qui gloriat̃/ in dño gloriet̃.

nobis datum, quod ſæculares homines ſtultum reputant, vincit omnem humanam ſapientiam. Et infirmum illud, nobis à deo datum, quod infidelibus infirmum videtur, vicit omnem humanam fortitudinem. h Imo vero congregationem veſtram ſi perſpexeritis, paucos numerabitis inter vos iuxta mundum potentes, ſapientes atque nobiles. i Sed quæ mundꝰ vt ſtulta deſpicit, elegit Deus: vt per eos mundi ſapientes reddat confuſos, partim quidem hoc tēpore, ſed in nouiſſimo plenius. a Item mundi inualida, vt fortia quæque cofundat, & ignobiles, contemptibilesque, & eos qui ſunt tanq̃ nihilum reputati, & infimos hominum, ipſe elegit vt eos, qui aliquid videntur eſſe cōfundat b vt vanam oſtendat gloriam omnis hominis qui in carne gloriatur. c Ex ipſo autem patre Deo, vocante atque trahēte, vos fideles eſtis in Chriſto Ieſu: qui miſſus atque donatus eſt nobis à deo patre, vera ſapientia, per quem & iuſtificati ſumus, & ſāctificati, & redempti, et per quam cætera bona nobis omnia prouenerunt: d vt quum per illum omnia acceperimus, ſecūdum ſcripturam, non in alio prǽter quàm in domino audeamus gloriari.

TEXTVS. CAP. ſecundum.

a Et ego cū veniſſē ad vos f̃res/ veni nō in ſublimitate ſermonis aut ſapiētie/ annūcians vobis teſtimoniū chriſti.

b Nō eī iudicaui me

ELVCIDATIO CAP. ſecūdi.

a ET ego fratres mei, quum cognoſcerem placuiſſe Deo, vt per ſtultitiam & humilitatem ſaluaret fideles, & ſtulta infirmaque eum diligere, veniens ad vos prædicationis gratia, annunciaui vobis chriſtianæ fidei (quæ de chriſto eſt) veritatem, citra verborum pompam, mundanamque ſapientiam: b Sic vobis prædicans, & ſic me

ſic me gerens in omnibus inter vos,quaſi nihil ſcirem præter crucis Chriſti opprobrium c Inter vos ambulans,conuerſabar in humilitate,timore,& tremore plurimo , ſolicitus ne quenquam ſcandalizarem,aut prædicationis fructum conuerſatione impedirem. d Et ſermo meus & prædicatio,non incompoſitis ad perſuadendum ſecundum humanam ſapientiam verbis erat:ſed cum oſtenſione ſpiritus, quem habemus intra nos, & virtutis ad faciendum mirabilia: e vt nõ per ſapientiam humanam vos ad vitã chriſti perduceremus,ſed magis per virtutẽ dei, nec humanæ virtuti attribueretur veſtra conuerſatio,ſed ſpiritui ſancto. f Quanquã autem inter vos in ipſis principiis prædicationis noſtræ,propter veſtram imperfectionem,nihil niſi humilia & ſimplicia vobis fuerimus ſimpliciter eloquuti, ſatis habentes ſimplici vobis aſſertione,quę neceſſario erãt credenda de Chriſto,tradere: tamen ſi quando apud eos qui in fide ſunt perfecti , nobis ſermo contingat ,poſſumus etiam de ſapientia ſublimium & ſecretorũ fidei noſtræ, magnificentiora quædam proponere. g Sapientiam,inquam non ſæcularem , quæ rationibus nititur, & ſecundum naturæ curſum omnia iudicat , neque quam principes huius ſeculi,ſiue dæmones,ſiue præſtãtes cæteris philoſophi,adinuenerunt,quos non ſaluabit ſua ſapientia,cuiuſmodi ſũt artes magicæ & ſcientiæ naturales: h ſed ſuper humanã,ſupernaturalem & prorſus diuinã loquimur ſapientiam,in occultis ſanctiſque fidei ſacramentis:quæ eſt occulta & abſcondita, nec per ſe patens,niſi à deo reueletur. i Quam ab æterno Deus præparauit, diſpoſuitque ſuo tẽpore,& complere in opere,& manifeſtam facere:vt per eam nos ad gloriã perducamur ,quicunq; per fidem,illam acceptamus.

ſcire aliq̃d inter vos/ niſi Ieſum chriſtũ:& hunc crucifixũ:

c Et ego in infirmitate/& timore/& tremore multo fui apud vos:

d & ſermo meus/& prędicatio mea nõ in perſuaſibilib⁹ humane ſapientie verbis ſʒ in oſtẽtiõe ſpũs & virtutis. e vt fides veſtra nõ ſit i ſapiẽtia hominũ/ſʒ in virtute dei.

f Sapiẽtiã aũt loq̃mur inter perfectos/

g ſapientiã vero nõ huius ſeculi neq; principũ huius ſeculi, q̃ deſtruuntur:

h ſed loquimur dei ſapientiam in myſterio/ q abſcõdita eſt.

i quam predeſtinauit de⁹ ante ſecula/ in gloriã noſtram:

a quā nemo princi pū huius mundi co gnouit.

b ſi ei cognouiſſent nūq̄ dn̄z glie cruci fixiſſent:

ſicut ſcriptū eſt:
c Quod ocul⁹ nō vi dit/nec auris audi uit/nec in cor hois aſcendit/q̄p parauit de⁹ his q̄ diligūt il lum.

d Nobis aūt reuela uit deus p ſpm̄ ſuū/ e Spūs eī oia ſcru taē etiā pfūda dei.
f Quis ei ſcit hoim que ſūt hois niſi ſpi rit⁹ hois/q̄ i ipſo ē? Ita ꝛ q̄ dei ſūt nemo cognouit niſi ſpirit⁹ dei.

g Nos aūt non ſpm̄ hui⁹ mūdi accepim⁹ ſed ſpm̄ q̄ ex deo eſt.

h vt ſciamus que a deo donata ſūt no bis:

i que ꝛ loquimur/nō indoctis humane ſa

a Sane abſcondita eſt hæc ſapientia noſtra, cuius ſubtilitatem ſublimitatemque, nec ipſi dæmones qui mundo dominabantur, neque ſapientiores in populis vlli, potuerunt per ſuam ſubtilitatem comprehendere. b Alioqui ſi cognouiſſent dæmones, nunquam ad chriſti crucifixionem inſtigaſſent Iudæos: et ipſi ſcribę ac principes ſi abſque cæcitate cordis vere cognouiſſent dominum eſſe gloriæ quem ad mortem poſtulabant, futurum nō erat, vt illum cruci affigerent. Nemo inquā, principum huius ſæculi ſapientiam Dei cognoſcere per ſe potuit: iuxta ſcripturæ teſtimonium, dicentis: c quod neque oculo, neque auribus (id eſt nullo ſenſu) ſentiri potuerit, neque ratiocinando, aut cogitando, humana ratio comprehendere potuerit, aut cognoſcere, quænam illa ſint quę Deus præparauit iis qui ſe diligūt: nunc quidem in interioribus gratiæ donis, & in futuro, in perfectione gloriæ ſuæ. Sed quod nec ſenſu potuit, nec ratione inueniri, nobis eſt à deo, deſuper miſſo ſpiritu ſancto, reuelatum: qui cuncta diuina conſilia optime peruidet, quantumuis occulta. f Quemadmodum em̄ nemo nouit quæ in homine latent, cogitationes atq; conſilia, niſi mens hominis quæ in ipſo eſt & cui illa quod in ſe tenet ſignificare voluerit: Ita conſilia Dei, ſolus nouit ſpiritus eius, & quibus ſpiritus ille voluerit reuelare. g At hūc Dei ſpiritum, qui ex deo eſt, & quæ dei ſunt edocet eos quos habitat, nos accepimus qui in chriſtum credimus: nō talem, qui nos ea quæ huius mundi ſunt (id eſt, ſapientiam ſecularem) edoceat: h per quem Dei ſpiritum agnoſcimus & intelligimus dona Dei, gratiam nimirum & gloriā futuram, quæ iam vel in re vel in ſpe, donata ſunt nobis. i Quæ etiam, vt cognoſcim⁹ prædicamus, verbis non vtique ad doctri-

nam

nam humanę ſapientiæ compoſitis, ſed ad ſpiritus doctrinam, accommodatis. a Spiritualibus enim edocendis myſteriis accommodanda ſunt verba item ſpiritualia, & ſpiritualibus auditoribus, accommodamus ſpirituales doctrinas. b At vero animales homines, ſpiritum non habentes, nequeunt intelligere ſpiritualia, ſed ea ſtultitiam æſtimant. Idcirco autē nequit aīalis intelligere ſpūalia, quia ſpiritualiter diiudicari debent non ad humanæ ſapientiæ regulas, aut ſenſuum demonſtrationes. c Spiritum autem haben tibus, facile eſt omnia quæ credenda ſunt examinare & diiudicare, Quippe qui lumen in ſe habeant ſpiritus in quo videntur, fiuntque credibilia. d Ipſe autem à nemine poteſt condemnari, quatenus ſpiritualis eſt. Nam qui iudicare debet ſpiritualem, quatenus huiuſmodi eſt, hunc neceſſe eſt ſpiritu dei aut ſapientiorem eſſe aut maiorem. e ſed iuxta ſcripturam: Nemo hominum, conſilia per ſe nouit ſpiritus dei: Neq; prior eſt quiſquam ſapiētia, qui poſſit eum inſtruere. f Nos vero conſilia CHRISTI & eius mentem optime nouimus, ab ipſius nimirum ſpiritu edocti, inſtructi, & illuminati.

pientie verbis/ ſʒ in doctrina ſpūs/ a ſpiritualib⁹ ſpūalia ꝯparātes.

b Aīalis aūt hō non percipit ea que ſūt ſpirit⁹ dei. Stultitia em̄ eſt illi/ ⁊ non pōt intelligere/ qꝛ ſpūaliter examinatur.

c Spiritualis aūt iudicat omnia/

d ⁊ ipſe a nemine iudicatur:

e ſicut ſcriptū eſt: qͥs ci cognouit ſēſū dn̄i aut quis inſtruxit cum?

f Nos aūt ſēſū xp̄i habemus.

ELVCIDATIO CAP. tertij.

a ET ego fratres mei, propter veſtram imbecillitatem, non potui vobis ſublimia Dei, quaſi prorſus ſpiritualibus, ipſo primo acceſſu ꝓponere: ſed quaſi carnalib⁹ magna ex parte, mihi neceſſe fuit veſtrę fragilitati accōmodare ſermonem. b Dedi enim vobis, facilioris & ſimplicioris doctrinæ lac in potum nō eſcā ſolidiorē ſublimioris ſapiētię

c Non

TEXTVS. CA. Tertium.

a Et ego frēs nō potui vobis loq̇ quaſi ſpiritualibus/ ſʒ quaſi carnalibus.

b Tāq̇ paruulis in xp̄o lac vobis potū dedi nō eſcam.

c Nōdū eñ poteratis/ ſʒ nec nūc quidē poteſtis. Adhuc eñ carnales eſtis.

c Nondum enim per infirmitatem valentes eratis. Imo ne nunc quidem (cum adhuc magna ex parte ducamini) ſufficitis altioribus capiendis miſteriis,

d Cum eñ ſit inter vos zel⁹ ꝛ ꝯtētio: nōne carnales eſtis/ ꝛ ſcdʒ hoīeʒ ābulatis?

d Ipſe enim æmulationes, & quæ ſunt ex eis contentiones teſtantur vos carne adhuc duci, & aliqua ex parte ſecundum humanam infirmitatem, etiam nunc viuere.

e Cū eñ quis dicat ego quidē ſū Pauli ali⁹ aūt ego Apollo/ nōne hoīes eſtis?

e Vnde enim niſi à carnis concupiſcentia inanique gloria, vt contendat ali⁹ aduerſus alium pro homine, aut Paulo, aut Cepha, aut apollo: dicēte alio, Ego ſum Pauli in baptiſmo filius, & huic ego adhæreo: alio dicēte, Ego ſum Apollo, & ita de reliquis. Sed reſpondete mihi.

f Quid igit̄ eſt Apollo? Quid vero paul⁹? Miniſtri eius cui crediditis.

f Quid paulus? & quid Apollo? homines per ſe viles & miſerabiles, vt in eis ſic glorieminì? Nihil ſumus niſi miniſtri eius chriſti in quem vnum noſtra prædicatione vnanimiter omnes credidiſtis.

g Et vnicuiqꝫ ſicut dedit dominus.

g Atque hoc ipſum quod miniſtri dei ſumus, nihil eſt aliud niſi dei donum, & vnicuique competit miniſtrorum, ſicut à domino accepit.

h Ego plantaui/

h Nam ego prima iaciens in vobis fidei ſemina, plantaui vos in chriſto.

i Apollo rigauit/

i Apollo fratrē reliqui vobis, vt vos rigaret verbo prędicationis, quæ ego ſeminaui ad fructum perducens.

a De⁹ autē incremētum dedit.

a Deus autem eſt qui interius poſſit vitam & vigorem dare, vt quæ noſtro miniſterio ſunt plantata, atque irrigata, eius virtute creſcerent atque adoleſcerent.

b Itaqꝫ neqꝫ qui plātat eſt aliquid neqꝫ qui rigat/ ſʒ qui incremētū dat de⁹/

b Ipſe autem neque plantās neque rigans, per ſe eſt aliquid, ſed vegetator & viuificator deus, totum eſt, quicquid eſt:

c Qui plātat aūt ꝛ q rigat vnum ſunt.

c In quo inſuper et plantans & rigās vnum ſunt, & à quo ſimul vtrique ſui habent operationem miniſterij.

d vnuſquiſqꝫ ꝓpriaʒ mercedē accipiet ſecūdū ſuum laboreʒ.

d Vnuſquiſque autem miniſtrorum, propriam accipiet remunerationem, iuxta ſuam induſtriam, laborem, atque diligentiam, iuxta quod fideliter creditum ſibi miniſterium adimpleuerit.

e Dei ei ſum⁹ adiutores.

e Nos ei deus ſua dignatione velut coopera

tores

tores & adiutores aſſumpſit, in promouenda & procurãda per nos conuerſatione infidelium. f Vos eſtis ager, quem nos deo colimus, vos eſtis ſtructura, quam nos, miniſtri deo ædificamus. g Ego quidem iuxta gratiam deſuper acceptam, vt architectus præcipuus, ſecundum ſapientiam dei, ieci in hoc ædificio bonum fundamentum veræ ſynceræque & immaculatæ fidei. h Cæterum vnuſquiſque attendat, quid malit ſuperſtruere. i Nam de fundamento nemo debet eſſe ſolicitus, quoniam fidem nemo poteſt aſſerere, aut conſtituere, aliam à fide Ieſu chriſti ſupra quam ego vos ædificaui. De fundamẽto ergo nolite dubitare, ſed tantum de ſtructura eſtote ſoliciti. a Quidam enim ſupra fundamentum ædificant aurum, argentum, & præcioſos lapides: qui videlicet opera bona, fidei ſuæ adiiciunt, nonnulli ſumma & perfectiſſima, alii mediocria, alii īfima, bona tamen: quemadmodum ſunt caſtitas virginalis, caſtitas vidualis, & debitus vſus matrimonii. Alij vero ſuperædificant lignum, fœnum, & ſtipulã, quę combuſtioni ſũt apta: ii nimirum, qui fidei ſuæ qua in Chriſto fundati ſunt, etiam ſi in charitate, tamen ſuperaddunt peccata nõnulla venialia, quę ignis eſca (niſi hic purgentur) erunt in igne purgatorio: ea quæ vel maiori combuſtioni & longiori deſtinata, vel breuiori: ſecundum quod grauiora illa ſint, vel leuiora, vel leuiſſima. b Quid autem horum vnuſquiſque iam operetur, etiam ſi nunc lateat, ſuo tamẽ tempore fiet manifeſtum. c Dies enim illa extrema, in qua dominus ad iudicium adueniet, manifeſtabit, & declarabit, quale fuerit vniuſcuiuſque ædificium: quia per ignẽ vniuſcuiuſque opus reuelabitur, quale ſit. Aurũ enim, argentum, & lapides prçcioſos, dum conflagrare non poterit, declarabit ea bona eſſe:

f Dei agricultura eſtis, dei edificatio eſtis.
g Secundũ gratiã dei que data eſt mihi, vt ſapiẽs architect⁹ fũdamẽtũ poſui, alius autẽ ſuperedificat.
h Vnuſquiſque autem videat quomodo ſuperedificet.
i Fundamẽtũ enim aliud nemo poteſt ponere pręter id qđ poſitũ eſt, quod eſt chriſtus ieſus.
a Si quis aũt ſuperedificat ſupra fũdamẽtum hoc aurum, argẽtũ, lapides pcioſos, lignũ, fenũ, ſtipulam.
b Uniuſcuiuſque op⁹ manifeſtum erit: c Dies enim dñi declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuſcuiuſque opus quale ſit ignis probabit.

eſſe:lignum autem, fœnum & ſtipulam, declarabit mala fuiſſe: quando ea conflagrabit & ardore ſuo puniet: d Cuius nunc opus ab igne punitum non fuerit, nec per ignem purgatiõe dignum probatũ ſic erit hoc op⁹, & æternę vitæ mercedem bonam recipiet. e Cuius vero opus inuentum fuerit, tãquã aliquid habens admixtum malitię, ignis cõflagratione & purgatione opus habere: patietur ille quidem pœnam, donec in purgatorio quæ ſecum detulit conflagranda, purgata fuerit: f Ipſe tamen, quia fundamentum non perdidit, in quo manet per charitatem fundatus, finaliter poſt purgationem ſalutẽ conſequetur. g Sic tamen, quaſi per ignem purgatorium, ab iis quæ ſecum detulerat leuioribus peccatis expurgatus. Huiuſmodi autem vltio ſi prior de leuiorib⁹ etiam peccatis exigetur, de fornicatione quid ęſtimabimus? h Nõ ignoratis credo, quia ſpiritus dei quem accepiſtis credentes vos conſecrauit in templum ſanctum dño, & ipſe inhabitat in vobis. i Qui autem auſus fuerit templum dei (id eſt, ſeipſum factum dei templum) fornicationis turpitudine vitiare, quid exiſtimatis conſequi, niſi vt illum quoq; abiiciat & perdat deus? Sanctum enim & omni dignũ reuerentia, exiſtimari debet tẽplũ dei. a Atqui templum deo ſanctificatum vos eſtis, quicunq; ſpiritum ſanctum credentes accepiſtis. b Nemo igit̃ ſe ſeducat vanis perſuaſionibus excuſans excuſationes in peccatis. Multomagis qui inter vos ſapiens habetur, humilitatis ſtultitiam induat, quo vere fiat ſapiens. c Quoniam quam mũdus reputat ſapientiam, Deus ſtultitiam æſtimat. d Scriptũ eſt em̃ de hac ſapientia: Condemnabo ſapientes in ſtultitia ſua & ſtultitiã eorũ meo iudicio ego faciã manifeſtã. e Rurſum: dominus nouit vanas eſſe ſapientiũ co-

cogitatio

d Si cuius op⁹ mã ſerit, qđ ſuperedificauit mercedẽ accipiet.
e Si cui⁹ op⁹ arſerit detrimẽtũ patietur.
f Ipſe aũt ſalu⁹ erit
g Sic tñ quaſi per ignem.
h Neſcitis q꞉ tẽplũ dei eſtis, ⁊ ſpũs dei habitat in vobis?
i Si quis aũt tẽplũ dei violauerit diſperdet illũ deus.
a Tẽplũ em̃ dei ſanctũẽ quod eſtis vos.
b Nemo ſe ſeducat. Si quis videtur inter vos ſapiẽs eẽ in hoc ſclo, ſtult⁹ fiat, vt ſit ſapiens.
c Sapientia em̃ hui⁹ mũdi ſtultitia eſt apud deum.
d Scriptũ eſt em̃ cõphẽdã ſapiẽtes i aſtutia eorum.
e Et iterũ domin⁹

gitationes. f Itaq;(vt continuando ſermonem ingrediamur vnde digreſſimus) nemo glorietur in hominibus,imo nec in vlla creatura. g Omnia enim,vobis à deo in miniſterium ſalutis veſtræ data ſunt, & electis ſubſeruiunt omnia,ſiue nos prædicatores & Apoſtoli,Paulus,Cephas,Apollo, & cæteri, ſiue quę in mundo ſunt omnia,quæ homini conſtat ſeruire,quaſi illi propter quem facta ſunt,ſiue vita iſta,in qua per opera virtutum tépus habemus promerendi, ſiue mors corporalis, quæ patienter tolerata perducit ad ſalutem,ſiue præſentia, quæ nobis à Deo donantur, ſiue deo permittente obueniunt, ſiue futura: h omnia,inquam,veſtro ſunt miniſterio deputata,& propter vos ſunt omnia,atque ad veſtram ſalutem ſunt ordinata. Propter quod in nulla creatura vobis eſt gloriandum,cum in infirmioribus & ſubiectis vanum ſit gloriari. Vos autem eſtis chriſti,& ad illum quaſi membra ad caput referimini:& ob hoc in ipſo ſolo vt ſuperiori & meliori,eſt vobis gloriandum,non in hominibus,quod vanum eſt: a quemadmodum CHRISTVS Dei filius ſecundum humanitatem,non in ſeipſo,ſed in patre ſolo gloriabatur.

nouit cogitatiões ſapientū; qm̄ vane ſūt/
f Nemo itaq; glorietur in hoibus/
g Oia ei veſtra ſunt ſiue Paulus ſiue apollo/
ſiue Cephas/
ſiue mundus/
ſiue vita/
ſiue mors/
ſiue preſentia/
ſiue futura/
h Oia ei veſtra ſūt/
i vos aūt chriſti/
a xp̄s autem/ dei

ELVCIDATIO CAPITIS quarti.

TEXTVS. CAP. Quartum.

Q Vemadmodum autem gloriari vobis non expedit in nobis, ſic neque conuenit vt odioſe iudicetis nos qui ſumus miniſtri Dei & veſtri. a Sic nos habetote, ò homines,quia intima iudicare nõ poteſtis vt miniſtros chriſti,& myſteriorũ eius diſtributores. b Cæterum,quantum ad reliquum, inter diſpenſatores videndum eſt,ipſique hoc viderint,

a ſic nos exiſtimet hō vt miniſtros xp̄i & diſpēſatores myſteriorum dei.
b Hic iā queritur inter diſpenſatores: vt

fidelis q̃s inueniať.

rint, vt fideles inueniantur in credito ſibi miniſterio: veſtrũ tamen non eſt, illos ſtulte iudicare.

c Mihi aũt ꝓ minimo/ eſt vt a vobis iudicer/ aut ab hũano die/

Ego vero pro nihilo reputo, ſi aut à vobis aut ab vllo humano iudicio iudicer: quoniam ſcio iudicium hoc humanum non eſſe certum, nec ſolidum.

d Sed neq; meipſũ iudico/ Nihil ei mihi ↄſcius ſũ: ſ; nõ in hoc iuſtificat⁹ ſũ/

d Imo nec meipſum ſufficio iudicare, certo iudicio. Nam tametſi probabili perſuaſione, nullius mihi conſcius ſceleris, exiſtimo me iuſtum, tamen non hæc res me certo iuſtificat.

e Qui aũt iudicat me dñs eſt/

e Domin⁹ eſt ſolus, qui verum & infallibile de me iudicium iudicat.

f Itaq; nolite ante tẽp⁹ iudicare/ q̃adusq; veniat dñs/ qui illuminabit abſcõdita tenebrarũ ⁊ manifeſtabit ↄſilia cordium/

f Vos itaq; nolite anteuertere tempus iudicij ſed expectate diem illũ, quo per aduentum domini illuminabuntur quæ erant in tenebris abſcondita, & occulta cordium fient manifeſtata:

g ⁊ tũc laus erit vnicuiq; a deo.

g quando pro bono opere erit cuiq; laus à deo vera & ſolida, quando neminem coronabit laus falſa, nemo priuabitur laude debita.

h Hec aũt fr̃es trãſfiguraui i me ⁊ apollo propter vos/

h Quę autem in prioribus dixi de vana gloriatione in hominibus, idcirco ſub nomine meo & fratris ac cooperatoris mei apollo dixi, neminẽ ex pſeudoapoſtolis deſignando,

i vt in nobis diſcat;:

i vt ſub noſtris nominibus docerem⁹ vos, in nullo hominum gloriandum, ne in ipſis quidem veris Apoſtolis: multominus in falſis, qui ſecundum ſæculi tantum ſapientiam prædicant, quibus tamen adherere vtcunque, & in eis gloriari incipitis: vt diſcatis, inquam, ſub noſtris nominibus quæ expreſſimus,

a ne ſupra quã ſcriptum eſt/ vn⁹ aduerſ⁹ alterũ inflet ꝓ alio/

a ne ſupra id quod ſcriptum eſt (ideſt, nealiter quam in domino) cõtentioſe & ſuperbe agatis contra inuicem: alius pro ſuo præceptore cui adhæret, alius pro alio.

b Quis eñi te diſcernit?

b Quis enim te, miſer homo, diſcernit, ac iudicat? Nec tuum ergo eſt alios iudicare, vt hunc præferas, illũ poſtponas, hunc laudes, illũ vituperes. Quod ſi dicas, propter gratiam aliquam: vel donũ quod in vno eſt, & non in alio, te hunc illi pręferre:

c Quid autẽ habes/

c Quid habet homo à ſeipſo. Quid

à Deo

à Deo non acceperit? ac proinde, etiam ſi gratiis aliqui emineant, non tamen in eis eſt gloriandum, nec ipſi debent in ſe gloriari, quaſi ea quæ habent à nullo accepiſſent, ſed potius in domino, à quo primitus procedunt. d Eſto, iam vos ſaturati eſtis, ditati eſtis in omnibus, etiam in ſpiritualibus. Sine nobis iam perfecti eſtis, nihil vltra nobis opus habentes. Sic vos vobis perſuadeatis. Ego autem non ad inuidiam hoc dico. e Imo vtinam regnetis in omni perfectione, quo vos mecũ & ego vobiſcũ pariter regnemus. Ego quidem fateor, & libenter agnoſco meam infirmitatem et vilitatem, quę tam eſt aperta vt negare non poſſim. f Videre enim videor mihi, quòd Deus nos Apoſtolos abiectiſſimos dedit mundo, et velut morti deſtinauit: g quoniam eiuſmodi facti ſumus, in conuerſatione ac paſſionibus Chriſti, vt ſint in nos intenti omnium oculi, & mundus vniuerſus, & angeli, & homines, quaſi ſpectaculum omnibus facti. Mundus enim, ſpectare geſtit quaſi ſtultos, magos, aut nouitatum annunciatores: Angelis ſpectaculum facti ſumus, dignæ admirationis & venerationis: hominibus bonis, in exemplum fidei & ſanctæ conuerſationis. h Cum nos ſtulti reputemur, infirmi & ignobiles, propter Chriſtũ quem prædicamus crucifixum, vos interim gloriamini tanquam ſapientes, tanquam fortes, tanquam nobiles. i Nos, ex quo Chriſtum prædicare cœpimus, frequentiſſime eſurie affligimur, & ſiti, & nuditate, colaphis cædimur, habitationis nullum certum locum habentes, cauſa prædicandi Euangelii circuimus vagabundi, et manibus noſtris operamur. a Cum male nobis loquuntur homines, nos illis ecõtrario bona precamur. Cum perſequutionem patimur, nos ſuſtinemus. Cum conuicia nobis inferunt, nos mol-

quod nõ accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis?

d Iã ſaturati eſtis, iã diuites facti eſtis, ſine nobis regnatis

e Et vtinam regnetis, vt & nos vobiſcum regnemus.

f Puto eni, quod Deus nos Apoſtolos nouiſſimos oſtẽdit, tanquam morti deſtinatos,

g quia ſpectaculum facti ſumus mundo & angelis, & hoib⁹.

h Nos ſtulti ꝓpter Chriſtũ: vos autem prudentes in Chriſto. Nos ĩfirmi vos aũt fortes, vos nobiles, nos autem ignobiles.

i Uſq; in hãc horam & eſurim⁹ et ſitim⁹, & nudi ſum⁹, et colaphis cedimur, & inſtabiles ſumus, & laboramus operãtes manibus noſtris.

a Maledicimur, et benedicim⁹: Perſecutionẽ patimur, et ſuſtinem⁹. Blaſphe-

mamur et obſecra-
mus.
b Tanquam purga
menta huius mun-
di facti ſumus omni
um peripſema / vſq;
adhuc/
c Non vt confundã
vos hec ſcribo:
d ſed vt filios meos
chariſſimos moneo/
e Nam ſi decem mi
lia pedagogorũ ha
beatis in Chriſto:
ſed non multos pa-
tres/
f Nam in Chriſto
Ieſu/ per Euangeli
um/ ego vos genui/
g Rogo ergo vos/
imitatores mei eſto
te/ ſicut et ego Chri
ſti.
h Ideo miſi ad vos
Timotheũ/ qui eſt
filius meus chariſſi
mus/ et fidelis in do
mino: qui vos cõmo
nefaciat vias meas
que ſunt in Chriſto
Ieſu / ſicut vbiq; in
omni eccleſia doceo.
i Tanquã nõ venturus
ſim ad vos/ ſic inflati
ſũt quidã. Veniã au
tẽ ad vos cito: ſi do-
minus voluerit:/
a et cognoſcam non

li obſecratione ſupplicamus, vt iram franga
mus (ſi poſſimus) manſuetudine. Quid mul-
ta? b Tanquam id quod purgando abii-
ci ſolet, velut nihilum facti ſumus, ſicut quod
abſtergi ſolet ad emundandum quippiam,
vſque in hanc horam, etiam ſi nunc forſitan
videamur facti glorioſiores, poſtquam eccle
ſiarum facti ſumus Apoſtoli. c Hanc au-
tem paſſionem meam, non ad veſtram confu
ſionem ſcribo, quaſi vobis exprobrãs, quod
tantum pro veſtra ſalute perpetiar, d ſed
tanquam filios mihi chariſſimos commone-
facio: vt diſcatis quanto vos affectu diligã,
& ne vlla ratione à noſtra eruditione vnq̃
recedatis, ad Pſeudoapoſtolos declinantes,
qui pro veſtra ſalute nec minimum quid vel
lent ſuſtinere. e Nam & ſi decem milia in
ſtructorum poſt me venerint qui vos ad ſu
um libitum inſtituant: ſolus tamen ego, pa-
tris nomen iure mihi ſeruo in vobis, f quo
niam ego per ſemen incorruptibile ſancti E
uangelii vos genui primus, cum nondum
quicquam eſſetis in Chriſto. g Rogo er
go vos ò filii, eſtote imitatores patris veſtri:
vt qualis ego ſum in omnibus prędictis, ta-
les efficiamini & vos. Sicut & ego ſum imi
tator Chriſti, qui fuit opprobrium & abie-
ctio omnium. Vt autem cognoſcatis exem-
plum conuerſationis meæ. h ecce mitto ad
vos Timotheum chariſſimum filium meum
& fidelem in negocio Dei adiutorẽ: ipſe vo
bis edifferet conuerſationem noſtrã, qua con
uerſamur ſecundum exemplum Chriſti Ie-
ſu, iuxta formam ſecundum quam vbiq; in
omni eccleſia doceo conuerſandum. i Et
quanquam hunc præmitto, veniam tamen
breui (ſi Dominus voluerit) & ego: & tunc
experimentum ſumam de quibuſdam qui
nunc me abſente inflantur, docentes & agen
tes non bona, a Examinabo autem, non il
lorũ

lorum ſermonem diſertum, ſed conuerſatio nis virtutem. b Perfectio ſiquidem Chriſtianæ vitę non eſt in ſermone, ſed in bonæ cõuerſationis virtute. c Ecce eligite, in manu veſtra eſt, vt veniam ad vos, vel in ſæueritate correptionis, vel in manſuetudine lenitatis.

ſermones eo℞ q̃ inflati ſũt: ſʒ virtutē. b Non enim in ſermone eſt regnũ Dei: ſed in virtute. c Quid vultis? in vir ga veniã ad vos: an in charitate & ſpiritu manſuetudinis.

ELVCIDATIO CAP. QVIN.

a Publica fama & certa relatione audiui, talem inter vos commiſſam eſſe ac ſuſtineri fornicationem, qualem vix gentes ferant, quæ Deum ignorant. Nempe vt vxori quis iungatur patris ſui, illique tanquam legitimæ commiſceatur vxori. b Et vos interim in contentionibus veſtris ſuperbe agentes occupamini, & negligitis ad huius peccati expiationem intendere: vt pro peccato tanto tamq; horribili ſcelere, luctum vel publicum inſtitueretis, illum vero facinoris authorem, à communis eccleſiæ conſortio ſepararetis atque excluderetis. Et vos quidem illum inter vos ſuſtinetis.

TEXTUS. CAP.

a Omnino auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gentes: ita vt vxorem patris ſui aliquis habeat. b Et vos inflati eſtis: & non magis luctum habuiſtis, vt tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit.

c Ego vero quanquam corpore abſens à vobis ſpiritu tamen mentis vobis inuigilans atque ſuperintendens, & ita me adiungens, iam tuli, quam & executioni quantocius dari volo, ſententiam, debere vos cum meo ſpiritu in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti cõgregatos, in virtute Dei (quam conſtat adeſſe eccleſiæ rite in nomine Domini congregatæ) d hunc hominem tradere Satanæ in carnis afflictionem, a veſtra eum communione ſecludendo, e quo ſpiritus ſaluus fiat in die iudicii extremi: quia ſperandum eſt, hac pœna conuertendum illum ad pœnitentiam. f Non eſt bonum, quod vobis iſta complaceant: quod ſane videtur cum ante oculos veſtros ſine punitione ſuſtinetis. g Conſtat enim modicam corruptionem facile totam maſſã, cui eſt commixta corruptio

c Ego quidẽ abſẽs corpore, preſẽs aũt ſpiritu: iam iudicaui vt preſẽs eũ qui ſic operatus eſt, in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti, congregatis vobis et meo ſpiritu cum virtute domini Ieſu. d Tradere huiuſmodi hoiem ſatane in interitum carnis: e vt ſpiritus ſaluus ſit in die domini noſtri Ieſu Chriſti. f Non eſt bona gloriatio veſtra.

g Neſcitis quia modicum fermentũ to

taʒ maſſã corrũpit?

h Expurgate vetꝰ fermentum / vt ſitis noua conſperſio/

ſicut eſtis azymi.

a Etẽi paſcha nr̃m imolatꝰ eſt Chriſtꝰ.

a Itaque epulemur non in fermento veteri/ neq; in fermento malicie ⁊ nequitie/ ſed in azimis ſinceritatis/ ⁊ veritatis.

b Scripſi vobis in epiſtola/ ne cõmiſceamini fornicarijs.

c Non vtiq; fornicarijs huius mundi/ aut auaris/ aut rapacibus/ aut idolis ſeruientibus.

d Alioquin debueratis de hoc mũdo exiſſe.

e Nunc autẽ ſcripſi vobis nõ cõmiſceri.

f Si is q̃ frater nominatur inter vos/ eſt fornicator/ aut auarꝰ/ aut idolis ſeruiens/ aut maledicꝰ aut ebrioſus/ aut rapax/ cum huiuſmodi nec cibũ ſumere.

g Quid enim mihi/ de his qui foris ſũt iudicare?

h Nõne de his qui

ſimul inficere. Et periculum eſt, ne ſuper vniuerſam veſtram congregationem ira Dei deſæuiat, propter vnius hoc tam enorme facinus, quod conſentiendo ſuſtinetur ab omnibus. h Vos igitur veſtram eccleſiam atque voſipſos purgantes, eiicite corruptionẽ peccati: vt ſit veſtra eccleſia vniuerſa, velut noua & incorrupta, & immaculata maſſa, quẽadmodum & eſſe debetis ſine corruptionis fermento. i Nam & Chriſtus oblatus eſt nobis in agnum paſchalem: a Qui cum ſit ſine macula, nos itaque conuenit gloriari, et gaudere in eo eumque manducare et incorporare nobis, non per malitiam aut nequitiam, quæ ſunt fermentum vetus, ſed per ſynceritatem à peccatis, & veritatem vitæ, quę ſunt azyma, id eſt, ſine fermento corruptionis. b Scripſi vobis alias per epiſtolam ne commiſceamini fornicariis. c Hoc vtique non ſic intelligendum, neque ſic erat accipiendum quaſi voluerim vobis interdicere cõſuetudinem cum quibuſcunque fornicariis, auaris, idololatris aut rapacibus huius mundi, etiam qui ſunt ſine fide Chriſti: d ſic enim omnium hominum, pene conuerſationẽ deberetis fugere, et ſolum intra eccleſiam deliteſcere, quoniam mundus hiſce plenus eſt. e Nunc autem declaro vobis, hanc fuiſſe meam ſententiam atque ordinationem: f vt ſi quis inter vos, nomine ac profeſſionis titulo Chriſtianus: aut fornicator ſit, aut auarus, aut idolis ſeruiens, aut ad maledicta promptus, aut rapax, & talis comprobetur & habeatur, ſic eum à veſtro ſeparetis conſortio, communi iudicio, vt nec cibum vna cum eo ſimul velitis capere, quo ſic confuſus reſipiſcat. g De his autem qui ſunt huius mundi & extra eccleſiam, qualeſcunque tandem fuerint, mea quid refert iudicare, vt eorum vobis interdicam conſortium? h Certe de

his

his qui intra eccleſiam ſunt, vos iudicare debetis, delinquentes puniendo. i Qui autē extra eccleſiam ſunt, licet noſtrum effugiant iudicium, Deus tamen illos iudicabit ſecundum opera ſua. a Vos autem videritis, vt malum illum qui in vobis eſt, et maliciam illam iam exortam, quàm toti⁹ tollatis ex medio veſtrum: ipſam quidem malitiam rigide puniendo, mali vero authorem à veſtro conſortio excludendo.

ELVCIDATIO CAP. VI.

a ET illud omni eſt reprehenſione dignum, quod iudicia ſęcularia acceditis in veſtris cauſis, quas adinuicem habetis, & iudicium petitis ab infidelibus: cum poti⁹ deberetis apud Chriſtianos, veſtras agere cauſas. b Scitote vero quoniam qui nunc ſūt humiles Chriſtiani, in nouiſſimo die de hoc mundo iudicabunt cum Chriſto, eius ſubſcribentes ſententiæ. c Quod ſi ſufficientes erunt ſancti ad iudicādū mundum, vtique & digni ſunt & ſufficientes, iudicare hęc minima negocia veſtra. d Imo & angelos malos, nos iudicabimus: quāto magis ſæcularia negocia iudicare ſufficimus, quæ tantum circa pecuniam, aut poſſeſſiones, aut alia ſunt huiuſmodi? e Igitur ſi contingat vos ſęculares habere cauſas, iudicio terminandas, ego puto vel eos qui ſunt in eccleſia contemptibiliores at inferioris ordinis ſufficere, vt ipſi veſtras (ſi quæ occurrerint) actiones iudicio terminent. Nam non eſt æquum, maioris gradus Chriſtianos pecuniariis litibus audiendis vacare. f Sic loquor contemptibiliter, vt confundamini propter hunc abuſum. g Quaſi vero non ſit inter vos nec vnus ſapiens, qui ſufficiat cauſæ terminandæ, quæ occurrerit, inter fratrem & fratrem. h Chriſtiani vero, qui vt

intus ſunt vos iudicatis?
i Nam eos qui foris ſūt Deus iudicabit.

a Auferte maluȝ ex vobis ipſis.

TEXTUS. CA. Sextum.

a Audet aliquis veſtrum habens negociū aduerſus alterū, iudicari apud iniquos, et non apud ſanctos?

b An neſcitis, quoniam ſancti de hoc mundo iudicabūt?
c Et ſi in vobis iudicabitur mundus, indigni eſtis qui de minimis iudicetis?
d Neſcitis quoniā angelos iudicabimus: quanto magis ſecularia?

e Secularia igitur iudicia ſi habueritis, contemptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandum.

f Ad verecundiam veſtram dico.
g Sic non eſt inter vos ſapiens quiſq̃ qui poſſit iudicare inter fratreȝ ſuum.
h Sed frater cū fra

tre iudicio conten-
dit/ ⁊ hoc apud infi-
deles.
i Jam quidem/ om-
nino delictum eſt in
vobis/ quod iudicia
habetis inter vos.

a Quare non magis
iniuriam accipitis?
Quare non magis
fraudem patimini?

b Sed vos iniuriã
facitis ⁊ fraudatis/
⁊ hoc fratribus.

c An neſcitis quia
iniqui regnum Dei
non poſſidebunt?
Nolite errare.
d Neq; fornicarij/
neq; idolis ſeruien-
tes/ neq; adulteri/
neq; molles/ neque
maſculorum concu-
bitores/ neq; fures/
neq; auari/ neq; ebri-
oſi/ neq; maledici/
neq; rapaces regnũ
Dei poſſidebunt.
e Et hec aliquando
quidem fuiſtis/ ſed
abluti eſtis/ ſed ſan-
ctificati/ ſed iuſtifi-
cati eſtis/ in nomine
domini noſtri Jeſu
Chriſti/ et in ſpiri-
tu Dei noſtri.

f Omnia mihi licẽt/

fratres adinuicem debent in pace viuere, ſe in uicem ad iudicia prouocant & iudicio contendunt: Atque id quidẽ (quod grauius eſt) apud infideles iudices. i Sane, vel hoc ſolum culpa non vacat, & ex veſtra eſt imperfectione, atque à malo eſt: quòd litigioſas actiones, homines Chriſtiani, habetis adinuicem, pro rebus perituris, conſulente Chriſto, pallium debere dimitti, volenti tunicam auferre. a Præſtaret enim iniuriam ferre ſine defenſione iuris, aut etiam fraudem perpeti ſine defenſione, tali potiſſimum ex qua ſcandalum oriri poteſt, apud iudices infideles. b Nunc autem, non ſolum non ſuſtinetis fraudem & iniuriam: ſed ipſi etiam iniuriam & fraudem facitis, quodque eſt grauiſſimum, etiam fratrib⁹, id eſt, Chriſtianis, pro quibus etiam animam ponere deberetis. c Non attenditis, quòd iniqui regnum Dei nõ poſſidebunt hereditate? Nolite errare ſtultis ſeducti perſuaſionibus. d Scimus enim: nullum fornicarium, idololatram, adulterũ, mollem, maſculorum concubitorem, furem, auarum, ebrioſum, maledictorem, aut violẽtum raptorem, regnum cœleſte poſſeſſurũ. e Huiuſmodi autem, & ſi fuiſtis olim, nunc tamen illa vobis non ſunt iteranda: quia baptiſmo abluti eſtis, ſanctificati eſtis, per peccatorum remiſſionem, & per fidei gratiam iuſtificationem conſequuti, in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, in quo baptizati eſtis, & in quem credidiſtis, & per ſpiritum ſanctum quem a Deo credentes accepiſtis. Quod autem dixi (non eſſe in iudicio cauſas agendas, pro temporalibus rebus) licet forſan res per ſe omnino illicita non ſit, tamen propter ſcandalum vitandum, & offenſionem cauendam, nullo modo expedit. Nec enim quæcunque licent, ſemper expediunt. f Mihi ſane licent plurima. id

eſt

eſt, omnia quæ iure aut lege prohibita non ſunt. Aut vero non omnia item expediunt, vt licent, quemadmodum licitum eſt & mihi ſumptus accipere, & quibus liber veſci, & alia multa facere: quibus tamen licitis vti non expedit, propter ſcandalum vitandum aut fructum euangelii non impediendũ, aut alia quauis de cauſa. g Omnia, inquam, eiuſmodi mihi non ſunt per ſe illicita: Ego vero magis puto expediens, à multis etiam licitis abſtinere, vt me nulli ſubiiciam, inque mea libertate permaneam: quæ non ita mihi eſſet integra, ſi ſtipendia à vobis acciperem, aut veſtris ſumptibus viuerem, quæ tamẽ ꝑ ſe mihi ſunt licita. h Eſca ventri eſt deputata, vt in eo cuſto liatur, ad decoctionem & corporis mutationem, & venter ſic eſcis deputatus eſt: Deus vero & eſcam deſtruet, & ventrem: quoniam & eſca corrumpitur in ſubſtantia: & venter licet reſurget, tamẽ deperibit à ſuo, quod nunc habet ad eſcas, officio, & neutrum horum Deus ad immortalitatem ſeruare diſponit. Propter quod paruipendenda eſt cura ventris, & non tanti faciendus eſt, neque cibus neq; venter quin quantum ad ventrem & eſcam, multa expediat omittere quę alioqui ſunt per ſe licita. Nemo vero exiſtimet, quomodo venter eſcis deputatur, ſic corpus fornicationi item eſſe deſtinatum. i Corpus enim non fornicationi eſt deſtinatum, ſed domino: & Dominus corpori vult dominus eſſe, quod ad immortalitatem & gloriam reſuſcitare diſponit, et in quo habitare vult: modo per gratiam & poſt modum per gloriam. a Et ſicut dominum Ieſum Deus tertia die ſuſcitauit à mortuis, ſic & noſtra corpora per virtutem ſuã opportuno tempore reſuſcitabit. Quã igitur ſic deus, immortalitatis & reſurrectionis honore, noſtra corpora dignetur, non debemus

ſʒ nõ oĩa expediũt.

g Oĩa mihi licẽt ſʒ ego ſub nulli⁹ redigar poteſtate.

h Eſca vẽtri ⁊ vẽter eſcis: Deꝰ aũt ⁊ hũc ⁊ hanc deſtruet:

i corpꝰ autẽ nõ fornicatiõi ſʒ dño: ⁊ dñs corpori:

a Deꝰ vero ⁊ dñʒ ſuſcitabit: ⁊ nos ſuſcitabit ꝑ virtutẽ ſuã.

b Neſcitis qꝛ cor=
poꝛa veſtra mēbra
ſūt xp̄i?
c Tollens ergo mē
bra xp̄i/faciā mēbra
meretricis? abſit.
d An neſcitis/qm̄ q̇
adheret meretrici/v
nū corp⁹ efficit?

e Erunt em̄ (inquit)
in carne vna.

f Qui aūt adheret
dn̄o vn⁹ ſp̄us eſt.
g fugite foꝛnicatio
nem.
h Oē ei pctm̄/quod
cūqꝫ fecerit hō extra
coꝛpus eſt/qui autē
foꝛnicat̄/ in coꝛpus
ſuum peccat.
i An neſcitis qm̄ mē
bra veſtra tēplum
ſunt ſp̄us ſcti/qui in
vobis eſt quē habe=
tis a deo/ꝛ nō eſtis
veſtri?

a Empti em̄ eſtis p̄=
cio magno.

b Gloꝛificate ꝛ poꝛ
tate deū/i coꝛpoꝛe
veſtro.

ea nos ſornicatione inhonorare. b Mirū quod non attenditis corpora veſtra adeo di gna eſſe vt ſint membra chriſti. c Vos ip ſi iudicate ſi non res indigniſſima ſit, mem=bra CHRISTI ab ipſo auellere, & fœdiſſi=mæ meretrici inſerere. Sciendum vero, quod is qui meretrici copulatur, in vnum corpus cum ea quodāmodo conglutinatur: quæ con glutinatio, per corporum fit cōmixtionem: e ſicut in Geneſi de legitima copulatione le gitur, quod vir & mulier (quantum ad a=ctum cōmixtionis illius) ſūt quaſi duo in car ne vna. f Quo contra, qui deo ſe per amo rem adiungit, vnum cum deo in ſpiritu effi citur, vt ſint vnum ſpiritus diuinus & ſpiritus humanus. g Fugite dico, modis omnibus fœdiſſimum illud fornicationis vitium vel ob ſolam ipſius fœdiſſimam fœditatem. h Cætera enim peccata, cor=pus non maculant, ſed animam tantum etiā ſi per corpus fiant. Fornicatio vero, corpus ipſum fœdiſſima fœditate immundans mi=ſere atque ſenſibiliter commaculat. i At=tendite queſo, & intelligite, quoniam corpo ra veſtra ſpiritus ſanctus ſibi in templum, to tique Trinitati conſecrauit: quem ſpiritum pro magno munere habetis à deo & non e=ſtis veſtri, vt vobis liceat veſtris membris pro libito abuti. a Precio enim magno valde (id eſt, ſāguine Chriſti) redempti eſtis è manibus diaboli, ad ſeruitutem dei, b pro pter quod, neceſſe eſt vt deum, qui vos emit, portetis atque glorificetis, etiam in corpore veſtro.

TEXTVS. CAP. ſeptimum.

a De quib⁹ aūt ſcri pſiſtis mihi.

b Bonū eſt hōi mu=
lierē non tangere.

¶ ELVCIDATIO CAPI. ſeptimi.

a Poſt hæc reſpondendum eſt, ad ea de quib⁹ per literas me interroga ſtis. b Principio, quantum ad ea quę de matrimonialibus requiſiſtis, ita deñ=

nio, bo

nio bonum eſſe viro, ſi poſſit omnino à muliere abſtinere. c Ob euitandum tamen fornicationis periculum, non hoc præcipitur ſed tanquam licitum permittitur vnicuique viro ſibi propriam habere mulierem iunctam matrimonio: a & cuilibet mulieri, permiſſum ſit habere proprium maritum: vt per ſacramentum matrimonii, ſit remedium aduerſus fornicationem. b Teneatur vxor debitum reddere viro, & nihilominus vir mulieri: ſi conuenienter & rationabiliter poſtuletur. c Mulier enim ſuum corpus tradidit in poteſtatem viri, per matrimonialem conſenſum, d & vir corpus ſuum ſubiicit poteſtati mulieris (quantum ad actum hunc matrimonialem, in quo pares ſunt ambo) ſic vt altero alterum requirente rationabiliter, non liceat negare corporis vſum. e Nolite inuicem ſubtrahere fraudulenter debitum: niſi id ex communi fiat vtriuſque cõſenſu, ad tempus communiter conſtitutum, vt poſſitis diligẽtius orationi inſiſtere. f Poſt quod tamen tempus tranſactum rurſum erit in vnum conueniendum ſicuti prius, propter infirmæ carnis incontinentiam: ne forte in tentationem vos inducat Sathanas. g Non hoc dico, quaſi imperans vobis, ſed quaſi indigens (nempe, vt reuertantur coniuges in idipſũ, et vt quiſque ſuam vxorem habeat, & vnaquæque virum ſuum.) h Optarem autem magis, omnes eiuſmodi eſſe qualis ſum ego, id eſt, ſine coniugis conſortio, i ſed dei voluntas alii donat maius, alii minus donũ: vt ſit huius donũ caſtitas virginalis, alterius vidualis alterius matrimonialis. i Singulariter aũt, iis qui nondum ſunt matrimonio iuncti, & viduis, dico conſultum eſſe ſi ſic vt ſunt permanſerint ſine coniuge: quẽadmodum & ego, ſine coniugis conſortio permaneo. a At ſi timeant ſe non poſſe conti

nẽter

c Propter fornicationẽ autẽ vnuſquiſque ſuã vxorẽ habeat

a & vnaquæque ſuũ virum habeat.

b vxori vir debitũ reddat: ſimiliter autẽ & vxor viro.

c Mulier ſui corporis poteſtatẽ nõ habet ſed vir.

d ſimiliter aũt & vir ſui corporis poteſtatẽ nõ habet, ſed mulier.

e Nolite fraudare inuicẽ niſi forte ex cõſenſu ad tẽpus, vt vacetis orationi.

f & iterum reuertamini in idipſũ ne tẽtet vos ſathanas, propter incontinẽtiã veſtram.

g Hoc aũt dico ſcd̃m indulgẽtiã nõ ſcd̃m imperium.

h Volo aũt oẽs vos eſſe ſicut meipſum.

i Sed vnuſquiſque proprium donũ habet ex deo: alius quidẽ ſic alius vero ſic.

i Dico aũt non nuptis & viduis bonũ eſt illis ſi ſic permaneãt ſicut & ego.

a Quod ſi non con-

nent/ſe nubant/
b Melius eſt enī nubere quam vri.
c His autē qui matrimonio iūcti ſūt/ p̄cipio non ego ſ; dñs vxorē a viro nō diſcedere.
d Quod ſi diſceſſerit manere innuptā aut viro ſuo recōciliari.
e Et vir vxorē non dimittat.

f Nā ceteris dico ego/ non dñs.

g Si quis frater vxorē habet īfidelē / et hec ꝯſentit habitare cū illo nō dimittat illam/

h Et ſi qua mulier fidelis habet virū infidelē & hic ꝯſētit habitare cū illa non dimittat virum.

i Sanctificat⁹ eſt eī vir infidelis p mulierem fidelē & ſanctificata eſt p virū fidelem/

a Alioqui filij veſtri immundi eſſent.

nenter viuere, licite poſſunt inire matrimonium. b Præſtat ſiquidem matrimonio iūgi, quàm concupiſcentiæ ardoribus libidinoſe ad lapſum agitari: eiſque ſuperari. c Cęterum, illis qui iam matrimonio ſunt iuncti præcipio, non ex me, ſed ex præcepto domini, ne vxor à viro diſcedat, excepta fornicationis cauſa. d Quod ſi eam contigerit iuſta cauſa diſcedere, non poſſit tamen priore viuēte alteri nubere: ſed maneat vt eſt: ſeque contineat aut ſi continere non poteſt, potius reuertatur ad virum priorem. e Neq; magis liceat viro, vxorem deſerere In his enim pares ſunt ambo coniuges. Atque hæc dicta ſint iis, quorum vterq; fidelis exiſtit. Nunc autem de illis loquimur, qui pariter in infidelitate contraxerunt matrimonium, ſed poſtea conuerſo altero ad fidem chriſti, alter manet infidelis. f Cæteris ergo huiuſmodi ſic ordino, non quidem ex domini pręcepto, ſed ex meo conſilio: vt ſi quis non ita faciat, non tamen ob hoc peccauerit. g Ego tamen vtilius conſulo: ſi chriſtianus aliquis ad fidē Chriſti in matrimonio conuerſus, vxorē habeat permanentem infidelem, quæ velit cum eo pacifice abſque iniuria nominis CHRISTI permanere, vt illam non deſerat, prætextu Chriſtianiſmi. h Similiter & mulier ſi conuertatur viro non conuerſo, & ille conſentiat pacifice ſine iniuria Chriſtiani nominis, cum illa permanere vt ante, nec ipſa deſerat virum ſuum, Chriſtianitatis prætextu. i Vincit enim ſanctitas viri fidelis, immundiciam mulieris infidelis, vt huic nihil nocere valeat illius immundicia: & vincit ſimiliter mulieris fidelis eiuſq; fidei ſanctitas, viri ſui infidelis immundiciam: ita vt per ſuā fidem, ex illius copula nihil queat maculari. a Alioqui enim ſi ſic paſſim inuicem deſeritis, cœperitiſque vrgentibus concupiſcen-

tię

cupiſcentiæ ſtimulis alijs commiſceri, periculum eſt ne immundos & ſpurios illegitimosq; procreetis filios, quos nunc in legitimo coniugio mundos & legitimos, recipitis. b Si vero coniugum alter infidelis, malitia ſua ob fidem coniugis fidelis ſcandalizatus, voluerit diſcedere: habeat ſibi. Non enim ſic ſubiectus eſt Chriſtianus ſeruituti, in eiuſmodi rebus. c Quum ad pacem deus ſuos chriſtianos vocauerit: ita vt nihil neceſſe habeat fidelis, ſeruiliter ſectari malicioſe diſcedentem, & cum ea in perpetua diſſenſione viuere. Quanquam autem, quod ſupra dixi, non vt præceptum domini dedi: tamen vt vehementer vtile, conſulo. d Neſcit enim mulier, ſi forte virum aliquando Deus velit per eam ſaluare, & forte deus per virum diſponit mulierem lucrari, eamque per illum ad ſuam fidem conuertere, propter quod nō cōſulo inuicem ſine cauſa dimittere, prætextu chriſtianitatis: ſed magis ſimul permanere, ad inuicem lucrandum. e Hoc tantum, vt vnuſquiſq; ſic agat, ſicut illi dominus dederit. f In quo ſtatu deus vnumquenque vocauit, in eo ipſe bene conuerſetur: quod vbiq; ego prædico in omnibus eccleſijs. Exempli gratia: in circunciſione eras quum te vocauit Deus, non ſit tibi curæ adducere ritus Gentiles: h in Gentilitate vocatus es, non ſit tibi curæ ſuperinducere obſeruantias legales. i Ad Salutem enim, nihil valet circunciſum eſſe aut eſſe incircunciſum, ſecundum carnem: ſed obſeruare mandata dei id ſolum eſt quod ſaluare homines poteſt. a Quicunque in bono aliquo ſtatu & licito, ad fidem CHRISTI vocatus es, non ſis anxius pro ſtatus commutatione, quaſi in illo ſalutem conſequi non poſſis. In omni enim ſtatu honeſto & bono, deo placere nō poſſunt?

Nunc aūt ſācti ſūt.

b Quod ſi infidelis diſcedit, diſcedat.

Non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater, vel ſoror in huiuſmodi.

c In pace autē vocauit nos Deus.

d Unde enim ſcis mulier ſi virum ſaluum facies? aut vnde ſcis vir ſi mulierem ſaluam facies?

e Niſi vnicuique ſicut diuiſit dominus

f Unumquenque ſicut vocauit Deus, ita ambulet, & ſicut in omnib⁹ eccleſiis doceo.

g Circunciſus aliquis vocatus eſt, nō adducat præputiū.

h In præputio autem aliquis vocat⁹ eſt, non circuncidatur.

i Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt, ſed obſeruatio mandatorum Dei.

a Unuſquiſq; in qua vocatione vocat⁹ ē, in ea pmaneat.

b Seruus vocatus es, nõ ſit tibi curę, ſʒ & ſi potes fieri liber magis vtere.

b Exẽpli gratia, ſi ſeruus es qui vocaris ad fidem, non ſis pro ſeruitute anxius. Veruntamen ſi potes & offeratur occaſio, tum magis vti libertate fuerit conſulendum. Non debet, inquam, ſeruus eſſe anxiꝰ ob ſuam cõditionem, quoniam in deo æquales ſunt ſeruus & dominus.

c qui ei in dño vocatus ẽ ſeruꝰ libertus eſt dñi.

d Silr qui liber vocatꝰ eſt, ſeruꝰ ẽ xp̃i.

c Nam ſeruus conditione, factus fidelis: licet hominis ſeruus, tamen domini libertus eſt, coram Deo à peccatis, et per Deum è manu diaboli, liberatus. d Similiter & ille qui liber erat antequam vocaretur ad fidem, factus fidelis: quanquam nulli ſit hominum ſeruus, tamẽ chriſti ſe debet ſeruũ agnoſcere: ita vt omnibꝰ ex ęquo Chriſtianis, hoc ſit commune, quod ſerui ſũt Dei & Chriſti.

e Precio emptu eſtis nolite fieri ſui hoiʒ

e Precio ſiquidem empti ſãguinis filii Dei, non debetis vltra ſeruire hominibus, niſi in domino: ſic vt illum ſemper, qui vos ſanguine ſuo emit, tanquam præcipuum et primum dominum habeatis, cui ſeruiatis propter ſeipſum.

f Unuſquiſqȝ ergo i quo vocatꝰ eſt frãt: in hoc permaneat apud deum.

f Iterum ergo dico: vnuſquiſque Chriſtianus, in aliqua vocatus conditione licita atque honeſta, in qua Deo ſeruire poſſit, ſine anxietate in ea permaneat, confidenter coram Deo conuerſando, qui nullum ſtatum deſpicit.

g De virginibꝰ aũt p̃ceptũ dñi non habeo:

h conſilium aũt do, tãqȝ miaʒ a dño, vt ſim fidelis.

g Cæterũ de virginitatis obſeruantia, præceptum à domino nullum habeo. h Quid tamen mihi ſuper hac re videatur, poſtulatus conſiliũ dabo, ſecundum veritatem: tanquam is qui à domino ſum miſericordiam conſequutus, vt in meo miniſterio tanto eſſẽ fidelior, quãto fueram ex me tanta vocatione indignus.

i Exiſtimo enim hoc bonũ eſſe, ꝑpt̃ inſtantem neceſſitatem.

qm̃ bonũ eſt ſic eſſe

a Alligatus es vxo

i Tanquam fidelis ergo Apoſtolus, iudico bonam eſſe virginitatis obſeruantiam, propter multimodam quæ in matrimoniali ſtatu occurrit, neceſſitatem: per quam à diuinis rebus, impediuntur, qui viuunt in matrimonio: propter quod ego iudico bonum eſſe homini, ſic permanere in virginitate. a Si ꝑ

matri

matrimonii vinculum vxori es alligatus, bonum ſtatum tenes, noli fruſtra laborare, vt ab illo vinculo abſoluaris. b Si vero ab vxoris vinculo liber exiſtis, conſulo vt ab vxore abſtineas. c Qui autem vxorem acceperit, peccatũ nullum facit: & que viro nupſerit, non peccat. d Sciant tamen, ſecundũ carnis neceſſitatem multas ſibi inſtare afflictiones & labores quib⁹ à diuina et perfecta ſeruitute impediantur. e Quibus autem placet, tanquam rem licitam (quaminus bonã) permitto matrimonium: ſecundum indulgẽtiam, eo quod minus bonum eſt, cõtentus, nõ ſummum exigens. f Hoc tantum omnes admoneo. Quum tempus huius vitæ momentaneum ſit, illud nobis eſt videndum: vt qui vxores habent, ſint quaſi non habentes, domino magis quam illis per amorem adherẽtes, g & qui ob neceſſitates varias lugent, ſint quaſi non lugentes, æquo animo ferentes quæ vel matrimonii caſibus, vel alias vndecunq; obtingunt. h & qui vel ex coniugii fœlicitate, aut alia quauis proſperitate gaudent tanquam non gaudentes ſint: i & qui thezaurizant filiis ſuis, ſint quaſi nõ poſſidentes: & qui coguntur vti hoc mundo cauſa victus conquirendi, tanquam non vtẽtes. In omnibus, inquam, his non apponant cor rebus momentaneis, neq; nimio affectu inhæreant vlli creaturæ. a Eſt enim caduca & tranſitoria huius ſæculi figura, id eſt ſtatus omnis & diſpoſitio. b Ego autem quod conſulendo virginitatem præfero ob hoc facio: quia cupio vos eſſe ſine anxia ſolicitudine pro rebus iſtis mox perituris & momentaneis, quę à dei ſeruitute variis modis hominem diſtrahunt. c Qui ſine vxore eſt, vnam habet curam, vt placeat deo: neque eſt ei amplius conſyderandum, niſi quomodo in omnibus ſuis quæ agit operi

bus,

ri: noli querere ſolutionem.
b Solut⁹ es ab vxore: noli querere vxorem
c Si autẽ acceperis vxorẽ nõ peccaſti: & ſi nupſerit virgo non peccauit.
d tribulationem tñ carnis habebũt huiuſmodi.
e ego aũt vobis parco
f Hoc itaq; dico fratres tẽp⁹ breue eſt reliquũ eſt: vt & q̇ habẽt vxores: tanquã non habetes ſint.
g & qui flẽt tanq̃ non flentes:
h & qui gaudẽt tanq̃ non gaudentes.
i & qui emunt: tanq̃ nõ poſſidentes: & q̇ vtũt hoc mũdo: tanquã nõ vtantur.
a Preterit ei figura huius mũdi.
b Volo aũt vos ſine ſolicitudine eſſe.
c Qui ſine vxore eſt: ſolicitus eſt que domini ſũt, quo placeat deo.

b⁹, placitam deo ſeruitutem exhibere poſſit.

d qui aũt cũ vxore eſt/ ſolicitus eſt que ſunt mundi/

d Qui autem vxorem habet, aliquam neceſſe eſt ſolicitudinem temporalibus rebus impertiat: vt ea conquirat quibus vxorem alat cum liberis: partim etiam conſyderare debet, quomodo vxori placeat & ſatiſfaciat.

quõ placeat vxori: e ꝛ diuiſus eſt.

e Atq; hoc pacto dum variis intendere cogitur, in diuerſa diſtrahitur, ne vni poſſit vacare domino.

f Et mulier innupta ꝛ virgo/ cogitat que dñi ſũt/ vt ſit ſancta corpore ꝛ ſpũ.

g Que aũt nupta ē/ cogitat q̄ ſũt mũdi/

quõ placeat viro.

f Itidem mulier innupta, atq; virgo hoc ſolũ curare poteſt, quomodo placeat domino, vt ſit tam corpore quam ſpiritu immaculata, atque perfecta in operib⁹ bonis: g Cum nupta, interim neceſſe habeat agitare de temporalib⁹ rebus, quomodo videlicet familiam gubernet, & quę illi ſunt a viro commiſſa cuſtodiat, & deinde etiã quomodo viro ſuo placeat, ne vllum vel odium, vel iram incauta incurrat.

h Porro hoc ad vtilitatem veſtrã dico/ nõ vt laqueũ vobis iniiciam/

h Porrò quod vobis ſuadeo virginitatem præferens, propter veſtram vtilitatem facio, vt expeditius atque liberius Deo ſeruire valeatis. Non vt vos in damnationis periculum coniiciam: quod facerem ſi etiam non valentibus continere præceptum virginitatis imponerem,

i ſed ad id quod honeſtũ eſt/ ꝛ qꝺ facultatē prebeat ſine impedimento dñm obſecrandi.

i Si quis aũt turpe ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua qꝺ ſit ſuperadulta/ ꝛ ita oportet fieri: qꝺ vult faciat. Nõ peccat/ ſi nubat.

a Nã q̇ ſtatuit i corde ſuo firmus/ nõ habens neceſſitatem: poteſt atē aũt habēs ſue volũtatis/

b ꝛ hoc iudicauit in corde ſuo/ ſeruare virginem ſuã/ bene facit.

i ſed velut inuitando eos qui continere ſe valent, & volunt, ad honeſtiorem viuendi conditionem: in qua etiam ſit maior opportunitas, ſine impedimento aliquo domino iugiter vacandi, & ipſum obſecrandi. Si quis autem pater, ſibi reputat turpe illud de virgine ſua, quod eam iam diu adultam nondũ nuptui tradiderit, & annos iam nubiles pene egreſſam virginem teneat, & ſibi videatur ita oportere fieri vt nuptui detur, licitũ eſt illi quod velit facere, non peccat, ſi eam cum ſuo conſenſu, nuptui tradat. Melius tamen faceret, ſi eam in virginitate ſeruaret.

a Nam qui habet in ſua poteſtate vel tradere vel non tradere, nulla compulſus neceſſitate, b & hoc decreuit firmo propoſito

cordis

cordis ſui ſeruare ſuam virginē, propter eas quas ſupra diximus rationes: indubie meli⁹ facit, non ſolum non peccat, ſemper tamē virginis conſenſu præſuppoſito. c Igitur & qui per matrimonium virgine, propter ſuam viro iungit, rem facit licitam: & qui non iungit propter virginitatis amorem melius facit. Quemadmodum autem de virginitate diximus, ipſam præferendo, ſic tamen vt matrimonium tanquam licitum permitteremus: d Sic & de ſecundis nuptijs ſimiliter dicimus, quod mulier alligata eſt legi viri, quandiu viuit ipſe: ita vt eo viuente, alijnubere non poſſit. Ipſo autem moriente, fit libera ab [illegible] ut poſſit ſine peccato alij nubere & ideo licitum eſt illi nubere cui volet. Tantum hoc curet, vt ad gloriam domini nubat. e Ego autem perfectiorem hac in parte, & melius agere reputauero, ſi in ſua viduitate abſque nuptiarum iteratione permanſerit, ſecundū meum conſilium. f Ne quis vero meū cōſilium paruipendat, aut pro nihilo æſtimet: etiam ego ſpiritum domini habere me puto, qui eſt ſpiritus conſilii: ſecundum quem, iſta me fideliter puto conſulere.

c Igitur & qui matrimonio iūgit virginē ſuam, bñ facit, & qui non iungit, melius facit.

d mulier alligata eſt legi, quanto tpe vir eius viuit. Qđ ſi dormierit vir eius libe rata eſt a lege. Cui⁹ aūt vult nubat, tantum in dño.

e Beatior aūt erit, ſi ſic permanſerit, ſcđm meum conſilium.

f Puto autē quod & ego ſpm̄ dei habeā.

ELVCIDATIO CAP. octaui.

TEXTVS. CAP. Octauum.

a Q Vantum vero ad ea quæ idolis immolantur, iam ſcimus omnes, quomodo licitum ſit ea (quantum eſt ex ciborum natura) manducare: quoniam omnes iam per fidem edocti, huius rei habemus cognitionem atq; ſciētiam. Verum ſunt nonnulli, quibus ſola ipſa ſine charitate ſcientia, occaſionem præbet ſuperbiendi, vt intumeſcant & inflentur in ſemetipſis, deſpicientes infirmorum ſcandala, &

a De his aūt q̄ idolis ſacrificantur ſci m⁹ qui oēs ſciētiam habemus.

la, & ſua ſcientia, abutentes, in ſcandalum infirmorum.

b ſcientia inflat:

c Charitas vero edificat/

b Scientia enim ſola ſic inflationis eſt occaſio: c Charitas vero ipſa eſt, quæ & ſibi proficit in ſalutem, & alijs in ædificationem: & huic ſi coniuncta fuerit ſciẽtia, erit non inutilis.

d ſi quis aũt ſe exiſtimat ſcire aliq̄d/ nõdũ cognouit/ queãdmodũ oporteat cuꝫ ſcire.

d Si quis autem nimium ſibi tribuens, ſibi ſapiens videatur, ſic vt ex hac arrogantia ad infirmiores nolit attẽdere: nondum ille verum tenet ſciendi modũ qui eſt in hoc, vt per ſcientiam proſis quibꝰ poteris, nemini autem nocumentum inferas.

e Si q̇s aũt diligit deũ hic cognitus eſt ab eo:

e Qui vero charitatem & dilectionem deiꝰ habet (propter quod ſibi cauet, vt nemini obſit per ſcientiam, & proſit proximis) hic à deo approbatus eſt, & in huius ſcientia complacitum eſt illi.

f De eſcis aũt que idolis imolãtur/ ſcimus quia nihil eſt idolũ in mũdo ꝛ q̄ȯ nullꝰ ē deꝰ niſi vnꝰ/

g Nã ꝛ ſi ſũt qui dicant dij/ ſiue in celo/ ſiue in terra/ ſiq̇dē ſunt dij multi/ ꝛ dñi multi/

f Quantum igitur ad ea ſpectat, quæ ſunt immolata idolis, primum illud certum habemus, in mũdo idolum nullum eſſe tale cuiuſmodi exiſtimatur, diuinitatem habens & vnicum eſſe verum Deum g Quanquam enim ſecundum nominationẽ atq; appellationem, plures dii nominantur: ſiue in cœlo ſurſum, ſiue in terra deorſum, Siquidem ſic ſecundum nominationem atq; exiſtimationem, ſũt dii multi & domini multi, vnaquaq; gente pro ſuo ritu, ſuos deos & deas deſignante & nominante.

h Nobis tñ vnꝰ deꝰ pater/ ex quo oĩa/ ꝛ nos in illo:

i ꝛ vnꝰ dñs ieſꝰ xp̄s ꝑ quē oĩa ꝛ nos ꝑ ipſum/

h Nos tamen credimus vnum eſſe verum deum, ſecũdum naturam atque ſubſtantiam, qui eſt pater, ex quo originaliter procedũt omnia creata, in quo & nos ſubſiſtimus: i & in vnum dominum Ieſum Chriſtum, per quem fecit pater omnia, & per ipſum nos quoque fideles, regenerati ſumus, cuius eſt vna cum patre diuinitas.

a Sed nõ in omnibꝰ eſt ſcientia:

b Quidã aũt cũ conſcientia vſq; nũc idoli quaſi idolothytũ manducant/

a Sed non omnes, nec niſi perfectiores, hanc apprehendunt perfectam ſapientiam: b Imo quidam adhuc retinentes priſtinæ conſcientiæ, aliquid erga idolum, exiſtimantes aliquid numinis ineſſe idolo, etiam poſt cõuerſionem ad fidẽ CHRISTI,

man=

manducant (erronea ſuadente conſcientia) idolothyta, in idolorum venerationem aliquam, c & conſcientia ipſorum contaminatur: non quidem ex ipſo cibo, ſed propter ſuæ infidelitatis (quam aliqua ex parte adhuc retinent) infirmitatem: quoniam ad venerationem, vel propter timorem idoli manducant, tanquam ſi aliquid ineſſe credant diuinitatis aut numinis, idolis: In quo errore confirmantur amplius, cum eos vident qui ſcientiam habent, idolothyta mãducare, putantes eos ad idolorum venerationem id agere. d Eſca autem nos Deo acceptiores nõ facit, atque ita ſpiritualiter homini eſca mãducata, per ſe non proficit. e Neque ſi mãducaueris, ob hoc abundantior eris, aut efficieris ditior. Neq; ſi non manducaueris eiuſmodi idolothyta: ob hoc vel deficies, vel pauperior fies, atque ita, nec corporaliter eiuſmodi idolothytorum manducatio, quicquam proficit. f Vos autem videritis qui cum ſcandalo infirmorum manducatis, ſi non forte licentia iſta veſtra, & ea qua abutimini poteſtas, infirmis fiat in offenſionem, atque ita proximo nocumentum inferat, cum vobis nil proficiat. g Nam ſi infirmior, quiſpiam viderit ſcientia pollentem, in templis idolorum menſis accumbere, & de idolothytis cum infidelibus manducare: indubie conſcientia eius incitabitur amplius, huius exemplo ad manducandum idolothyta, cũ ſit homo ille in fide adhuc imperfectus: & confirmabitur ipſe in ſua erronea conſcientia exiſtimans illum ad idolorum culturam hoc agere: h atque hoc pacto, per tuę conſcientiæ libertatem non bonam, peribit infirmior Chriſtianus, propter quem Chriſtus etiam mori dignatus eſt. i Neque dubiũ eſt, dum ſic peccatis in fratres, lædendo conſcientiam eorum infirmã, in Chriſtum redundare peccatum

c ⁊ conſcientia ipſorum cum ſit infirma polluitur.

d Eſca autẽ nos nõ commendat Deo.

e Neq; enim ſi manducauerimus, abundabimus. Neq; ſi nõ manducauerimus, deficiemus.

f Uidete autem, ne forte hec licẽtia veſtra, offendiculum fiat infirmis.

g Si enim quis viderit eũ qui habet ſcientiã in idolio recumbentem: nonne conſcientia eius cũ ſit infirma edificabitur ad manducandum idolothyta?

h ⁊ peribit infirmus in tua cõſcientia frater, propter quem Chriſtus mortuus eſt.

i Sic autem peccantes in fratres ⁊ percutientes conſcien-

tiam eorum infirmã in Chriſto peccat[is]. a Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem meum/ nõ manducabo carnẽ in eternum/ ne fratrem meum ſcandalizem.

catum veſtrum, qui ſibi factũ reputat, quicquid eius membris, licet infirmioribus factũ fuerit. a Quapropter ſi eſca ſcandalizat fratrem, quam manduco: malo in æternum nõ guſtare carnem, vel aliam quamlibet gratiſſimam eſcam prorſus abiicere, potius q̃ ſi fratri meo vllam præbere ſcandali occaſionem.

TEXTUS. CA. Nonum

a Non ſũ liber? Nõ ſum Apoſtolus? b Nonne Chriſtuz Jeſum dominum noſtrum ego vidi? c Nonne opus meũ vos eſti[s] in domino? d Et ſi aliis non ſuz Apoſtolus / ſed tamen vobis ſum. e Nã ſignaculũ Apoſtolatus mei vos eſtis in domino. f Mea defenſio / apud eos qui me interrogant / hec eſt. g Nunquid non habem[us] poteſtatẽ manducandi & bibendi?

ELVCIDATIO CAP. IX.

Ecce ego ipſe à multis abſtineo propter ſcandalũ euitandũ infirmorũ, quorum tamẽ habeo poteſtatem: vt merito debeatis meo exemplo, hac in parte edoceri. a Sum enim vere Chriſti Apoſtolus, & liber, vt cæteri poteſtatem habens tanquam Chriſti Apoſtolus accipere ſtipendia à diſcipulis, nec minus ſubiectus ad miniſtrandum ſine ſumptibus, quàm cæteri. Ita vt mihi liceat, quicquid illis licet: b Et (ſi quis requirit) vidi etiam ego Chriſtum dominum, vt cæteri: c Ipſi quoque vos, op[us] meum eſtis in domino: quoniã ego vos per Euangelium in Chriſto, mea prædicatione genui. d Vnde & ſi aliorum (nempe Iudæorum) non debeam dici Apoſtolus, quib[us] me Deus Apoſtolum & prędicatorem non deſtinauit: vos tamen negare non poteſtis, quin veſter ſim (hoc eſt gentium) Apoſtolus. e Nam vos eſtis velut ſignaculum confirmatiuum mei Apoſtolatus, in domino. Veſtra enim ad Deum conuerſione (quæ per mei Apoſtolatus miniſterium effecta eſt) noſtri Apoſtolatus confirmatur officium, & veritas certificatur. f Et ſi me quis interroget, addubitans de meo Apoſtolatu, num vere Apoſtolus ſim hęſitans: per vos ego coram ſic dubitantibus me defendo: vobiſque demonſtratis ſic interrogantibus ſatiſfacio. g Cum igitur veri ſimus Chriſti Apoſtoli, per omnia liberi, vt ſunt cæteri: cur non habeamus, etiam nos poteſtatem manducandi et bibendi,

di, de ſumptibus veſtris? h Cur non liceat nobis Chriſtianam aliquam matronā in noſtro comitatu circunducere: ad ſubminiſtrandum nobis neceſſaria, quemadmodum cęteri faciunt Apoſtoli? Ipſi etiam qui ſunt inter illos primi fratres domini Iacobus, & Ioannes: imo et Petrus, Apoſtolorū caput ac princeps. i Qua ratione nobis ſolis, id eſt, mihi & Barnabæ ſoçio peregrinationis meæ non licebit hoc agere, quod omnib⁹ permittitur, & licet omnibus? Quod autem ex aliorū Apoſtolorum exemplis modo oſtendimus, naturalis etiam ratio docet, & ciuilis conſuetudo confirmat. a Omnis enim qui militat, iuſtum accipit militię ſtipendium, ab eo cui militat. Et omnis qui in vineę cultura, laborem & operam impendit, condignum accipit ſui laboris atque operis præmium, ab eo cui laborat. b Et qui gregem paſcit, pro labore & cura ac diligentia, quam in paſcendo impendit, debet inde ſuſtentari, & quæ ſunt neceſſaria ſumere. c Et ne humanis rationibus ſolis me agere exiſtimetis, ecce diuinę ſcripturæ habemus teſtimonium. d In lege enim Moyſi pręceptum eſt, boui laboranti in tritura ad vſum humanum, non denegari victus neceſſaria, ſed illa in laboris pręmium reddi. e An vero hoc in pręcepto, putamus de bobus, animalibus brutis, principalem curam & primariam Deum habuiſſe? f Ego vero multo magis puto, de prædicatoribus præceptum iſtud debere intelligi. Sunt enim hæc propter nos ſcripta: & ſub boum nomine, de nobis pro Chriſto laborantibus pręceptum eſt datum, vt intelligatur vnumquenque operarium mercede ſuſtentationis dignum eſſe. g Quoniam qui arat, ex labore fructum ſperare mercedis, iure optimo poteſt: & qui in tritura laborat, mercedem debitam iuſte expectat.

h Nunquid non habemus poteſtatem ſororem mulierculā circunducēdi, ſicut & ceteri Apoſtoli, & fratres domini, et Cephas?

i Aut ſolus ego et Barnabas, non habemus poteſtatem hoc operandi?

a Quis militat ſuis ſtipendiis vnquam? Quis plantauit vineam & de fructu eius non edit?

b Quis paſcit gregem, & de lacte gregis non manducat?

c Nunquid ſecundū hominem hec dico? an et lex hec non dicit?

d Scriptum eſt enī in lege Moyſi: Non alligabis os boui trituranti.

e Nunquid de bobus cura eſt Deo?

f An propter nos hec vtique dicit? Nam propter nos vtique ſcripta ſunt.

g Quoniam debet in ſpe qui arat, arare. Et q̄ triturat in ſpe fruct⁹ pcipiēdi:

h Si nos vob; ſpũalia ſeminauim⁹: magnũ eſt, ſi nos carnalia vr̃a metamus?
i Si alij poteſtatis veſtre participes ſũt quare nõ poti⁹ nos?

a Sed non vſi ſum⁹ hac poteſtate/
b ſed omnia ſuſtinemus ne quod offendiculum dem⁹ Euãgelio Chriſti.

c Neſcitis/ qm̃ qui in ſacrario operantur/ que de ſacrario ſunt/ edunt?
d Et qui altario deſeruiunt/ cum altario participant?
e Ita ⁊ dñs ordinauit his qui Euangelium annunciãt / de Euangelio viuere/

f Ego autem nullo horum vſ⁹ ſum / Nõ autez ſcripſi hec/ vt ita fiant in me/
g Bonum eſt enim mihi magis mori q̃ vt gloriam meã quis euacuet.

h Nam ⁊ ſi euangelizauero/ non eſt mihi gloria/ neceſſitas enim mihi incũbit/

h Nos igitur qui vobis ſeminauimus multa prædicationis diligentia ſpiritualia, ſi veſtris temporalibus bonis vtamur ad neceſſitatem, non magnum vobis videri debebit: i & ſi alii qui minus in vobis laborauerũt, aut etiam falſo prædicauerunt Pſeudoapoſtoli, vſi ſunt hac poteſtate in vobis, nobis id potiore iure, vtique licebit. a Sed tamen noluimus hac poteſtate noſtra vti. b Quin potius in omnibus patientes ſumus, ita vt etiam penuriam pati magis velimus: ne forte vllum poſſit ex hoc præſtari aut accipi impedimentum, quo impediatur profectus Euangelii. Denique & ex conſuetudine, tam Gentilium quam Iudæorum vetuſtiſſima cognoſcere poteſtis, licitum nobis eſſe, a vobis ſtipẽdia accipere, quanquam id minus facimus. c Nam qui in templo operibus inſiſtunt. ea quæ illic agenda veniunt peragentes, de tẽpli prouentibus iure ſuſtentantur. d Et qui in altaris occupantur miniſterio, de iis quæ in eo offeruntur ius eſt eos partem ſumere ad ſui victus neceſſitatem, & vitæ ſuſtentationem. e Conformis eſt domini ordinatio, qua ordinauit iis qui Euãgelicę prędicationi inſeruiunt, vt vitę neceſſaria, ex ſua illa adminiſtratione licite ſuſcipiant. f Attamen nullo horum vti volui, cũ tot modis iure optimo potuiſſem. Neque ad hoc iſta nunc diſſerui, quod ſuadere velim vobis, vt ea vel nunc in me compleatis. g Malim enim quiduis perpeti, etiam mortis diſcrimina, potius quam hanc gloriam euangelizandi vobis ſine ſumptibus deperire, mihi aut auferri ſinam, ſed eam mihi integram atque ſolidã ſeruare volo. h Cum ego enim pl⁹ omnibus peccauerim, & proinde plus omnibus debeam laborare: non reputo magnum et glorioſum, ſi euangelizauero tantũ. Nam hoc mihi neceſſario & ex debito faciendum

incum

incumbit, i ait vt certa me maneat damnatio, ſi commiſſum mihi Euangelii munus, penitus recuſauero, aut omiſero. a Si enim libenter & ex animo præceptum mihi miniſterium, prędicationis adminiſtrauero, mercedem quidem ſuſcipiam, & erit in hoc mihi gloria. b Si autem velut coactus, et non ex animo: credita quidem eſt, et manet mihi adminiſtratio, et aliis quidem fructum non mihi faciam. c In quo ergo ego mihi mercedem reputo, & in quo eſt hæc gloria quam quæro? d In hoc vtique, vt euangelium ſine ſtipendio prædicans, ipſum ſtabiliam, confirmem, atque commendatū reddam. in hoc, inquā, vt nō vtar poteſtate mea, ad id quod eſt minus bonum, quod ego abuſum mihi reputarem: pręſertim cū ex vſu poteſtatis meæ, occaſionem poſſent ſumere pſeudoapoſtoli. Iam enim ſemel meipſum totum dedi Euāgelio, vt illud quanto poſſum maiore fructu annunciem. e Cum enim eſſem ſic ab omnibus liber, vt nulli prorſus eſſem ſubiectus: propria voluntate meipſum feci omnium ſeruum, propter amorem Euangelii, vt plurimos lucrarer domino. f Et accommodaui me Iudæis vt eos ad Chriſtum adducerem, quaſi & ipſe Iudęus eſſem: legem obſeruantibus accommodaui me & condeſcendi, quaſi & ipſe ſub lege eſſem (cum tamen ipſe ſub lege Moſayca non amplius ſtringerer, factus Chriſtianus) quo paulatim eos, vel tādem ad Chriſti legem perducerem. g Gētibus quoque ſine ſcripta lege viuentibus me accommodaui, quaſi & ipſe eſſem ſine lege (cum tamen ſemper legi Dei permanerē aſtrictus) vt eos ad veram Chriſti legem adducerem. h Infirmis condeſcendi, ne eos perderem nimia ſeueritate, & meipſum eis tanquam infirmum exhibui, ne eos ſcandalizarem: ſemper tamen, quantum cum Deo fieri

i Ve enim mihi eſt/ ſi non euangelizauero.

a Si enim volens hoc ago mercedem habeo.

b Si autem inuitus/ diſpenſatio mihi credita eſt.

c Que eſt ergo merces mea?

d Ut Euangelium prędicans ſine ſumptu ponam Euangelium/ vt non abutar poteſtate mea in Euangelio.

e Nam cum liber eſſem ex omnibus/ omnium me ſeruum feci/ vt plures lucrifacerem.

f Et factus ſum Iudeis tanquam Iudeus/ vt Iudeos lucrarer/ his qui ſub lege/ quaſi ſub lege eſſem (cum ipſe non eſſem ſub lege) vt eos qui ſub lege erant lucrifacerem.

g his qui ſine lege erāt tanquam ſine lege eſſem (cū ſine lege Dei nō eſſem/ ſed in lege eram Chriſti) vt lucrifacerē eos qui ſine lege erant.

h Factus ſum infirmis infirmus/ vt infirmos lucrifacerē.

potuit, neque palpando, neque in malum cõſentiendo, ſed infirmitates tantum ſuſtinendo. i Quid multa? Omnium me accommodaui affectibus atque conditionibus, cupiens (quantum in me eſſet) atque adnitens, vt ſalui fierent omnes: cuiuſcunque tandẽ aut ſtatus fuerint, aut conditionis. a Omnia autẽ hæc ago propter Euãgelium Chriſti, vt fructum Euangelii prædicati percipere valeã, in tempore ſuo. Parum autem eſt, ſi iſta pro Euangelii fructu agam⁹, quandoquidẽ pro terrenis præmiis homines mundi huius, mira videmus agere. b Sint nobis in exemplum, qui currunt in ſtadio. Vidimus enim omnes, æquali in currendo labore fatigari: cæterum, non omnes item præmium accipere: ſed illum tantum accipere victoriæ præmium propoſitum, qui cæteros in curſu anteuerterit. c Ad eundem modum, & vobis eſt currendum, & gnauiter agendum: vt quod quæritis, aſſequamini. d Nam qui in certamine contendunt pro victoria, prouide abſtinent ab omnibus quę impedimento poſſint eſſe à conſequenda victoria. & illi quidem hæc faciunt, propter adipiſcendum propoſitũ temporale pręmium. Nos autem propter conſequendam incorruptibilem & immarceſſibilem æternæ gloriæ propoſitã coronam. e Ego igitur ſic curro ad propoſitum brauium, vt non in incertum: ſic ego pugno & velut pugnis verbero, non quaſi fruſtra aerem cædens: ſed aduerſus hoſtem, nempe carnem propriam, pugilor & luctor, illudque liuore maceratum, in ſpiritus ſubigo ſeruitutem. f Ne forte poſtquam aliis prædicauerim, ipſe efficiar reprobus, & mala conuerſatione, aliorum ſcãdalizator peruerſus: ſi aliis prædicans, propriæ carnis concupiſcentias refrenare, ac mortificare neglexero.

i Omnibus omnia fact⁹ ſum, vt omnes facerem ſaluos.

a Omnia autẽ facio ꝑpter Euãgeliũ, vt particeps eius efficiar.

b Neſcitis, quod hi qui in ſtadio currũt omnes quidem currunt, ſed vnus accipit brauium?

c Sic currite vt cõprehendatis.

d Omnis enim qui in agone contendit, ab omnibus abſtinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptã.

e Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertũ, ſic pugno, nõ quaſi aerem verberãs, ſed caſtigo corpus meum et in ſeruitutem redigo.

f Ne forte cum aliis predicauerim, ipſe reprob⁹ efficiar.

Elu

¶ ELVCIDATIO CAPI. decimi.

N E vero ſibi quis ſecuritatem putet, quod Chriſti ſit myſteriis initiat⁹, exemplis priorum patrum oſtendendum eſt nobis, non omnes qui diuinis beneficiis digni ſūt habiti, ſalutem fuiſſe conſequutos. a Hoc itaque volo attendatis quod ſine delectu patres illi omnes qui de Aegipto exierunt, & boni & mali, ſub nubis ducatu & protectione fuerunt, & omnes per mare ſiccis veſtigiis tranſierunt. Omnes item in Moyſi ducatu, & nubis claritate atq; protectione, in mare ingreſſi ſunt, in ſignum futuri baptiſmatis, per quod ab Aegyptiaca conuerſatione ad vitæ nouitatē trāſire oportet. b Omnes item boni & mali, ſimilem omnino, miraculo datam eſcam, manducauerunt, & omnes ſimilem, miraculo datum potum, biberunt, quæ erant ſigna ſpiritualis cibi ac potus futuri. c Bibebant vero de largitate petræ illius ſpiritualis, quæ eis vbique aderat & velut comitabatur in auxilium. d Hāc autem petram dico Chriſtum, non ſaxum illud duriſſimum: quod de ſe aquas dare non poterat. e Et quanquam aquæ omnes diuina percepiſſent beneficia, non tamen in eorum multitudine complacuit domino, quum ſint ob ſcelera ſua in deſerto plurimi eorum occiſi. f Hæc autem Deo diſponente, in exemplum nobis preceſſerunt: vt illorum exēplis pœniſque territi caueamus concupiſcentes eſſe malorum, quales illos fuiſſe legimus: quos etiam ſatis imitari videntur, qui ſe per voracitatem idolothytis cū ſcandalo ingurgitant. g Neque efficiamur idololatræ: ſicut quidam ipſorum: de quibus ſcriptū eſt, quòd poſt abundantes epulas & compotationes, ſurrexerūt ad honorem vituli ludere.

TEXTVS, CAP. decimum.

a Nolo eī vos ignorare fr̄es, qm̄ patres noſtri oēs ſub nube fuerunt, ⁊ oēs mare trāſierūt, ⁊ oēs in moyſe baptizati ſūt in nube ⁊ in mari.

b Et oēs eādē eſcā ſpiritualē māducauerunt, ⁊ oēs eūdē potū ſpiritualē bibe runt.

c Bibebāt aūt de ſpirituali, ꝯſequente eos petra,

d Petra autē erat chriſtus.

e Sꝫ nō in plurib⁹ eoꝝ beneplacitū eſt deo. Nā ꝓſtrati ſūt in deſerto.

f Hec aūt in figura facta ſunt noſtri, vt non ſim⁹ ꝯcupiſcentes maloꝝ, ſicut ⁊ illi concupierunt,

g neq; idololatre effi ciamini ſicut q̄dā ex ipſis quēadmodum ſcriptū ē, ſedit pp̄ls mādūcare ⁊ bibere ⁊ ſurrexerūt ludere

Cui vicio eſtis proximi,ſi ſic pergatis idolo
rum menſas frequentare.

h Neqꝫ fornicemur/ ſicut quidã ex ipſis fornicati ſũt/ ⁊ ceciderunt vna die/ viginti tria milia.

h Neq; fornice-
mur ,vt illi cum filiabus Moab:quorum v-
na die perierunt gladio vltionis viginti tria
milia.Solet enim hoc vitium eſſe conſequens
ad crapulam.

i Neqꝫ tẽtem⁹ xp̄ꝫ ſicut quidã eorum tentauerunt/ ⁊ a ſerpentibus perierũt.

i Neque tentemus Chriſtũ,
ſicut quidam ex illis tentauerunt deum qui
immiſit in eos ſerpentes ignitos.At Chriſtũ
tentat,qui infirmorum conſcientiam ob ſuã
ingluuiem nihil facit,ſimul & ſeipſum pec
catorum diuerſorum periculis exponit.

a Neqꝫ murmuraueritis/ ſicut q̇dã eoꝝ murmurauerũt/ ⁊ perierunt ab exterminatore.

a Neque murmuraueritis,ſicut ex illis qui
dam,propter tædium & laborem itineris,et
terram promiſſionis: quos diuina potentia
penitus deleuit in deſerto.Hoc autem in pro
ximo eſt,ſi noſtris monitis velitis reſiſtere.

b Hec aũt oĩa in figura ꝯtigebãt illis: ſcripta ſunt aũt ad correptionẽ noſtrã in quos fines ſeculorum deuenerũt.

b Hæc autem omnia illis quidem continge
bãt in effectu,ſed nobis ad exemplum,atque
ita deſcripta ſunt,ad acriter ſeuereque ac di-
recte commonefaciendos nos,qui (diſponen
te deo)in hæc nouiſſima tempora deuenim⁹
Horum ergo exemplis admoniti diſcamus eſ
ſe ſoliciti: non ſegnes,aut ocioſi.

c Itaqꝫ qui ſe exiſtimat ſtare videat ne cadat.

d Tẽtatio vos nõ apprehẽdat niſi hũana

c Qui ita
que modo ſe ſtare in dei gratia confidit,ſoli-
cite proſpiciat ne quomodocunque , ab illa
in qua ſtat gratia,excidat. d Cauete vero
ne vllam permittatis in animo tentationem
dominari,vt fiat inſuperabilis,per veſtram
incuriam,aut negligentem deſidiam. Nam
tentationes humanæ & leues prorſus exclu
dere, eſt impoſſibile.

e Fidelis aũt de⁹ ẽ q̇ nõ patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis: f ſed faciet etiã cũ tentatione ꝓuẽtũ/ vt poſſitis ſuſtinere.

e Quod quidem ad
deum pertinet,ipſe fidelis eſt,& verax, nec
patitur vos ſupra vires tentari. f Quin e-
tiam tentationi vtilem dabit exitum & cum
tentatione virtutis augmentum: vt tam pro
pter diuinæ virtutis auxilium , quàm pro-
pter vtilitatẽ exitus,& poſſitis facile & vel
le debeatis ſuſtinere,ſic vt non fracti ſuccum
batis.

g Propẽ quod charißimi mihi / fugite

g Propter quod chariſſimi,ne vllum
peccatum cadatis,neque vobiſipſis cauſa ſi-
tis

tis lapſus veſtri, fugite ab idolorum cultura. h Et quoniam hac in re vos ſatis prudentes intelligenteſque iudico, ecce veſtrum requiro iudicium, vos ipſi iudicate, ſi non rationabile ſit, quod dico. i Calix ille qui per ſacerdotis viſibilem benedictionem conſecratur et pro quo deo laudē damus & gratias agimus: nonne eſt participatio ſanguinis domini, ſic vt qui illum bibat, particeps fiat ſanguinis domini, quem percipit & bibit? a Et panis ille, per ſacerdotis benedictionem in verum corpus chriſti conſecratus: nōne participatio corporis chriſti eſt ſic vt qui de illo manducauerit, particeps efficiatur corporis domini, quem percipit & mā ducat? b Nihil dubium, quin hoc ita ſit: quā doquidem nos omnes qui de vno iſto pane, & de vno iſto calice percipim⁹ & participamus, propter vnitatem corporis & ſanguinis domini, quod communiter ſumimus, & cui communiter incorporamur, tanquam vnus panis efficimur, & vnum corpus, cuius ipſe eſt caput. In quo hanc vtilitatē conſequimur, vt quaſi multa grana in vnum panem conflemur, & quaſi multa membra in vnū corpus, per ſpiritum eius compaginemur, c Rurſum Iſraelitas attendite, qui ſecundū carnalem ſuam obſeruantiam adhuc vmbris inhęrent: d Nonne qui hoſtias in altari oblatas edunt, participes eſſe dicuntur altaris? Ad eūdem modum ergo, etiam qui mā ducant panem, aut bibunt calicem benedictionis, corporis & ſanguinis Chriſti participes eſſe dicuntur. e Nunc ergo dicat mihi aliquis. Tu cum tam diſtricte nobis, quæ ſūt idolis immolata, prohibes: an dicis, idolis aliquid eſſe immolatum, ſic vt exiſtimatur: ita vt aliquid ex idolo vel ex illa oblatione cō trahat, propter quod ex ſe ſit immundum? Aut idolum tale aliquid eſſe putas, quale ho-minis

ab idolo⁊ cultura. h vt prudentibus loquo⁊: vos ipſi iudicate quod dico. i Calix benedictionis/ cui benedicim⁹/ nonne communicatio ſāguinis xp̄i eſt?

a Et panis quē frāgimus/ nōne participatio corporis domini eſt?

b Qm̄ vnus panis ⁊ vnū corpus multi ſum⁹ oēs qui de vno pane ⁊ de vno calice participam⁹.

c Uidete Iſrael ſecundum carnem.

d Nōne qui edūt hoſtias/ participes ſūt altaris.?

e Quid ergo? dico quod idolis immolatū ſit aliquid/ aut qd̄ idolū ſit aliquid?

f ſʒ que imolāt gentes/ demonijs immolant ⁊ non deo.

g Nolo aūt vos ſocios fieri demonioꝝ

h Nō poteſtis calicē dñi bibere/ ⁊ calicē demonioꝝ.

i Non poteſtis mēſe dñi participes eſſe/ ⁊ mēſe demonioꝝ.

a An emulamur dñz Nūquid fortiores illo ſumus?

b Oia mihi licēt/ ſed non oia expediūt

c Oia mihi licē ſʒ nō oia edificāt.

d Nemo quod ſuū ē querat ſʒ quod alterius:

e Oē quod ī macello venit/ mādu cate/ nihil interrogātes/ ꝓpter ꝯſcientiam.

nes infideles exiſtimant, numinis aliquid habens: vt ſic nos ab illis deterreas, quæ ſunt idolis immolata? f Non vtique hoc dico, neq; exiſtimo. Dico tamen, quod gentes ea quæ immolant quantum ex ſua intentione peruerſa dæmoniis immolant, quæ venerantur in idolo, & non deo: atq; ita participat quodammodo cum dæmoniis, qui de iis manducat, quæ illis ſunt oblata & conſecrata. g Ego autem nolo vos participationem vllam aut communionem habere cum dæmoniis, quos ad chriſtum ab eiuſmodi vanitatibus, magno labore, aſſiſtente gratia dei conuerti. h Quia fieri nequit, vt ſimul & calicem Domini bibatis, & calicem dæmoniis oblatum. i Neq; poteſtis ſumere de menſa domino conſecrata, & ſimul de ea quæ eſt apparata dæmoniis. Non poteſt enim eſſe vnum, particeps, vel communicans cum domino, iqui velit articipare cum dæmoniis.

a An fratres irritare quærimus dominum? An ſperamus nos illo fortiores, vt nihil formidemus eum, manducantes idolothyta cum ſcandalo infirmorum? b Iam ſupra dixi mihi licere omnia, quæcunque non ſunt iure prohibita, ſed conceſſa: quemadmodum & ſumptus accipere, & cibos quoſlibet manducare ſine delectu: ſed non omnia indifferenter expediunt. c Omnia quidem eiuſmodi, licita ſunt per ſeſe, ſed non omnia proximos ædificant: quæ propter ſcandalum vitandum omittenda ſunt, quanquam per ſe ſint licita. d Nemo ſui tantum habeat rationem ſed inſuper & proximorum attendat fragilitatem, & quid de illis expediat conſideret propter charitatem. e Ecce autem totius quęſtionis ſummaria hęc eſt reſolutio. Omne quod in foro publico venundatur, libere audete manducare, nihil prorſus interrogantes, propter conſcientiæ ſecuritatem. f Nā

& terra & omnia quæ in eis ſunt, Domini ſunt, bona ſunt, munda ſunt, eo quod creaturæ eius ſunt. g Si vocati ab infidelibus familiaribus aut cognatis ad priuatum conuiuium ieritis, propter conſcientiæ ſecuritatem, de omni quod apponitur, manducate audacter: nihil interrogãtes, an ſint cibi idolis immolati, aut impuri, aut ſimile quippiam. h At vero ſi quis dixerit hoc eſt idolis immolatum, illud ne attigeritis: propter hoc, vt non ſcandalizetur is qui indicauit, ſi te videat ſcientem, manducare idolothytum: atque vt cõſciẽtia fratris, ſine offenſa aut ſcandalo teneatur. i Conſcientiam dico: non tuam, ſed alterius, vel indicantis, vel infirmi aſſidentis. a Cauendum em̃ eſt mihi modis omnib⁹, ne mea libertas, meo abuſu, ab aliis blaſph metur, aut condemnetur. b Si em̃ mihi licet ex gratia Euãgelicę libertatis, cũ grãrũ actiõe quãlibet creaturã bonam percipere: quorſum tamen attinet, aut quid opus eſt, vt cum ſcandalo id faciens, aliorum me blaſphemiis aut malis iudiciis exponam, eo quod gratias agendo libere poſſem manducare, ſi abſque ſcandalo id facerem? c Siue ergo manducatis, ſiue bibitis, ſiue aliud quodcunque facitis, curate ſemper vt in omnibus glorificetur Deus. d Nolite offendiculum præbere Iudæis, aut Gentibus, aut Chriſtifidelibus. Atqui dum veſtra libertate abutentes, quæritis menſas dæmoniorum, offenduntur Iudæi, putantes vos idolorum cultores, Gentiles firmantur in errore: & infirmi fideles, ſcandalum patiuntur in vobis. e Sim vobis ego in exemplum, qui omnibus cum deo placere ſtudeo: quantum ad omnia (quantum ſecundũ Deum, & teſtem licet conſcientiam) non quærens meum ipſius tantum commodum, ſed plurimorum, vt quantos vtique poſſim, ſaluē

f Dñi eſt terra ⁊ plenitudo eius.

g Si q̃s vocat vos infideliũ ad cenã/ ⁊ vultis ire/ oẽ quod vobis apponitᷣ manducate/ nihil interrogantes/ propter cõſcientiã.

h Si quis aũt dixerit hoc immolatum eſt idolis/ nolite mãducare: ꝓpter illũ q̃ indicauit/ ⁊ ꝓpter cõſcientiam.

i Cõſciẽtiã aũt dico nõ tuã/ ſꝫ alterius.

a Ut q̃d eſt libertas mea iudicatᷣ ab aliena ↄſcienta.

b Si ego cũ gratia participo/ q̃d blaſphemor ꝓ eo quod gratias ago/

c Siue ergo mãducatis/ ſiue bibitis/ vl' aliud quid facitis/ oia in glĩaꝫ dei facite.

d Sine offenſione eſtote iudeis/ ⁊ Gentibus/ ⁊ eccleſie dei.

e ſicut ⁊ ego per oĩa oib⁹ placeo nõ querẽs quod mihi vtile eſt: ſꝫ quod multis/ vt ſalui fiant.

ſaluem plurimos.

TEXTVS CAP. Undecimum.

a Imitatores mei eſtote ſicut ⁊ ego xp̄i.

b Laudo aūt vos fr̄es quod poīa mei memores eſtis/ ⁊ ſicut tradidi vobis p̄cepta mea/ tenetis.
c Uolo autē vos ſcire/ quod oīs viri caput xp̄s eſt/ caput aūt mulieris vir/ caput vero xp̄i/ deus.
d Oīs vir orans/ aut pphetans velato capite/ deturpat caput ſuum.
e Oīs aūt mulier orās aut pphetās/ nō velato capite/ deturpat caput ſuum.

f Unū eſt em̄ ac ſi decaluetˀ. Nā ſi nō velatˀ mulier/ tōdeatˀ.
g Si vero turpe eſt mulieri tonderi aut decaluari/ velet ca-

ELVCIDATIO CAPITIS vndecimi.

a Hortor autem vos fratres, vt tam in hoc quàm in cæteris, noſtrum exemplum inſequi non dedignemini: quomodo nos Chriſti domini veſtigia, ſtudioſe ſectamur. b Laudo autem vos fratres, quatenus mei per omnia memores eſtis, & traditiones meas, ſicut percepi vobis obſeruatis. c Volo autem vos ſcire chriſtum eſſe caput (id eſt, dominum ſuperiorem & rectorem) omnis viri & virum eſſe caput mulieris, deũ vero caput eſt chriſti hominis, quatenus homo eſt. Diuinitas enim eſt humanitate ſuperior. d Omnis vir orans orationem publicam, aut prophetiam proloquens, operto capite, ignominia afficit caput ſuum. e Contra, mulier orans aut prophetans aperto capite, ignominia afficit caput ſuum, quoniam ſicut illud viro, ita hoc mulieri vitio datur. In oratione enim publica, quaſi deo nos repreſentamus: & decorum eſt, vt quum ſe miniſtri principi repreſentant, ſuam cōditionē habitu profiteantur. Mulieri autem competit velare caput ſuum, ad ſubiectionis virilis proteſtationem: quemadmodum vir (propter libertatem & dominium, vt ſignificet inter ſe & deum nihil eſſe medium, ſeq; Deo immediate ſubiectum) aperto & nudato debet eſſe capite quum ſe deo repreſentat.
f Tantum eſt enim mulierem aperto eſſe capite, ac ſi ſit decaluata. Nam ſi nolit velari mulier, cogatur tonderi. g Quod ſi turpe ducit, velet caput ſuum, quoniam ſimilis eſt in vtroque turpitudo. h Vir quidē, non debet corā deo velare caput ſuū: quoniam ad ima-

imaginem dei, principaliter & primario factus legitur, & ſimiliter gloria dei eſt, cui ſine medio ſubiiciur. i Mulier autem, gloria viri eſt: quia facta eſt propter virum, tã quam adiutorium illi ſimile. a Non enim primum ex muliere factus eſt vir à domino, ſed ex viri coſta mulier. b Et quidem nõ eſt creatus vir propter mulierem, ſed mulier propter viri adiutorium. c Ob has ſubiectionis cauſas, debet mulier velamine operire caput ſuum: quo poteſtatem & dominiũ viri ſuper ſe agnoſcat & poteſtetur. d Quod etiam debet, propter angelorum reuerentiam: quibus gratum eſt, in ſuo quoq; debito ornatu conſpicere. e Ne vero horũ quæ diximus occaſione, deſpiciant viri vxores ſuas: illud ſcitote quoniam (quantum ad ſalutem æternam omnibus propoſitam) pares ſunt vir & fœmina, & apud dominum vnum eſſe virum atque mulierem, ſine ſexꝰ reſpectu atque differentia, neutrũ unq; ſexum excludi. f Sicut enim mulier primum de viro formata ẽ, ita nũc vir per mulierem progignitur. g Oĩa autẽ ſimul ex deo et ĩ deo vnã ſũt oĩa. h Voſipſos req roio iudices: Nunquid decens eſt, vt non reuelata mulier oret deum? Ipſa profecto natura contrarium docet. i propterea quod viro ad ignominiã reputatur, ſi comam prolixam mulierũ more, ſtudeat nutrire. a Mulieri vero ad gloriam reputatur, ſi curet comã enutrire: quoniam capillos ei dedit natura, pro velamine. b Si quis autem velit contentioſe obſiſtere cum iactantia noſtris traditionibꝰ, nouo more hæc volens confundere ſexuum inſignia, ſciat ille, quoniam nos conſuetudinem nõ habemus, ſiue contentionibus agendi, ſiue in viris caput operiendi: neque eccleſia vlla, aliis in locis conſtituta. Quo fit, vt contra communem obſeruationem omnium hi ſoli contendant

put ſuum.
h Uir quidem non debet velare caput ſuũ: qm̃ imago ⁊ gloria dei eſt:
i Mulier aũt gl'ia viri eſt.

a Nõ eniȝ vir ex muliere eſt: ſed mulier ex viro.
b Et em̃ nõ eſt creatus vir ꝑpter mulierẽ: ſȝ mulier ꝑpter virũ. c Ideo dȝ mulier velamen habere ſupra caput ſuum. d ⁊ ꝑpter angelos:
e Uerũtamẽ neq; vir ſine muliere neque mulier ſine viro: in dñõ.

f Nam ſicut mulier de viro: ita vir ꝑ mulierem:
g Oĩa aũt ex deo.
h voſipſi iudicate: decet mulierẽ nõ velatã orare deũ? nec ipſa natura docet vos.
i Quod vir quideȝ ſi comã nutriat, ignominia eſt illi:
a Mulier vero ſi comã nutriat gl'ia eſt illi: qm̃ capilli ꝓ velamine ei dati ſunt.
b Si quis aũt videt ꝯtẽtioſus eſſe: nos talẽ ꝯſuetudinẽ nõ habemꝰ neq; eccleſia dei.

dant neque noſtræ ſolum, ſed eccleſiaſticæ obſeruationi ſe opponant.

c Hoc aũt precipio nõ laudãs, qđ nõ in melius, ſ; in deteri⁹ conuenitis.

c Hoc ergo dum pręcipio, dumque ſic ordino, illud non laudo imo vituperandum duco, quod cum merito indies proficere deberetis, vos tamen in deterius congregationes veſtras facitis, & conuentiones, habetis ſolito deteriores. Soletis enim ad pauperum refocillationem ſimul cõuenire, qui nũc ad diſſidia & contentiones celebratis conuenticula.

d Primũ quidẽ, conuenientib⁹ vobis in eccleſiã, audio ſciſſuras eſſe inter vos, & ex parte credo.

e Nã oportet & hereſes eſſe, vt & q̃ probati ſunt, manifeſti fiant in vobis.

d Nam primũ quidẽ fama narrante audiui, quum in vnum conuenitis ex more in eccleſia, ſciſſuras & diuiſiones eſſe in vobis & adducor ſatis, vt credam rem ita habere. e Nam neceſſario ſẽper futuræ ſunt hæreſes atque ſchiſmata, & Deo diſponente, eas eſſe eſt vtile: vt manifeſti fiant, qui ſynceri ſunt inter fideles. Frequẽter enim, qui ante latebant ſecundum ſpeciẽ chriſtianitatis, exortis ſchiſmatibus, atq; hæreſibus, quales ante fuerint declarant.

f Cõuenientib⁹ ergo vobis in vnũ: iã non eſt dñicã cenã manducare.

g Unuſquiſq; eĩ, ſuã cenã p̃ſumit ad manducandum,

h Et ali⁹ quidẽ eſurit, ali⁹ aũt ebri⁹ ẽ.

f Hinc ergo vobis pariter ex more cõuenientib⁹ in vnã collectionem non contingit vltra domini cœnam manducare. h quia vnuſquiſq; diuitum, priuatim ſuam ſibi cœnam præſumit manducare, pauperibus nihil impartiens. h Atque ita fit, vt paupere eſuriente, diues ad ebrietatem vſque & crapulam ſatietur: qui de ſua debuit abundantia, ex veteri conſuetudine, pauperum ſupplere inopiam, vt eſſet cœna domini per charitatẽ & non magis diaboli, per abuſum & pauperum contemptum.

a Nũquid domos nõ habetis ad mãducãdũ & bibẽdũ?

b Aut eccleſiam dei cõtẽnitis?

& confũditis eos q̃ nõ habẽt?

c Quid dicã vobis?

a Ecce habetis domos ad celebranda priuatim conuiuia, & compotationes, ſi hæc vobis libent. b Quare hæc in eccleſia communi agentes, veſtri aque priuata conuiuia in ea celebrantes, veſtro iſto fœdo abuſu eccleſiam dei inhonoratis? Inſuper erubeſcere facitis puaperes, qui non habent eſcas: dum vobis epulantibus, ipſi eſurire coguntur? Quid dicam vobis? c Tam

etſi

etſi laudabam vos, & in nonnullis forſan laude ſitis non indigni: hac tamen in re laudare non poſſum. Omni enim reuerentia & charitatis communione, oportuit huiuſmodi conuentus, ad CHRISTI memoriam inſtitutos, celebrari, propter tanti ſacramenti reuerentiam. d Ego enim à Domino didici, quod & vos edocui fideliter: quoniam Dominus IESVS, ea nocte qua tradebatur, ſumpſit in manibus panem: & gratias agens, benedicenſque patri fregit, et dixit: Accipite, & manducate: hoc eſt corpus meum, quod pro vobis in paſſionem & mortem tradetur, tanquam hoſtia pro peccatis mundi. Hoc quoties agetis, in meæ paſſionis ac mortis agite memoriam, e Sic & calicem poſt cœnam ſumpſit dicens: Hic calix eſt in quo nouum teſtamentum diſpono vobis, in meo ſanguine, qui in eo ineſt, & quo confirmabitur. f Hoc facite in meam commemorationem, quotienſcunque bibetis. g Nam quotienſcunque panem hunc ſanctum manducaueritis, vel calicem biberitis, mortẽ debebitis annunciare & cõmemorare quam ſuſtinuit Dominus, donec ipſe veniat. Memoriale enim eſt ſacramentum hoc paſſionis ac mortis domini. h Itaque, quicunque manducauerit non digne panẽ hunc, aut calicem biberit non digne, eius talis erit condemnatio, vt qui vere corpus & ſãguinem domini ſui inhonorauerit, indigne ſumẽdo. i Quapropter quiſquis volet hæc ſacroſancta ſumere miſteria: primum examinet ſemetipſum, nũ aliquid in eo inſit, quod ipſũ cõmunione reddat indignum. & ſi ſe dignum aptúque poſt examinationem diligentem cõpererit, accedat deinde confidẽter, vt de pane illo edat, et de calice bibat. a Qui enim indigne manducauerit aut biberit indigne (in ſe inueniens, propter quod merito à communione ſancta abſti-

laudo vos in hoc nõ laudo.

d Ego eñi accepi a dño quod & tradidi vobis/ qm̃ dñs Ieſꝰ in qua nocte tradebat accepit panẽ & grãs agẽs fregit & dixit/ accipite & mãducate: hoc ẽ corpꝰ meũ qđ ꝓ vobis tradet/ hoc facite in meam cõmemorationẽ.

e Similiter & calicẽ poſtq̃ cenauit/ dicẽs Hic calix nouũ teſtamentũ eſt in meo ſãguine.

f Hoc facite quotieſcũque bibetis in meã cõmemorationẽ.

g Quotieſcũque enim mãducabitis panẽ hũc & calicẽ bibetis/ mortẽ dñi annũciabitis/ donec veniat.

h Itaque quicũque mãducauerit panẽ & biberit calicẽ dñi indigne: reꝰ erit corporis & ſãguinis dñi.

i Probet aũt ſeipſũ hõ & ſic de pane illo edat & de calice bibat.

a Qui eñi mãducat & bibit indigne iudiciũ ſibi mãducat & bibit nõ diiudicãs corpꝰ dñi

abſtinere deberet) ſic ſumendo, æternæ damnationis iudicium ſibi conciliat, non diſcernens reuerentia debita corpus domini à cæteris cibis.

b Ideo iter vos multi ifirmi & ibecilles: & dormiunt multi.

b In huius autem peccati pœnam, quoniam videlicet corpus & ſanguinē domini indigne ſumitis, Deus multos in vobis punit in præſenti tempore: vt oſtendat, quàm grauiter vlturus ſit in futuro examine: multos infirmitatibu variis & prolixis languoribus affligendo, nonnullos etiam corporali morte, in peccati vltionem, puniēdo.

c Quod ſi noſmetipſos dijudicarem⁹/ nō vtique iudicaremur

c Quod ſi nosipſos diligenti probatiōe atque examinatione iudicaremus nequaquā à domino ſic iudicaremur. Sed neq; hoc domini iudicium temporale, nobis eſt inutile.

d Dū iudicamur autē/ a dn̄o corripimur vt nō cū hoc mundo damnemur.

d Dum enim ſic arguimur, temporali correctione, â benigno domino corripimur, & ad bonum erudimur, vt non cum huius ſæculi hominibus damnemur: qui ſine omni diuerſitate, frequenter permittuntur à deo vitam ſuam in finem vſq; ducere poſtmodum paratam inuenientes, quę eos expectat, æternam damnationem.

e Itaq; fr̄es mei/ cū conuenitis ad mādu cādū/ inuicē expectate

e Itaque fratres mei chariſſimi, cum ex more conuenitis, ad manducandum communiter poſt ſumptam euchariſtiam, inuicem expectate, non contentioſi alius alium pręuenire: vt communis ſit cœna, quæ ad ſimilitudinem dominicæ menſæ inſtituitur, non priuata.

f Si quis eſurit/ domi manducet/ vt nō i iudiciū conueniatis.

f Si quis autem famis impatientem ſe conqueratur, & ideo non poſſe commune conuiuium expectare, domi terreno pane paſcatur, & famem pellat: vt non ad damnationem vobis, veſtræ contentiones fiant.

g Cetera autē cum venero/ diſponā.

g Cætera (ſi quæ ſuper ſunt ordinanda) cum venero ad vos, præſēs ipſe diſponam.

ELVCIDATIO CAP. duodecimi.

a Super

a SVper omnia autem fratres, ſpiritualium rerum vos conuenit habere cognitionem. b Illud autem experti ſcitis, quomodo olim cum gentes eſſetis, ad ſimulachra muta, et omni prorſus ſenſu carentia, ibatis, prout conſuetudine & inſtitutione peſſima patrum veſtrorum, atque ipſo etiam dæmonis impulſu, agebamini.

c Iccirco vobis nunc ad Deum viuum conuerſis notum facio, quod nemo loquens ſecũdum ſpiritum Dei, intra ſe habitantem, dicit Vllum maledictum domino Ieſu: vel aſſerẽs de eo quod eſſet blaſphemiæ aſſerere, vel negans, quod blaſphemiæ eſſet negare. d Et nemo poteſt ex animo profiteri Ieſum dominum, ipſum vere vt dominum agnoſcẽs corde, quem profitetur ore: niſi ſecundum inhabitantem ſpiritumſanctum. Hoc autem præſtat gratia gratos nos Deo faciẽs, vt & à malo omni declinemus, & bonum faciamus: deumque vt nec ore nec opere blaſphememus, ſed tam ore q̃ opere profiteamur. e Cæterum, quantum ad gratias gratis datas, varia donantur à Deo dona hominibus: Vnus eſt autem ſpiritus, à quo omnium quantumlibet diuerſarum gratiarum dona procedũt.

f Et varia ſunt ſpiritualium miniſtrationũ officia, diuerſis commiſſa et credita. Idem vero eſt dominus, cui omnes, in ſua quiſque adminiſtratione, ſeruiunt. g Diuerſa itẽ exteriorum operationum miniſteria: idem vero eſt Deus, cuius virtus operatur in omnibus omnia, id eſt, omnes omniũ operationes.

h Vnicuique vero datur aliqua gratia ſpiritus manifeſtatiua, ad ſuam, atque communem vtilitatem. i Alii quidem donat ſpiritus, ſapienter de cœleſtibus arcanis eloqui. Alii, idẽ dat ſpiritus, ſcienter loqui de iis quæ ad agenda moreſque pertinent. Alii dat fidei ſublimitatem, feruorem, atque conſtantiam.

TEXTUS. CA. Duodecimuz.

a De ſpiritualibus autẽ nolo vos ignorare fratres.

b Scitis autẽ, quoniam cum Gentes eſſetis, ad ſimulachra muta prout ducebamini euntes.

c Ideo notum vobis facio quod nemo in ſpiritu Dei loquẽs, dicit anathema Ieſu.

d Et nemo poteſt dicere dominus Ieſus, niſi in ſpirituſancto

e Diuiſiones vero gratiarum ſunt, idẽ autem ſpiritus.

f Et diuiſiones miniſtrationum ſunt idẽ autem dominus.

g Et diuiſiones operationum ſunt idez vero Deus qui operatur omnia in omnibus.

h Unicuique autez datur manifeſtatio ſpũs ad vtilitatem.

i Alii quidẽ p ſpũm datˀ ſmo ſapientie: alii aũt ſermo ſciẽtie ſecundũ eundẽ ſpm̃ Alteri fides in eodẽ ſpũ: alii gr̃a ſanitatũ

in vno ſpiritu/ Alij operatio virtutum. a Alij prophetia. Alij diſcretio ſpirituũ. Alij genera linguarũ. alij interpretatio ſermonum.
b Hec autẽ omnia operatur vnus atq; idem ſpiritus/ diuidẽs ſingulis prout vult.
c Sicut enim corpus vnũ eſt/ ⁊ membra habet multa/ omnia autẽ membra corporis / cum ſint multa/ vnum tamen corpus ſunt / ita ⁊ Chriſtus.
d Etenim in vno ſpiritu omnes nos/ in vnum corpus baptizati ſumus / ſiue Judei/ ſiue Gẽtiles/ ſiue ſerui/ ſiue liberi.
e ⁊ omnes/ in vno ſpiritu potati ſum⁹.
f Nã ⁊ corpus non eſt vnum membrũ/ ſed multa.
g Si dixerit pes: quoniã nõ ſum manus/ nõ ſum de corpore/ nũ ideo nõ eſt de corpore?
h Et ſi dixerit auris / quoniã nõ ſum oculus/ non ſum de corpore. nũ ideo nõ eſt de corpore? ſi totũ corpus ocul⁹/ vbi audit⁹/ vbi odorat⁹
i Nũc autẽ poſuit De⁹ membra/ vnũquodq; eorũ in corpore ſicut voluit.

tiam. Alii donum curandi languores. Alli miraculorum quorumlibet, quæ ſupra naturã ſunt, operationem. a Alii, vt futura prædicat, ſiue occulta. Alii, vt ſpirituum valeat diſcernere ſuggeſtiones, ſermones, aut conſilia, Alii, vt variis poſſit loqui linguis. Alii, vt ſermones obſcuros queat patefacere. b Atque hæc omnia, vnus idemque ſpiritus, varie operatur in diuerſis diſtribuens ſingulis pro ſuo placito. c Sicut enim hominis alicuius corpus, vnum cum ſit, propter membrorum in vnum compaginationẽ, ex multis tamen membris conſtat: omnia vero corporis membra, cum ſint multa & diuerſa, vnum tamen corpus cõponunt: ita eſt de Chriſto & eccleſia. d Sunt enim omnes fideles vnum corpus, per ſpiritum ſanctum compaginati, cuius caput eſt Chriſtus. Nam vnus ille, idemque ſpiritus, per quem omnes in baptiſmo ſumus viuificati, nos in vnum corp⁹ componit: Omnes, inquam, ſine delectu, tam Iudæos quam Gentiles, tam ſeruos quàm liberos, abſque perſonæ reſpectu: e & eundem omnino ſpiritum, omnes qui credidim⁹, accepimus: per quem adinuicem conglutinamur, & in vnum corpus componimur. f Nam & corpus non vno conſtat membro, ſed multis. g Si dixerit pes, ideo ſe non eſſe de corpore, quia manus non eſt: vel auris, quia oculus non eſt, num ideo verum erit, ea non eſſe de corpore? h Si enim ſingula mẽbra corporis eſſent oculus, non eſſet locus auditui, qui debet in aure conſiſtere & non in oculis. Et ſi ſingula eſſe t auris, non eſſet locus odoratui, qui in aure nõ poteſt, ſed in naribus debet, habere locũ. i Nunc vero Deus collocauit ſingula mẽbra in corpore, pro ſuo placito: & quemadmodum vnicuiq; nouit pro ſua conditione expedire ac conuenire, ſic vnicuique locum dedit. a Si autem eſſent

eſſent omnia membra vnum membrum,non eſſet corpus,quod eſſe debet ex variis membris diuerſa habentibus officia,compaginatum. b Secundum veritatem autem,membra quidē ſunt multa & varia in corpore, ex ipſis autem vnum conflatur corpus. c Non poſſunt autē membra ſeinuicem aſpernari, vt dicat oculus manui, opera tua non indigeo:aut caput pedibus,non eſtis mihi neceſſarii. d Imo vero membra quæ videntur eſſe infirmiora, ſunt amplius neceſſaria iis, quæ videntur eſſe robuſtiora magiſque valida:quemadmodum de oculis eſt, qui & teneri ſunt, & maxime homini deſeruiunt. e Illa etiam quę ignobiliora reputantur,ſolemus tegumentis honeſtis abſcondere, atq; ita honorare. f Membra vero quæ in nobis ſunt fœdióra ſiue pudenda,his ſecundum conſuetudinem, abundantiorem cultum atque ornatum ſolent homines ſuperaddere. Id quod tam in viris quàm fœminis,promptum eſt conſpicere.Cum hæ quidem,cingulis aureis ventrem ſoleant ornare: Illi, ſuos lumbos baltheis aureis aut ſimilibus. g Honeſtiora autē membra noſtra, nullo egēt ſuperaddito cultu exornari: quemadmodū frontē,in qua decor hominis relucet,& faciē, nemo tegit. h Deus enim ad æqualitatem quandā ita ordinauit de corpore, volens cui ex natura deeſt honeſtas, tribui abundantiorē arte honorē: i vt nō ſit inæqualitas in corpore,aut diſcordia (more humano loquēdo) quę ſolet inter hoīes ex inęqualitate procedere,ſed vt coīter ſint pro inuicē membra ſolicita. a Et ſi quid patitur aliquod mēbrorū,condolēt cætera, ſibiq; mutuo ſuccurrere ſtudēt. b Siue etiā reficitur aut gaudet aliquod membrorū,cōgaudēt illi cætera. c Vt aūt hāc mēbrorū et corporis cōparationē ꝓpoſito aptem⁹,dico quod vos (quaten⁹ p

a Quod ſi omnia eſſent vnū membrū vbi corpus?
b Nunc aūt multa quidem membra/ vnum autē corpus.
c Non poteſt autē oculus dicere manui/ opera tua nō indigeo/ aut iterū caput pedib⁹/non eſtis mihi neceſſarij.
d ſed multo magis que videntur membra corporis infirmiora eſſe/neceſſaria ſunt.
e Et que putamus ignobiliora mēbra eſſe corporis / his honorē abundantiorem circundam⁹.
f Et que inhoneſta ſunt noſtra/ abundantiorem honeſtatem habent.

g Honeſta autē noſtra nullius egent.

h Sed Deus tēperauit corpus ei cui deerat/ abūdantiorē tribuēdo honorē
i vt non ſit ſchiſma corpore/ ſz in idipſū pro inuicē/ ſolicita ſint membra.
a Et ſi quid patitur vnū membrū/ cōpatiūtur oīa membra.
b Siue gloriatur vnum membrū/ ꝯgaudent oīa membra.
c Uos autem eſtis corpus Chriſti / et membra de mēbro/

d Et quoſdam quidem poſuit Deus in eccleſia primum Apoſtolos.

e ſecundo Prophetas/

f tertio doctores/

g deinde virtutes/

exinde gratias curationū/ opitulatiões gubernationes/

genera linguarum/ interpretatiões ſermonum.

h Nunquid omnes Apoſtoli? Nunquid oēs prophete? Nunquid oēs virtutes? Nunquid oēs gratiam habent curationū? Nūquid oēs linguis loquūt? Nunquid omnes interp̄tantur?

i Emulamini autē charismata meliora

a Et adhuc excellētiorem viam vobis demonſtro.

TEXTUS. CAP. Decimumtertium.

a Si linguis hominū loquar ⁊ angelorū: charitatē aūt nō habeam/ factus ſum

vnitatem fidei & ſpiritus, ſimul cum Chriſto capite et nobiſinuicem vniti) eſtis corpus Chriſti, cuius ipſe eſt caput: & ſinguli membra eſtis, per charitatis vinculū proximis mēbris cohærentia, & abinuicem membrum à membro pendentia, ſic vt adinuicem vniamini, inuicemque deſeruiatis. d Et quoſdam quidem conſtituit Deus in corpore Eccleſiæ, Apoſtolos: qui ſunt primi ordinis, quibus Eccleſiæ regimen, à Deo eſt commiſſum. e Secundo loco Prophetas, cœleſtium reuelationum immediate capaces. f Tertio, doctores populorum: qui inſtituti ſunt, vt ſuos ſermones auditoribus aptantes, doceant paſcantque populum, tam verbo quàm exemplo. g Deinde, ſignorum ac prodigiorum mirabiliū operatores. Deinde, habentes gratiam curationum. Quoſdam item dedit, qui poſſint opem ferre aliorum miſeriis, quoſdā potentes recte gubernando, ſanctorum prodeſſe neceſſitatibus: quoſdam variis linguis valentes loqui: quoſdā potentes abditos ſermones explicare. Non donat autem Deus ſimul omnibus omnia. h Non enim omnes ſunt Apoſtoli, neque omnes Prophetæ, neq; omnes doctores, neq; omnes operatores virtutum ſunt, neque omnes curare valēt, neq; omnes linguis loqui, neque omnes interpretari. i Et quia non poteſtis ſinguli habere omnia, ſectamini atque deſyderate habere quæ ſunt ex his donis potiora. a Super hęc autem omnia, adhuc excellētiorem vobis vitæ viam (nempe charitatem) demonſtrare propono, de cuius virtute latiorem aliquanto & altiorem nunc ordimur ſermonem.

ELVCIDATIO CAP. XIII.

a Si ſecundum angelorum intelligentiam, pariter atque hominum linguas diuerſas, magnificos ſermones nouerim loqui, ex dono Dei gratuito, & ipſe

ipſe non habeam charitatem, factus ſum velut æs ſonitum emittens,aut cymbalum tin=niens:quod aliis quidem proficit ſuo ſono,ſibi nihil. b Et ſi per prophetię donum, abdita omnia nouerim myſteria, & omnem agēdarum rerum habeam ſcientiam, fidemque tam validam,vt maxima valeam eius vir=tute miracula ædere,cuiuſmodi eſt(exempli gratia)montes de loco in locum transferre, hæc autem habens,ſolam non habeam charitatem,nihil mihi prodeſſe poſſūt hęc omnia. c Et ſi per miſericordiam viſceroſam, opi=tulando pauperibus,erogauero omnes facultates meas in vſus pauperum neceſſarios: d Si denique corpus meum tradidero , vel ad ignem, pro fideli gubernatione creditorum, vel alia quauis de cauſa : niſi in his omnibus adſit charitas, nihil mihi prodeſſe valebunt iſta,quantumuis magna,& mirandæ virtutis opera,videantur. e Hæc ipſa charitas, patientes reddit atque benignos,nec inuide=re ſinit,neque procaciter aut peruerſe agere nec intumeſcere intra ſe,neque ambire honores. f Non patitur eum in quo eſt,ſui tan=tum rationem habere:ſed etiam quæ vtilitatis ſunt aliorum,nempe proximorum , facit attendere. g Neq; permittit ad iram concitari ,neq; malum ſuſpicari,aut meditari do-los. Neq; poteſt lætari de peccato:ſed in veritate vitę exultat,cum proximos videt in veritate ambulantes. h Omnia ſufferenda facile perpeti facit,& cuncta credere credenda & ſperanda ſperare, atq; per patientiam expectare. i Charitas,vt hic incipitur ſic nec in futuro nos deſeret,ſed nobiſcum permanebit in patria. a Veniet enim quādo nec prophetiæ donum erit,vtpote in patria , vbi o=mnia clare videbimus: quando & linguarū donum ceſſabit, & ſcientia iſta quę nunc eſt per ſpeculum, de creaturis & corporeis actionibus,

velut es ſonās / aut cymbaluz tinniens.

b Et ſi habuero ꝓ=phetiam: ⁊ nouerim myſteria omnia: ⁊ omnem ſcientiam: et=ſi habuero omnez fidem / ita vt montes transferam: charitatem autem non ha=buero nihil ſum.

c Etſi diſtribuero in cibos pauperū oēs facultates meas:
d ⁊ ſi tradidero corpus meum ita vt ardeam / charitatē autem nō habuero: nihil mihi prodeſt.

e Charitas patiēs eſt benigna eſt. Charitas non emulatur non agit perperaz/ non inflatur / nō eſt ambitioſa/
f non querit que ſua ſunt/

g Nō irritat/nō co=gitat malū/nō gau=det ſup iniquitate ⁊ gaudet aūt veritati.

h Omnia ſuffert/ o=mnia credit/oia ſperat / omnia ſuſtinet.

i Charitas nunquā excidit/

a Siue prophetie euacuabuntur / ſiue lingue ceſſabūt ſiue ſcientia deſtruetur.

onibus, nullum habebit vſum. Charitas autem de ſe nunquam nos deſeret, nunquã deficiet, ſed in futuro eadem ipſa, etiam perfectior, in nobis erit, & validior ad actus ſui executionem. b Pro hoc ſiquidem rerum ſtatu, cognoſcimus tantum imperfecte, per ſcientiam iſtam quam modo habemus: et imperfecta eſt, etiam prophetica cognitio, quã per ænigmata habemus. c Neceſſe eſt autem vt adueniente eo quod perfectum eſt, id quod imperfectum eſt cedat, detque locum perfectiori. Vnde patet, et ſcientiam iſtam, et prophetiam quę modo eſt, propter ſuam imperfectionem, in futuro cedere debere illi clariſſimę viſioni et agnitioni perfectę, quę ſubſequetur. Ecce analogiam vobis propono. d Quum eſſem paruulus, vt paruul⁹ loquebar, vt prauulus iudicabam, quæ puerorum erant, & quæ illi ſolent, cogitabam. e Factus autem vir, reliqui quę puerorum erãt: ita vt nec illorum more iudicarẽ, nec loquerer. f Ad eundem modum videmus nunc diuina, imperfecta cognitione, velut per ſpeculum, per creaturas in ænigmate, in ſpeciebus, quas ſibi intellectus format: tunc autem videbimus Deum aperte, velut facie ad faciem, ſine vllo ænigmate aut medio. g Nũc im perfecte cognoſcimus: tunc autem manifeſte ac ſine ænigmate Deum cognoſcemus, ſicut ipſe nos aperte nunc, ſine intermedio, conſpicit. h Pro hoc autem ſtatu, manent hæc tria: fides, ſpes, charitas. Inter quæ tria, charitas eſt maior, & præcellentiſſima omnium virtutum.

b Ex parte enim cognoſcimus, & ex parte prophetamus.

c Cum autem venerit quod perfectum eſt, euacuabit quod ex parte eſt.

d Cum eſſem paruulus: loquebar vt paruulus, ſapiebaz vt paruulus, cogitabam vt paruulus.

e Quando autez fact⁹ ſũ vir, euacuaui que erãt paruuli.

f Uidemus nunc p ſpeculũ in enigmate tunc autem facie ad faciem.

g Nũc cognoſco ex parte, tunc autẽ cognoſcam, ſicut & cognitus ſum.

h Nũc aũt manent, fides, ſpes, charitas, tria hec, Maior autem horũ eſt charitas.

ELVCIDATIO CAP. XIIII.

a Omni ergo ſtudio quærite charitatem. Nihilominus & ſpirituales gratias reliquas deſyderate, & habere conemini. Præ cæteris vero, prophetiæ donum: quod multo eſt potius, dono linguarum,

TEXTUS. CA. Decimumquartuz.

a Sectamini charitatẽ, emulamini ſpiritualia, magis aũt vt prophetetis.

rum. b Nā qui lingua loquitur auditorib⁹ peregrina, nō ad hominū proficit ædificationem, ſed ad dei tātum gloriam, cuius laudes prædicat. c Nā auditorum nemo intelligit quid ille peregrina lingua dicat: & tamen ſpirituali dono coram deo, loqui contingit magna myſteria. d Item qui per prophetiā occulta explicat myſteria loquitur hominibus: ſiue ædificando & inſtruendo indoctos, ſiue excitando torpentes, ſiue conſolādo deiectos. d Qui aūt lingua peregrina loquitur non intellecta auditoribus, ſibi ſoli prodeſt, ſeipſum ſolum excitans in dei laudibus. Qui vero per prophetiam occulta fidei myſteria exponit hominib⁹, populum dei (vt iam mōſtratum eſt) multis modis ædificat. e Ne autem me exiſtimetis hæc dicere in derogationem ac vilipenſionem linguarum, optarē ſane, ſingulos veſtrum donum ſuſcepiſſe linguarum. Non enim mihi hoc donum diſplicet: ſed quod melius eſt prefero, nempe prophetię donū, & tanquā vtili⁹, ſuadeo magis deſiderandū. f Præcellit eñ linguis loquētem, qui prophetiam habet, niſi cū dono linguarum, iunctum ſit interpretationis donū. Magni enim æſtimandum foret linguarū donum, ſi coniunctam haberet interpretādi gratiam. g Et nūc fratres mei, ego ipſe ſi ad vos veniens cœpero linguis peregrinis inter vos eloqui magnalia, in nulla re ero vobis vtilis Secus, ſi reuelationes diuinorum myſteriorū aut angelorum cognitionem, aut futurorū euētum, aut doctrinam quamlibet aliā, quæ vel ad morum vel ad fidei rectitudinem faciat loquar. h Imo vero vel in rebus inanimatis, per quā facile eſt videre, quod diximus Huiuſmodi enim ſonū dantia, veluti tibia ac cithara, quum per flatum canentis, aut pulſum ferientis ſonum emittunt, nunq̄ intelligent audiētes quid tibia canatur, aut quid

b Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, ſed Deo.
c Nemo enim audit ſpirit⁹ autem loquitur myſteria.
d Nam qui prophetat, hominib⁹ loquitur ad edificationē, & exhortationem, & conſolationem.
d Qui loquitur lingua, ſemetipſum edificat: qui autem prophetat eccleſiā Dei edificat.

e Uolo autem omnes vos loqui linguis, magis autem prophetare.

f Nā maior eſt qui prophetat q̄ꝫ qui loquitur linguis, niſi forte interpretetur vt eccleſia edificationem accipiat.

g Nunc autem fratres, ſi venero ad vos linguis loquēs quid vobis prodero niſi vobis loquar, aut in reuelatione, aut ſcientia, aut in prophetia, aut in doctrina?
h Tamen q̄ ſine aīa ſūt vocē dātia, ſiue tibia ſiue cythara niſi diſtinctionē ſonituū dederit, quō ſcietur id quod canitur, aut quod cytharizatur?

cithara pulſetur,niſi diſtinctio adſit ſonorũ & vocis:ſecundum quam,quod canitur aut

i Et ei ſi icertãvocẽ det tuba / ds para bit ſe ad bellũ?

pulſatur,poſſit intelligi & diſcerni. i Itẽ tuba,ſi non ſonitu indiſtinctoclangatur,abſ q; certa clangoris modificatione, nemo ſe ar mabit ad prælium:propterea quod non in- telligant milites quid velit illa ſonitus con- fuſio.

a Ita & vos p liguã niſi manifeſtũ ſermo nẽ dederitꝭ / quõo ſcie tur id qđ dicit? Eri tꝭ ei i aera loquẽtes

a Ad eundem modum vos quoque niſi per linguam ſermonem loquamini au- ditoribus notum,qui mentis conceptum poſ ſit apud audientes facere manifeſtum, quis intelliget?Sic enim loquentes ſine fructu, in uanum aerem tantum ferietis.

b Tã multa vt puta genera linguarũ ſũt in hoc mũdo / & nihil ſine voce eſt.

c Si ergo neſciero vꝛ tutẽ vocis / ero ei cui loquar barbarus / & qui loquitur mihi barbarus.

b Sane,plu rima ſunt idiomata in mundo:nullum vero ſine vocum diſtinctione, articulationeque certa ſermonis ,fieri conſtat. c Ergo ſi virtutem ſignificationis vocabulorum ne- ſciero aptare auditoribus,ero auditori,cui lo quor lingua peregrina, velut barbarus:& qui mihi loquitur eo pacto mihi erit quan- tum ad ſermonem peregrinus , atq; extra- neus,& prorſus incognitus.

d Sic & vos / qm̃ emu latores eſtis ſpũuꝫ / ad edificationẽ ec- cleſie quęrite / vt abũ detis.

d Vos itaq; qui omnino auide quæritis ſpiritus dona,vi dete vt ea potiſſimum ſectemini, quæ abun dantiorem eccleſiæ afferunt fructum & ędi ficationem,vt fructum abundantiorem face

e Et ideo qui loquit lingua oret vt inter pretetur.

re valeatis.Ideoq; , qui iam linguarum do- num habet,poſtulet vt ſimul & interpreta tionis donum acquirat. Loqui enim lingua ſine intelligentiæ atque interpetationis gra tia non maltum eſt ad ædificationem eccle- ſiæ.

f Nã ſi orẽ lingua / ſpũs mens orat / g mens aũt mea ſi- ne fructu eſt.

f Nam ſi per linguarum donum elo- quar orationem,ſpirit⁹ quidem donũ(quod in orante eſt)facit me orare: g ſed manet ſine fructu mens quæ ea non intelligit,quæ ſpiritus dono lingua orat .Nam qui linguis tantum loquendi donum acceperunt,ſine ꝓ phetia atque interpretatione:ſubinde,quum vel orationem,vel pſalmum,vel alia dei ma gnalia proferunt,nihil eorum ipſi intelligũt

men

mente. Spiritus enim dono, ad hęc eloquenda aſpirantur atque impellunt. h Quid ergo eſt his in rebus deſyderandũ, & præferendum? Nimirum, vt & ore per linguæ donũ, pariter & mente per prophetiam, oremus, Item, vt ore pſallamus, pariter & mente.
i Cæterum ſi ſpiritus tantum aſpiratus dono, lingua peregrina gratias agas ac benedicas, quis erit tibi idiota reſpondens? Aut quis ad benedictionem tuam reſpondere poterit, Amen: b Quum non intelligant auditores, quicquam eorum quæ tu dicis?
c Non quod tu male benedicas, ſed quia nõ ædificantur aſtantes, eorum quæ tu profers prorſus nihil intelligentes. d Ego quoque pro magno reputo, & gratias ago Deo, quod omnium veſtrum linguis loqui poſſũ.
e Sed in congregatione fidelium, malo paucula aliquot verba, cum mentis intelligentia proloqui, vt & ipſe ea intelligam, & ſimiliter cæteri quos adeſſe contigerit, quàm per linguam ſolam abſque intellectu, plurima verborum milia. f Fratres mei nolite pueros vos exhibere iudicio & diſcretione: Vt ea magis miremini quę magis noua ſunt cuiuſmodi eſt donum linguarum: ea vero minus, quæ licet vtiliora, tamẽ minus noua ſunt minuſque ſpectabilia, cuiuſmodi eſt donum prophetiæ. Nam puerorum eſt hoc iudiciũ, vt non quæ vtiliora ſunt, ſed quæ magis noua aut magis delectabilia, prę eligant:
g Sed in malo ſimplices, & innocentes, atque ita pueros, vos eſſe deſidero: h Iudicio tamen & diſcretiõe electionis, viros: vt quæ magis ſunt vtilia, magis miremini, & deſyderetis magis. i De linguarum autem dono, apud prophetam legimus ex ore domini ita dictum: Quoniam in variis linguis & in variis loquendi modis, loquar obſtinato iſti iudaico populo: & ne ſic quidem, ad me conuer-

h Quid ergo eſt? Orabo ſpũ / orabo et mẽte: pſallã ſpũ pſallã τ mẽte.

i Ceterũ / ſi bñdixeris ſpiritu / qͦs ſupplet locũ idiote? quõ dicet amẽ: ſuper tuã bñdictionẽ?
b Qm̃ quid dicas neſcio.
c Nã tu qdẽ bñ gratias agis / ſed alter nã edificãt:
d Gras ago deo meo quod oĩ veſtrũ lingua loquor.
e Sed in eccleſia volo quinqꝫ verba ſenſu meo loq̃ vt τ alios inſtruã quã decẽ milia verborũ in lingua.
f Frẽs / nolite pueri effici ſenſib⁹.

g Sed malicia paruuli eſtote /
h ſenſib⁹ aũt pfecti eſtote.

i In lege eſt ſcriptũ eſt. Qm̃ in aliis linguis τ labiis aliis loquar populo huic τ nec ſic exaudiẽt me dicit dñs.

a Itaq; lingue in ſi-
gnũ ſũt non fidelib⁹
ſed infidelibus/ pro
phetie aũt/ nõ infi-
delib⁹/ ſed fidelib⁹.

b ſi ergo cõueniat vni
uerſa eccleſia i vnũ/
⁊ oẽs linguis loquã
tur/ intrãt aũt idio-
te/ aut infideles/

nonne dicent / quid
inſanitis?

c Si aũt oẽs pphe
tent/ intret aũt qs
infidelis vel idiota/
conuincit ab oibus/
dijudicatur ab oib⁹
d Occulta ei cordis
ei⁹ manifeſta fiũt/ ⁊
ita cadens in faciẽ
adorabit deũ/ pnun
cians quod vere de
us in vobis ſit.
e Quid ergo eſt fra
tres?
f Cũ cõuenitis vnuſ
quiſq; veſtrum pſal
mũ hʒ/ doctrinã hʒ
apocalipſim habet/
linguã habet/ inter
pretationẽ habet/
omnia ad edificatio
nem fiant.

g ſiue linguis qs lo
quitur/ ſcdʒ duos/
aut vt multũ tres/ ⁊
per partes.
h ⁊ vn⁹ interpretet.
i ſi autẽ non fuerit

tentur. a Vnde claret, linguas non eſſe
datas, ad eorũ qui iam crediderunt ædifica-
tionem, ſed magis tanquam prodigia dari,
ad infidelium conuerſionem. Contra vero,
prophetiæ donum, potius ad fidelium æ-
dificationem, quàm infidelium conuerſio-
nem, datur. b Ecce enim vniuerſa eccle-
ſia conueniente in vnum, ſi cœperint cõgre
gati omnes fideles linguis variis loqui, &
introire contingat infideles aut idiomata il
la peregrina ignorantes, qui nihil eorum
quę illi dicunt intelligunt, non modo nihil
ædificabuntur, verum etiam turbabuntur,
magis exiſtimantes illos quaſi inſanos & ar
reptitios loqui, & mentis nõ eſſe compotes.
c Si vero omnibus viciſſim & bono ordine
prophetantibus, & occulta idiomate noto
reuelantibus, ingredi contingat infidelem
aut idiotam quempiam, conuincitur ab om
nibus, d & de occultiſſimis quoq; cordis
ſui diiudicabitur, & fient manifeſta quæ ne
mini fuerant hominum cognita, niſi ſoli deo
atque proinde cum omni reuerentia, proci-
dens in faciem ſuam, Deum adorabit procla
mans deum in fidelibus ſuis vere inhabitare.
e Vultis ergo fratres mei, cognoſcere, quid
his in rebus ſit faciendum? Audite me Apo-
ſtolum veſtrum. f Quoties in vnum con-
uenitis, quiſquis ſiue pſalmum à deo accepit
ſiue morum doctrinam, ſiue occultorum re
uelationem, ſiue linguarum, ſiue interpre-
tationis gratiam, ſtudeat ad id quod acce-
pit, ad cõmunem eccleſię vtilitatem ordine
& modo congruis, proferre: vt modo & or
dine ſeruato, fiat ædificatio, non confuſio.
g Ita vt ſi lingua loqui cõtingat, permittan
tur duo, aut vt multũ tres linguis loqui. &
alius poſt aliũ. h Sit autẽ vnuſquiſpiã, qui
interpretetur ea quę lingua peregrina pnũ
ciantur. i Si autẽ forte deeſſe contingat qui
poſſit

poſſit interprætari,in conuentu fidelium ſi-leat qui linguas tantum habet,abſque interprætatiõe.Secreto autem ſibi,& deo ad gloam loqui poſſit. a Inter prophetas quoqꝫ ſit hic ordo,vt duob⁹ aut tribus alio poſt alium loquentibus,cęteri prophetæ diiudicent eorum quæ prophetantur veritatem.

b Quum autem contigerit alterius qui tacebat mentem, ſpecialiter diuino dono ſuper propoſitis illuminari qui prior loquebatur, patienter cedat poſteriori. c Nam fieri poteſt, vt prophetarum ſinguli per partes prophetent:vt vniuerſi diſcant,dum alios audiunt,atque item vniuerſi ſuo ordine cohortentur,dum ipſi prophetant. d Et omnino in voluntate eſt prophetarũ,vt libere poſſint quando oportunum eſt,ſuę prophetię illuminationẽ loqui,& quando oportunum tacere,neqꝫ vt arreptitii oĩno coguntur. e Alioqui Deus ſæpenumero diſſentionis foret author,qui tamẽ eſt deus pacis:quẽadmodum & in aliis omnibus ſanctorũ eccleſiis p̃dico. f Quantum ad ſexum muliebrẽ attinet in conuentu fidelium ſolemni,vbi adſunt viri fideles,mulieres non loquantur:aliquo pacto, g Non enim,propter verecũdiam ſubiectiõis,permittitur eis loqui in eccleſia:quẽadmodum in libris moyſi in ipſo geneſis initio de mulieris ſubiectione legimus quũ ſub viri poteſtate conſtituitur. h Neque interrogare phas eſt eis publice,ĩ eccleſia: Domi viros ſuos interrogent,ſi quid volunt diſcere.

i Omnino em̃ turpe eſt mulieri(vt pote pſonæ ſubiectæ)in eccleſia fideliũ loqui:ſed ꝓpter verecundiam , in publicis conuentibus magis conuenit ſilere.Quid vero audẽt quidam obſiſtere ordinationibus Apoſtolicis,ꝓpter tumorem mundanę ſciẽtiæ? a An à vobis primitus verbum dei cœpit,aut ad ſolos vos peruenit : vt velitis vos reſpuere,quæ

cæterę

---

interpꝛes taceat/ i eccleſia aũt ſibi loquatur/ ⁊ deo.

a Pꝛophete aũt duo aut tres dicãt, ⁊ ceteri dijudicent/

b quod ſi alij reuelatum fuerit/ ſedenti/ pꝛioꝛ taceat.

c Poteſtis em̃ oẽs p ſingulos ꝓphetare vt oẽs diſcãt/ ⁊ omnes exhoꝛtentur.

d Et ſpũs ꝓphetaꝝ ꝓphetis ſubiect⁹ ẽ.

e Nõ eñ diſſẽtionis eſt de⁹/ ſed pacis: ſicut ⁊ in oib⁹ eccleſijs ſãctoꝝ doceo.

f Mulieres in eccleſijs taceant.

g Nõ eñ permittitur eis loqui/ ſꝫ ſubditas eſſe : ſicut ⁊ lex dicit/

h Si quid aũt volũt diſcere/ domi viros ſuos interrogent/

Turpe eñ eſt mulieri loqui in eccleſia.

a An a vobis verbũ dei ꝓceſſit aut in vos ſolos peruenit?

b Si quis videt ꝓpheta eſſe aut ſpūalis, cognoſcat que ſcribo vobis qꝛ dñi ſunt mādata,
c Si quis aūt ignorat, ignorabit,

d Itaq; frēs emulamini ꝓphetare.

e ⁊ loqui linguis nolite ꝓhibere,
f Oīa aūt honeſte ⁊ ſcdͦʒ ordinē fiāt i vobis.

cæteræ omnes fideles tenent eccleſiæ? b Quod ſi quis habetur inter vos, aut propheta, aut ſpiritualis in diuinis rebus edoctus: diſpiciat & conſideret, quoniã ſecundum deũ, & à deo ſunt mandata hæc, quę trado vobis. c Si quis autem per craſſam ſuam negligentiam, aut contemptum, ignorat quæ non ſunt ignoranda, illum quoque non agnoſcet Deus, vt admittat eum in gloriam ſuam. d Itaque (vt hanc materiam concludendo, finiam) prophetiæ donum, tanquam ſimpliciter melius & vtilius, ſuadeo magis deſiderandum, magiſque pro eo aſſequendo elaborandum. e Veruntamen neque prohibendum eſt linguarum donum, quum & ipſum ſit bonum. f Tantum, vt omnia decenter & bono ordine abſque confuſione fiant inter vos.

TEXTVS. CAP. decimumquintum.

a Notū aūt vobis facio frēs euāgeliū qđ ꝑdicaui vob', quod ⁊ accepiſtis, in quo ⁊ ſtatis, ꝑ qđ ⁊ ſaluamini:
b qua rōne ꝑdicauerim vobis, ſi tenet', niſi fruſtra crediditis

ELVCIDATIO CAP. decimiquinti.

HIs itaque priorib' diſſolutis quęſtionibus, & factis ordinationibus ad magnum reſurrectionis myſterium volumus accedere. a Ac primum quidem, pro huius dogmatis conſtabilitione, notum facio vobis de prædicatione euangelij quod prædicaui vobis, quod per fidem acceptaſtis credentes, in qua etiam nunc perſeueratis, in ſuſcepta ſemel fide bene ſtabiles, & per cuius fidem ſpem habetis ſalutis veſtræ: Notum, inquam, vobis facio, qua ratione Euangelium illud prædicauerim vobis, quoniam non rationibus humanis, ſed virtute diuina, ſi modo ea adhuc tenetis, & in eis perſeueratis, quæ per me ex deo vobis ſunt annunciata. Fruſtra enim fuerit, ſemel fidem Chriſti ſuſcepiſſe, ſi ſemel credita iam reſpueritis.

c Inter

c Inter prima enim & præcipua edocui vos, quemadmodum & ego à deo fui edoctus, quoniam chriſtus iuxta ſcripturarum veterũ teſtimonia, pro peccatis noſtris mortuus eſt, ac deinde ſepultus: poſt quæ, tertia die reſurrexit à mortuis, iuxta ſcripturarũ ſanctarum de eo prædicta teſtimonia.

c Tradidi enĩ vobis in primis: quod & accepi: quĩ xp̄s mortuus eſt ꝓ pctis nr̄is / ſcd̄z ſcripturas & qꝛ ſepultus eſt: & qꝛ reſurrexit tertia die ſecũdũ ſcripturas /

d Et in fidei confirmationem, apparuit Petro, & vndecim diſcipulis in vnum congregatis, propter metum Iudæorum. e & deinceps ſimul congregatis fidelibus in Galilæa, plusquam quingentis. Quorum multi, etiam nunc ſunt ſuperſtites, multi vero obdormierunt in domino. f Viſus eſt inſuper Iacobo, item diſcipulis atque Apoſtolis omnibus, in aſcenſione ſua. g Poſtremo & ego poſt aſcenſionem, velut intempeſtiue, vidi dominum, quemadmodum ſolet abortiuus fœtus tempore non congruo emitti.

d & qꝛ viſꝰ eſt cephe & poſt hec vndecim: e Deinde viſꝰ eſt plꝰ quã / quĩgẽtis frĩbꝰ ſimul / ex q̇bꝰ multi manent vſq; adhuc / q̇dã aut dormierũt / f Deinde viſꝰ eſt Iacobo / deinde aplis oibꝰ. g Nouiſſime aũt oĩʒ tanq̃ abortiuo / viſus eſt & mihi.

h Ego ſi quidem hac conſideratione, infimus ſum apoſtolorum, indignus apoſtoli nomine, quantum ex me quidem fuit: propterea quod perſequutus ſim eccleſiam dei.

h Ego enĩ ſũ minimꝰ apoſtoloꝝ: q̇ nõ ſum dignus vocari apoſtolꝰ / qm̃ pſequutus ſu eccleſiam dei /

i Attamen qui ex me nihil ſum, per dei gratiam ſum id quod ſum, nempe chriſto nunc credens, & apoſtolus & gratia eius in me nõ fuit ocioſa ſine operibus, ſed plus, cæteris omnibus, eam laboraui in opus expendere.

i Gratia aũt dei ſũ id quod ſũ: & gratia eius in me vacua nõ fuit ſʒ abũdãtiꝰ illis oibus laboraui.

a Non autem ego hos labores, quaſi ex me peregi: ſed per me dei gratia, cui ego per cõceſſam mihi arbitrij liberi poteſtatem, viriliter cooperor. b At vero, his omiſſis, parum refert, ſiue nos, ſiue cæteri apoſtoli plus prædicauerimus: certum eſt, quod ſic nos vt veri Apoſtoli prædicauimus, vti ſupra notum fecimus vobis & vos illa recte credidiſtis. c Si autem prædicamus Chriſtum, nos Apoſtoli a mortuis reſurrexiſſe: quæ eſt hæc quorundam audacia, vt audeant inter vos fideles aſſerere, non futuram reſurrectionẽ

a Nõ ego aũt ſʒ gratia dei mecum. b Siue enĩ ego / ſiue illi ſic predicauimꝰ & ſic credidiſtis. c Si autẽ xp̄s p̄dicatur quod reſurrexit a mortuis: quõ q̇dã dicunt in vobis /

qm̃ reſurrectio mor tuorꝫ non eſt?
d Si aũt reſurrectio mortuorꝫ nõ eſt/ neque xp̃s reſurrexit/
e Si aũt xp̃s non reſurrexit / inanis eſt p̃dicatio noſtra/ inanis eſt fides noſtra.
f Inuenimur aũt et falſi teſtes dei qm̃ teſtimoniũ diximꝰ aduerſꝰ deũ/ quod ſuſcitauerit xp̃z: quẽ nõ ſuſcitauit/ ſi mortui nõ reſurgunt.
g Nã ſi mortui nõ reſurgunt/ neqꝫ chriſtꝰ reſurrexit.
h Quod ſi xp̃s non reſurrexit/ vana eſt fides veſtra/
i Adhuc ei eſtis in peccatis veſtris.
a Ergo ꝗ̇ dormierũt in xp̃o/ perierunt/
b ſi in hac vita tãtũ i xp̃o ſperãtes ſumꝰ miſerabiliores ſimꝰ oibus hominibus.
c nũc aũt xp̃s reſurrexit a mortuis/
d primitie dormientium:
e quoniã quidem ꝑ

ctionem mortuorum hominum cæterorũ? d Ablata enim mortuorum reſuſcitatione auſertur & CHRISTI reſurrectio. Quoniam CHRISTI reſurrectio, efficiens cauſa eſt reſuſcitationis mortuorum. e At ſi CHRISTVS concedatur non reſurrexiſſe conſequitur ſtultam & vanam fuiſſe prædicationem noſtram ac proinde & falſam fuiſſe fidem veſtram, vt pote qua falſæ noſtræ prædicationi aſſenſeritis. f Inſuper & nos demonſtramur falſum teſtimonium dixiſſe aduerſus deum prædicantes de eo & attribuentes illi quod veritatis non eſſet. Prędicauimus enim, CHRISTVM à patre ſuo ſuſcitatum: quod falſum comprobatur, ſi mortuorum negetur reſurrectio. g Nam conſequitur optime, ſi nec reſurgant nec ſint reſurrecturi aliquando mortui, neque ipſe quidem chriſtus olim ſurrexit. h Hoc autem ſi admiſeritis, colligitur, nullum vos è fide veſtra, fructum percepiſſe. i Nondum enim dimiſſa ſunt vobis per fidem peccata veſtra ſi fides veſtra vera non ſit. a Rurſum conſequitur, fideles qui in fide Chriſti dormierunt, porſus periiſſe, ſicut beluas, nullam vltra bonorum operum mercedem expectantes. Quæ omnia fideles vos, quomodo tam abſurda feretis? b Profecto, ſi nos qui quotidie propter fidẽ chriſti affligimur & mortificamur, ſperantes eſſemus in Chriſto, ſolum in hac vita, in ea expectantes retributionem, ex iis quæ in hac vita, exiſtunt non expectando futura cœleſtia bona, eſſemus plane omnibus hominibus miſerabiliores, & infeliciores: vt pote, qui & pręſẽtibus & futuris gaudiis priuaremur. c Nnc aũt vera fides hæc eſt, quod Chriſtus ſurrexit, morte deuicta, d inter omnes mortuos primus ipſe & pręcipuus, tanquam primogenitus in multis fratribꝰ. e Ita eñ dicebat, per

vnum

Vnum hominem reſurrectionem fieri mor
tuorum, quomodo per Vnum hominem cæ
teri omnes facti ſunt carnis debitores. f
Et ſicut in Adam omnes mortui ſumus:
ita in CHRISTO vitam reſumemus æter-
nam. g Vnuſquiſque tamen in ſuo reſur
get ordine, ſtatus conditionis, atque meriti,
Primitiuus chriſtus, qui ſingulari gloria p̄
omnibus, tanquam primogenitus, reſurget
glorioſus. Deinde fideles eius, qui eius aduē
tum credentes expectauerunt, cum ſpei deſi
derio, ac ſtudio bonarum operationum.
h Poſt reſurrectionem autem completam
mortuorum, erit mundanæ mutabilitatis et
ſæculi conſummatio: quando penitus ho-
ſte ſubacto, filius patri regnum beatorū pa
catum reddet, plenum atque quietū, a eua
cuatis omnibus officiis, principatuū, poteſta
tum virtutū (tam quoad bonos. quàm quo
ad malos angelos) quandoquidem nullius
eiuſmodi miniſterijs vltra op⁹ erit. b Opor
tebit autem illis regnum perdurare eo vſq;
vt tandem perfecta ſubiectione, omnes ini-
micos ſuæ ditioni & poteſtati, ſiue volunta
rios, ſiue coactos pefecte ſubiiciat. c Omni
um vero poſtrema, deſtruet terribilis mors,
ita vt ſanctorum nulli deinceps noceat.
d Omnia enim pater (iuxta ſcripturam) ſub
iecit ditioni filii ſui. e Conſtat vero, cum
omnia dicit, omnia ſubiecta eſſe filio, excipi
à ſubiectione, patrem, qui filio ſubiecit om-
nia. f Cum autem cætera omnia fuerint fi
lio à patre ſubiecta, erit tunc & ipſe filius,
(quatenus ſcd̄m hūanitatē minor eſt) ſubie
ctus patri ſuo, vt ſit deus vn⁹ omnia implēs
& omnia in oībus: quod non eſſet, ſi filij re-
gnum diuiſū à patris fingeremus imperio, et
diuerſos deos fingeremus, patrem atq; filiū.
g Rurſum ſi reſurrectionē nō creditis vel
illorum vos fiducia confundat, qui tantum
reſurre

hoīez mors / ⁊ p ho-
minem reſurrectio
mortuorū.
f Et ſicut in adā oēs
moriunt / ita ⁊ i xp̄o
oēs viuificabūtur.
g Unuſquiſq; aūt in
ſuo ordine /
Primitie chriſt⁹ /
deinde hi q̄ ſūt xp̄i
qui aduētū ei⁹ credi
derūt.
h Deinde finis.
cū tradiderit regnū
deo patri.
a cū euacuauerit om
nē principatū / ⁊ po
teſtatē / ⁊ virtutem.
b Opꝫ aūt illū regna
re / donec ponat om
nes inimicos ſub pe
dib⁹ eius.
c nouiſſime aūt iimi
ca deſtructur mors.
d Oīa ei ſubiecit ſub
pedib⁹ eius.
e Cū aūt dicat: oīa
ſubiecta ſunt ei / ſine
dubio / p̄ter cū q̄ ſub
iecit ei oīa. f Cū
aūt ſubiecta fuerit
illi oīa / tūc ⁊ ipſe fi-
lius ſubiect⁹ erit il
li / q̄ ſubiecit ſibi oīa
vt ſit de⁹ oīa in oib⁹
g Alioquin quid fa
ciūt qui baptizātur

pro mortuis?

h Si oīno mortui nō resurgūt, vt qd & baptizātur pro illis?

i Vt quid & nos periclitamur oī hora? a quotidie morior, propter veſtrā gloriā quā habeo fratres, quā habeo in xp̄o ieſu dn̄o noſtro.

b Si ſcd̄m hominem ad beſtias pugnaui epheſi, qd mihi prodeſt, ſi mortui nō reſurgēt c Mād ucem⁹ & bibamus cras eñ moriemur

d nolite ſeduci corrūpūt bonos mores, colloquia mala

e Euigilate iuſti et nolite peccare. f ignorātiā eñ dei qdā habent.

g Ad reuerētiā vobis loquor. Sed dicet aliquis. h Qūo reſurgēt mortui? Quali aūt corpore venient? i Inſipiēs tu, qd̄ ſeminas nō viuificatꝰ, niſi pri⁹ moriatꝰ.

a Et quid ſeminas?

reſurrectioni tribuunt: vt eius ſpe, etiam pro mortuis olim ſine baptiſmo amicis, iudicauerint viuos baptizandos. h Quorſū vero hoc facerēt, ſi reſurrectionis ſpem non haberent? Licet enim in parte aliqua errent, exiſtimantes poſt mortem baptiſma prodeſſe, tamen oſtenditur liquido, quantam illi fidem reſurrectioni habeant. i Quod ſi horum errantium nihil vos mouet exemplum ecce noſipſi, putatis, tāta pericula per ſingulos dies vellemus perpeti? a Nam per ſingulos pene dies, in mortis periculis atq; afflictionibus verſamur, propter gloriā quam habeo, quæro, & ſpero de veſtro profectu, in Chriſto Ieſu Domino noſtro. b Iterum quod ſecundum rationem viriliter agens, metu ſenſus poſtpoſito, etiam cum beſtiis pugnare apud Epheſum nihil formidaui, quid mihi prodeſt, ſi non eſt futura mortuorum reſurrectio? c Potius dicendum cum cæteris mihi eſſet: Manducemus & bibamus fruentes deliciis huius ſęculi, donec viuim⁹, quoniam nobis inſtat mors, poſtquam nulla reſtat voluptas. d Attendite vobis fratres mei & ne vos ſinatis ab eiuſmodi ſeductorib⁹ ſeduci. Bonos enim mores, facile praua euertunt colloquia. e Magis autem exurgite ad iuſtitiam, nec vlli deinceps peccato ſubiiciamini. f Sunt quidam inter vos qui ignorant quæ de Deo ſcire debent, quos mea iſta reſpicit admonitio, vt euigilent. g Loquor hæc vobis, vt vel per verecundiam emendemini, qui eiuſmodi eſtis. At dicat forte quiſpiam. h Quonam modo reſurgent mortui, & quali in corpore redibunt: eodem ne an alio? i Vel ex iis quæ in natura fiunt, diſce ô inſipiens, diuina ſapere. Ecce, quod tu ſeminas, non reuiuiſcet fructificādo, niſi per putrefactionem fuerit mortuum. a Cum autem ſeminas, non corpus illud

illud quod futurum eſt naſciturumq́ ex grano ſeminas: ſed ſimplex tãtum granum, vel tritici vel alicuius alioru̅ granorum ſiue ſeminum. b Pro ſuo autem arbitrio donat Deus ſeminato atque in terra poſito grano illi corpus, quod ex ipſo enaſcatur & vnicuique ſemini, iuxta ſuę naturæ conditionem. Sic neque mirum, ſi per virtutem Dei, corpora reſurgant alia, quàm fuerint ſeminata.

c Rurſum, non omnis caro alteri eſt ſpecie ſimilis: ſed diuerſæ ſunt, & ſpecie & qualitatibus, carnes hominum, pecorum, volucrum, atque quadrupedum. d Et diuerſa ſũt corpora cœleſtia, à terreſtribus. Et ſingularem habent admirabilemq́ gloriam corpora cœleſtia, quàm terreſtria non habent. Rurſum, ſol, luna, & ſtellæ, Imo ſtellæ abinuicem differunt, alia ab alia, in claritate. e Proportionaliter eſt conſyderanda in reſurrectione corporum differentia: nõ ſolum ſeminati ad reſurgens, ſed etiam reſurgentium adinuicẽ.

f Sepelitur quidem et terrę commendatur, corruptioni obnoxiu̅ cadauer: reſurget vero idem illud in immortalitate, & omnimoda impaſſibilitate. g Seminatur obſcurum et vile: Reſurget in gloria & claritate nimia. h Seminatur tardum et impotens, a quibuſlibet facile patiens: reſurget autẽ agile et potens, ſic vt a nullo deinceps nocumentu̅ pati queat. i Seminatur corpus animale, cibis & potibus indigẽs, Reſurget autẽ ſubtile et ſpirituale, nullis eiuſmodi indigẽs. a Sicut enim eſt corpus modo animale, ſic & ſpirituale, quod ſuo tẽpore apparebit in gloria. b Ac de animali quidem corpore legimus in Geneſi, quemadmodum primus homo fact⁹ ſit per animam & vitam a Deo participantem, & corpori vitam dantem: atq́ hæc quidem vita animalis eſt. c Quo contra, de ſecundo Adam ac nouiſſimo, nempe Chriſto,

nõ corp⁹ quod futurũ eſt ſeminas/ ſꝫ nudum granum/ vt puta tritici/ aut alicuius ceterorum.

b Deus aũt dat illi corp⁹ ſicut vult ⁊ vnicuiq́ ſeminuꝫ proprium corpus.

c Non omnis caro/ eadeꝫ caro/ ſed alia hominũ alia pecorꝫ alia volucrum/ alia autem piſcium:

d Et corpora celeſtia ⁊ corpora terreſtria: ſꝫ alia quidem celeſtiũ gloria/ alia aũt terreſtriuꝫ/ alia claritas ſolis/ alia claritas lune ⁊ alia claritas ſtellarꝫ. ſtella enim a ſtella differt in claritate.

e ſic et reſurrectio mortuorum/

f Seminatur in corruptione/ ſurget in incorruptione.

g Seminat̃ i ignobilitate ſurget i gl̃ia.

h Seminat̃ i infirmitate/ ſurget in virtute.

i ſeminatur corpus animale/ ſurget corp⁹ ſpũale

a Si eſt corp⁹ animale: eſt ⁊ ſpũale/ ſicut ſcriptum eſt:

b Factus eſt prim⁹ homo Adam in animam viuentem:

c Nouiſſim⁹ Adã in ſpiritũ viuificantẽ/

d Sed non prius/ quod ſpirituale eſt/ ſʒ quod aiale eſt/ deinde quod ſpirituale.

e Primus homo/ de terra terrenus/ ſecũdus homo/ de celo/ celeſtis/

f Qualis terrenus/ tales ⁊ terreni: Et qualis celeſtis/ tales ⁊ celeſtes.

g Igitur ſicut portauimus imaginem terreni/ portemus ⁊ imaginem celeſtis.

h Hoc autẽ dico fratres/ quia caro ⁊ ſãguis regnũ Dei poſſidere nõ poſſunt: neque corruptio incorruptelã poſſidebit.

i Ecce myſteriuʒ vobis dico.

a Omnes quideʒ reſurgemus/ ſed nõ omnes immutabimur.

b In momento/ in ictu oculi/ in nouiſſima tuba.

c Canet enim tuba/ ⁊ mortui reſurgent incorrupti/

d ⁊ nos immutabimur/

e Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem/ ⁊ mortale hoc/ induere immortalitatem.

dici poteſt quod natus ſit ſecundum ſpiritũ, omnes credentes(qui ſunt corporis eius mẽbra)viuificantem. d Veruntamen nõ prius ſpirituale corpus debebat eſſe quàm animale. Sed ab imperfecto animali(vt nũc eſt) perueniri debet ad perfectum, quod eſt ſpirituale. e Primus homo, de terra, terrenus fuit: ſecundus homo, cœleſti operatione miraculoſe genitus, cœleſtis, quia de cœlo. f Illi primo terreno conformes ſunt, omnes terreni: Cœleſti huic, nempe Chriſto, adſimilabuntur omnes cœleſtes, qui ſunt de cœlo regenerati, ſpiritu eodem. g Quo vt pertingere valeamus, fratres mei, certemus nunc Chriſti imaginem et ſimilitudinem bonis actibus exprimere: quemadmodum hactenus vita mala, veteris Adæ imaginem, in nobiſipſis portauimus, illique ſecundum animalẽ & carnalem vitam concupiſcentię noſtræ aſſimilati ſumus. h Hoc autem iccirco dixerim, quoniam qui ſecundum carnem, & deſyderia mala concupiſcentiæ viuunt, regnũ Dei non poſſidebunt: neque qui corrupte vixerit, poterit immortalitatem glorioſam adipiſci. i Ecce altius vobis, ſuper modo & ordine reſurrectionis, pando myſterium. a Omnes quidem omnino reſuſcitabimur, boni atque mali, & ad vitam vniuerſi reuocabimur, ſine exceptione: at non item omnes per gloriam immutabimur. b Complebũtur omnia in momẽto, in oculi ictu, tubę nouiſſimæ ſonitus miniſterio. c Facto namque tubæ ſigno, mortui reſurgent integri, et in membris completi, nullam poſthac mortem viſuri. d Specialiter autem iuſti ac boni(de quorum numero etiam me fore confido)ad gloriam immortalitatis atque impaſſibilitatis immutabuntur. e Oportet enim corpus hoc, quod nunc eſt corruptibile, ornari tunc incorruptibilitate, & quod nunc eſt mortale

mortale, veſtiri immortalitate. i Cum vero mortalitate exuta, corpus hoc factum fuerit immortale, tunc impletus erit ſcripturæ ſermo, qui dicit, mortem per Chriſti victoriam deuictam atque contritam. g Nunc igitur ô mors tu, quæ ſoles dominari omnibus, vbi nunc eſt tua illa victoria, qua ſoles ſuper omnes triũphare? vbi eſt nunc ô mors, gladius ille quo ſoles occidere animas? Certe Chriſtus vtrunque deſtruxit, per mortem ſuam. h Gladius enĩ quo interficitur anima eique vita aufertur, peccatũ eſt. i Lex vero adeo non abſtulit, neque mortem, neque peccatum ſtimulum eius, vt ipſa etiam per occaſionem increſcerit peccata. a Iuxta veritatem ergo, Deo agamus gratias, qui per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium ſuum, nobis perfectam fecit victoriam, à peccato & eius pœna, morte ęterna, nos liberans. b Tandem igitur concludens, moneo vos fratres mei dilecti: vt ſtabiles in fide ſancta permaneatis, neque vllo pacto amoueamini ab eo in quo ſtatis firmo fidei fundamento proficientes ſemper in omni opere quod placitum eſt domino. c Iam enim comprobatum eſt, & ſcitis ipſi: quia labor veſter quem in bonis operibus impenditis, non erit ſine mercede, in nouiſſimo die. Quod conſequeretur indubie, ſi reſurrectionis fidem negaremus, quam nos confirmauimus.

f Cum aũt mortale hoc induerit immortalitatem / tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt: Abſorpta eſt mors in victoria.
g Ubi eſt mors / victoria tua? Ubi eſt mors / ſtimulus tuus?
h Stimulus autem mortis peccatũ eſt /
i Uirtus vero peccati / lex.
a Deo autem gratias / qui dedit nobis victoriam / per dominum noſtrum Jeſus Chriſtum.
b Itaq; fratres mei dilecti / ſtabiles eſtote & immobiles / abũdantes in omni opere domini ſemper.
c ſcientes / quod labor veſter non eſt inanis in domino.

ELVCIDATIO CAP. XVI.

a DE collectione autem pecuniarũ, quæ fit pro ſanctorum neceſſitatibus: ſicut ordinaui in eccleſiis Galatię, ſic etiam inter vos facite, prima die ſeptimanę, id eſt, dñica die, quę eſt prima poſt ſabbatũ. b Et vt oĩs tollatur ſuſpitio malę cõſeruatioĩs, ſinguli apud ſe reponãt, quod ſibi iuxta Deũ fuerit viſũ diſtribuere in pauꝑes:

TEXTUS. CA. Decimumſextum.

a De collect; aũt q̄ fiũt in ſanctos / ſicut ordinaui i eccleſiis Galatię / ita & vos facite / p vnã ſabbati.
b Unuſquiſque veſtrum apud ſe reponat / recondẽs quod ei bene placuerit: vt non cũ venero / tunc collectę fiant.

c Cũ aũt preſẽs fuero, quos probaueritis per epiſtolas, hos mittã perferre gratiam veſtram in Hieruſalem.
d Quod ſi dignum fuerit vt ego eam, mecum ibunt.
e Veniam autem ad vos cum Macedoniam pertranſiero: Nam Macedoniam pertranſibo.
f Apud vos aũt forſitã manebo, vel etiã hyemabo: vt vos me deducatis, quocunque iero:
g Nolo em̃ vos modo in trãſitu videre Spero em̃ me aliquantulũ tp̃is manere apud vos, ſi dominus pmiſerit: pmanebo aũt Epheſi, vſq; ad Pentecoſten.
h Oſtiũ ei mihi aptũ eſt magnũ et euidẽs: et aduerſarij multi
i Si aũt venerit Timotheus, videte, vt ſine timore ſit apud vos.
a Opus ei dñi operatur ſicut et ego, ne quis ergo illum ſpernat.
b Deducite autem illum in pace, vt veniat ad me.
c Expecto enim illum cum fratribus.
d De Apollo autẽ fratre vobis notũ facio, qm̃ multũ rogaui eũ, vt veniret ad vos cũ frĩbus, et vtiq; nõ fuit volũtas eius,

ne tunc ſit colligẽda adhuc eleemoſyna, quã do præſens adero vobis: quæ res & in grauamen veſtrum cederet, & Pſeudoapoſtolis calumniandi occaſionem maiorem daret. c Cum vero ad vos venero, epiſtolis datis ad Apoſtolos in Hieruſalem, mittã viros quos mihi probatos indicabitis: ad perferendam hanc eleemoſynam. d Quod ſi dignum viſum fuerit atque conſultum vt ego ipſe deferam, ibunt mecum illi fide digni, vt pariter eleemoſynam iſtam deferamus in Hieruſalem. e veniam autem ad vos, vbi Macedoniam pertranſiens viſitauero. Nã ſtatui Macedoniam pertranſire. f Cum autẽ ad vos venero, decreui apud vos aliquantum tempus commorari, aut etiam prorſus hyemare: vt vobis comitantibus, pergam, quocunque mihi fuerit eundum. g Nõ enim volo vos hac vice, tranſeundo tantum videre: ſed ſpero me aliquantulum temporis vobiſcum cõmoraturũ, ſi ſic domini fuerit voluntas. Permanebo autem Epheſi, vſque ad Pentecoſten. h Multorum enim animos, hoc in loco, ad Euangelii ſuſceptionem paratos inuenio, & clara videtur ac certa ſpes fructus, quem hic poſſum efficere: & aduerſarii multi ſunt, qui profectum noſtrum & illorum impedire conantur, quibus omnino neceſſe erit reſiſtere. i Interim, ſi Timotheus ad vos venerit, videte, vt ab iniuriis ſeruetis cũ ſecurũ, a In Dei em̃ opere ſolicite laborat, ſicuti et ego. Propter quod ne quis eũ parui æſtimet, reiiciat, aut contemnat. Magis autẽ honeſto ac tuto comitatu, b propter honorem Euangelii quod prædicat, illum deducite, vt ad me veniat. c Expecto enim aduentum eius, vna cum fratribus. d De Apollo autem fratre, ſcitote me plurimum rogaſſe eum, vt vna cum aliis fratribus ad vos pergeret. Hac autem in parte, non acquieuit

quieuit petitioni meæ, vt modo ad vos pergeret. Venturum autem ſe eſt pollicitus, cū ſibi opportunum videbitur, & magis expediens. e Vos interim vigilantes & attenti eſtote, firmi ſtate in fide recta, viriliter operemini quæ bona ſunt, & in omni bono corroboremini. f Super omnia autem, quæcūque facitis in Dei amore, & pacifica adinuicem charitate, facite. g Oro autem vos fratres, quoniam noſtis familiam Stephanæ fideliſſimæ matronę, et Fortunati & Achaici: quod ſint præcipui & primi inter Chriſtianos vniuerſæ Achaiæ & vltronei ſeipſos obtulerunt, ad miniſtrandum ſanctorum neceſſitatibus: vt eiuſmodi hominibus deferatis, & eos reuereamini. Neque his modo, verum etiam omnibus qui inter vos, zelo fidei, nobis cooperantur, & laborant in negocio Euāgelii. h Gaudium vero magnum & conſolationem, mihi adfert iſtorum præſentia, nempe Stephanæ, Fortunati, & Achaici: quoniam veſtrum omnium loco quod mihi deerat ſuppleuerunt. i Meum enim ſpiritum præſentia humanitatis ſuæ plurimum recrearunt: & (quia meum gaudium veſtrū eſt) ſimul etiam refocillarunt ſpiritum veſtrum. a Eos ergo qui tales ſunt, agnoſcite: vt eos in omni reuerentia & honore habeatis. b Saluto vos ego Paulus, omnium eccleſiarum nomine, quæ ſunt in Aſia. Salutant vos in Domino multum Aquila & Priſcilla, cum domeſtica eorum familia, apud quos hoſpitor. Salutant vos, omnes qui mecum ſunt fratres. c Salutate vos inuicem, in ſpiritu veritatis & pacis, in oſculo ſancto & amore ſincero, atque immaculato. Salutatio mea, manu Pauli. d Si quis non amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit execratus in aduentu domini. e Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, vobiſcū.

vt nunc veniret. Ueniet autem cum ei vacuum fuerit.
e Uigilate, ſtate in fide, viriliter agite ⁊ confortamini.

f Omnia cū̄ veſtra, in charitate fiant.
g Obſecro aūt vos, fratres noſti domū Stephane, ⁊ Fortunati ⁊ Achaici: qm̄ ſūt primitie Achaie ⁊ in miniſteriū ſanctorū ordinauerūt ſeipſos: vt ⁊ vos ſubditi ſitis eiuſmodi, ⁊ omni cooperanti ⁊ laboranti.

h Gaudeo aūt in p̄ſentia Stephane, ⁊ Fortunati ⁊ Achaici, quoniā id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerunt.
i Refecerūt ei ⁊ meum ſpiritū ⁊ veſtrū.
a Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt.
b Salutāt vos oēs eccleſie Aſie. Salutāt vos in dño multū Aquila ⁊ Priſca, cū domeſtica ſua eccleſia apud quos et hoſpitor: ſalutant vos omnes fratres.
c Salutate inuicē in oſculo ſancto. Salutatio mea manu Pauli.
d Si quis nō amat dominum noſtrū Ieſum Chriſtū ſit anathema maranatha.
e Gratia dñi nr̄i Ie

Jeſu chriſti vobiſcū f
f Charitas mea/cū
omnibus vobis / in
Chriſto Jeſu Amen

Charitas, qualem ego ad Deum & erga vos habeo, ſit cum omnibus vobis, vt inuicem diligatis, quomodo ego vos diligo, in veritate, in Chriſto Ieſu. Amen.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN Epiſtolam ad Corinthios poſteriorem beati Pauli Apoſtoli.

SCripſerat Apoſtolus, ſuis quos ad Chriſtum conuerterat Corinthiis: obiurgatoriam Epiſtolam in qua multa illorum vicia, ſeuera ſatis increpatione redarguerat. Corinthii vero quaſi bonæ obedientiæ filii, accepta Apoſtoli ſui epiſtola, ad pęnitentiam compuncti quæcunque ille corripuiſſet, ſtudioſe emendabant. Ita, vt (iuxta Apoſtoli præceptum) fornicarium illum ab eccleſia eiicerent, & cætera item de quibus inſtructi erant, iuxta quod oportebat, corrigerent. Gaudens ergo de illorum pœnitentia Apoſtolus, conſolatoriam eis ſcribit hanc ſecundam epiſtolam, Ac primum quidem, ſuarum tribulationū magnitudine enarrata, & diuina protectione annexa, ad ſui excuſationem procedit: rationem reddens, cur ſicuti pollicitus fuerat, ad eos nondum veniſſet: neque leuitati hoc neque inſtabilitati aſſcribendum declarans, ſed ad parcendum ipſis, id eſt, ne ſeuerius in eos agere cogeretur, ſi præſens illis nondum emendatis aduenisſet. Optabat aūt magis, vt quum ad eos aduenire, in gaudio id fieret, non in triſtitia, qua ſe tum afflictum fuiſſe plurimū narrat, cum poſt audita Corinthiorum peccata, priorem deſcriberet epiſtolam. Quomodo autem ſeueritate iuſtitię, peccatorem illum fornicarium iuſſerat Satanæ tradi, in carnis interitum: Ita ex aduerſo emendatum & pœnitentē, modo recipi iubet, in gremium & vnitatem eccleſia: ne forte per aſtutias Satanę, illi' ſpiritum contingat per deſperationem, in damnationem pertrahi. Deinde fructum adiungit multiplicem & copioſum, veræ ſynceręque prædicationis ſuę, per quam. Chriſtiani nominis odorem Deus faciebat in omni loco manifeſtum. Atque hęc quidem, prioribus

oribus duobus capitulis, Mox aduerſum Pſeudoapoſtolos ſuam gloriationem inſtituit gloriam noui teſtamenti & miniſtrorum eius, gloriæ veteris teſtamenti (quod erat tanquam imperfectum ſuo tempore euacuandum) præponens. Cuius rei occaſione, de Moyſi velamine & Iudæorum obtuſitate atque cæcitate quædam interſerit. Atque hæc capite tertio. Propter huius autem tam glorioſæ adminiſtrationis munus ſibi creditum ex miſericordia dei, omni ſe cura dicit etiam ex occultiſſimis cordis, fœda quæque abiicere: ita vt nec in corde quicquam ſit aſtutiæ aut calliditatis, & in conuerſatione omnium ſe conſcientiis reddat commendatum. Neque quicquam ſe commoueri iis quas pro Chriſto patitur corporis miſeriis & afflictionibus (quas etiam cum gloria recitat) propter chriſti adiutorium, & interioris hominis profectum: ſciens quoniã, quanto externus homo (id eſt, caro paſſibilis, perſecutionibus corrumpitur, tanto ſpiritus amplius vireſcit interius, præter ea quæ ex paſſionibus iſtis expectat, venturæ retributionis ſempiterna præmia. Ad quæ ſuſpirãs quinto capite, ſpei ſuæ confeſſionem profitetur gloriationis quoque beatorum, tam in anima quam in corpore aſtruit myſterium. Cuius ſpe & expectatione, ſe dicit etiam dum in corpore peregrinatur, licet abſens ſit ſecundum corporis conuerſationem à Domino, ſemper tamen conari ad placendum illi, vt cum exhibitus fuerit ante tribunal chriſti (ad quod omnes aſſerit manifeſtandos) beatitudinis tunc gloria dignus inueniatur ſuperueſtiri. Ad quod etiam, quantum in ſe eſt, omnes cupit propter charitatem chriſti, quæ illum vrgebat adducere. Ob hoc quod ſexto capite, quaſi dei cooperator, legatione fungens pro deo, omnes hortatur, vt tempus ſalutis modo propoſitum, fidei deuotione acceptare velint. Se vero, ne forte prædicationi huic vllum præbeat impedimentum, ab omni eo cauere aſſerit, in quo vituperari poſſit prædicationis miniſterium, imo propter eius fidelem adimpletionem, omnia ſe ſuſtinere corporis incommoda, libentiſſimo animo, profitetur: quæ & particulatim enumerat, veluti per catalogum recenſens, & quãta patiatur, & quibus modis quibuſue armis aduerſus ea ſe defendat. Atque hinc, in fine ſexti capitis, ad effectuoſam exhortationem ſe cõuertens, eos vt ſibi chariſſimos obteſtatur, ne cum infidelibus participent, in iis quæ ſunt erroris, aut periculi: eo quod populus dei ſint, inter quos deus inhabitet, atque inambulet. Propter quod etiam ſexto capitulo ſermonem exhortationis continuans, omni cura eos iubet cordis munditiam quærere, quam Pſeudoapoſtoli

prorſus negligebant, exteriori ſimulatione ſanctitatis contenti. Mox autem poſt ſeptimi capitis principium, poſt breuiter expoſitam quam paſſus fuit in Macedonia tribulationem, conſolationē aperit, qua ſe conſolatum fuiſſe commemorat ex aduentu Titi, q ab illis ad apoſtolū iam redierat, Qui apoſtolo narrās illorum pœnitentiam, & promptiſſimum ad obediendum in oībus animū, ſū mum quoq́ erga paulum præceptorem amoris affectum, miro gaudio eum lętificauerat, Atq́ etiam in eo, quod Titū à ſe miſſū, multa humanitate & benignitate, in præceptoris reuerentiam & gloriam excepiſſent. Poſt hæc octauo capite, exemplo macedonū (quorum in ſumma penuria & tribulatione maxima, miram liberalitatem commemorat) Achaicos ipſos prouocat, ad faciendam ſāctis Hieroſolymitanis eleemoſinam: cuius rei gratia, ſe Titum atq́ alios duos probatæ fidei fratres, dicit miſiſſe. Neq́ vero id facit Paulus quaſi per imperium quenquam cogere volens, ſed quaſi conſulens, quod illis eſt vtile: vt exemplo Chriſti, miſericordiam prętent, iis qui miſericordia opus habent. Atq́ hæc quidē cōſulit ſuadetq́. 8. & . 9. ca. Quoniam vero, licet emendati eſſent in pluribus Corinthii, videbantur tamen doctores adhuc inter ſe tolerare, non ſynceros & Pſeudoapoſtolos: qui queſtus gratia, vel ſecū dum ſæculi ſapientiam, vel ſecundum legis obſeruātiam docebāt, ex quibꝰ eis periculum erat corruptionis à ſynceritate fidei, qui Paulo eiuſq́ authoritati multis modis derogabant, ſeipſos vero mire iactitabant: iccirco aduerſum hos ad retundendam illorum ſuperbiam, in ſequentibus fortiter agit. Ac primum quidem capi. 10. per chriſti modeſtiam eos obſecrat, in ſancta fide et obedientia ſic perſiſtere, vt non cogatur ſuæ vltionis ſeueritatem in eos exercere: quam vltionis poteſtatem, nonnulli in eo falſo calumniabantur audaciam, dicentes illum vt carnalem hominem gloriam quę rere, & nihil niſi audaciam prætendere abſentem, quum præſens totus eſſet vilis & contēptibilis. Contra quos agens proteſtatur ſe coram deo ambulantem, & præſentem & abſentem ſemper ſui ſimilem eſſe, ſpiritualem quoq́ ſe eſſe non carnalem, & armis ſpiritualibus non carnalibus, omnia agere, quanquam et poſſet (ſi vellet) etiam ſecundum carnem gloriari, cum illis ſuis obtrectatoribus Pſeudoapoſtolis, quum & in illis gloriari non erubeſcebant, quę extra ipſorum eſſent regulam, quod à ſe paulus dicit alienū, qui in ſolo domino fatetur gloriari. Poſt hoc, cap. 11. compulſus neceſſitate, propter Pſeudoapoſtolos, aduerſus illorum inſipientiam ſuam, opponit gloriam. Primū quidem ſe excuſans, de eo quod ſor

ſan illos potuiſſetoffendere,qm̃ videlicet ab achaicis ſtipendia no luiſſet accipere,quod ſe dicit propter pſeudoapoſtolorum maliciã nõ propter diſcipulorum odium,omiſiſſe:deinde neceſſitatem glo riationis ſuæ iterum proteſtatus:primum quidem in iis quæ car- nis ſũt gloriatur,de genere, de lege,ac ſimilibus:deinde in iis quas pro Chriſto pertulit , paſſionibus,quum illi nihil pro Chriſto,vel minimum,aliquando paſſi fuiſſent.12.vero capite,etiam ad altio ra priuilegia,per gloriam(ſub aliena tamen perſona)pergit reci- tanda,& ſtimulo carnis ſibi ad humilitatis cuſtodiam Dei proui- dentia dato,commemorat:rurſumque in infirmitatibus ſibi com placet.Poſt quæ omnia(ne forte quis ſcandalizetur in eius glo- riatione)eius neceſſitatem iterum replicat:eo quod ſuum præce- ptorem & apoſtolum illi non defenderent,contra pſeudoapoſto- los,vt debebant.Poſtremo,circa finem capitis duodecimi, & capi te toto decimotertio,timens ne non omnes adhuc ſint emendati,ſe uere edicit vt ſi qui adhuc emendati non ſunt,quantocius corrige re ſe ſtudeant,antequam ipſe præſens adueniat , & ſuæ vltionis ſeueritatem in eos exercere cogatur:id quod ſe minime petere de clarat,modo ipſi coram deo probati appareant. Ait enim ſe non tyranni more quærere vlciſcendi occaſionem,ſed patris affectu il lorum bonam & probatam conuerſationem , pro qua etiam ſe- dulo orare Deum ſe teſtatur: ſeq; ob hoc nunc abſentem ſcribere durius,vt non præſens ſeuerum ſe in vlciſcendo exhibere cogere- tur.Poſt omnia,gaudere eos ſemper iubens,& pacem ſectari,ita claudit Epiſtolam.

¶FINIT ARGVMENTVM IN EPISTO- ſtolam ad Corinthios ſecundam.

TEXTVS Epiſtolę ad Corinthios poſterioris beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD CORINTHIOS POSTERIOREM BEATI PAULI APOSTOLI.

TEXTVS. CAP. primum.

PAulꝰ Apoſtolꝰ ieſu xp̄i p̱ volūtatem dei/ ⁊ Timotheus frater/ eccleſie dei que eſt corinthi/ cū oībꝰ ſanctis qui ſūt in vniuerſa achaia.

b gratia vobis ⁊ pax a deo patre noſtro/ ⁊ dño Jeſu chriſto.

c Benedictus deus ⁊ pater dñi noſtri ieſu xp̄i pater miarū ⁊ deus totius conſolationis.

d qui ꝯſolatur nos in oī tribulatiōe noſtra/ vt poſſimꝰ ⁊ ipſi ꝯſolari eos qui in oī preſſura ſunt/ per exhortationē qua exhortamur ⁊ ipſi a deo. e Qm̄ ſicut abūdāt paſſiones xp̄i in nobis/ Jta ⁊ per chriſtū abūdat cōſolatio noſtra/

f ſiue autē tribulamur ꝑ veſtra exhortatione ⁊ ſalute/

ELVCIDATIO. capitis primi.

PAVlus Apoſtolꝰ Chriſti Ieſu, ſecundum volūtatem dei, & Timotheus frater: ſalutem dicunt eccleſiæ dei quę eſt corinthi congregata, pariter & omnibus in vniuerſa Achaia fidelibus. b Sit vobis gratia & comes illi pax, à Deo patre omnium noſtrum, & Domino Ieſu chriſto. c Benedictus ſit deus, & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, pater ille à quo omnis miſericordia, & deus à quo omnis vera conſolatio: d qui conſolatur nos in omni tribulatione nobis obueniente, in hoc, vt nos item conſolari valeamus quoſlibet in preſſura cōſtitutos per exhortationem conſolationis eius, quam ipſi à deo accepimus. e Quoniā ſicut ob amorem Chriſti, paſſionibus aggrauamur in corpore, ſic & abundantius conſolationem ſpiritus, per Chriſtum accipimus. Quicquid autem de nobis agitur, Deo diſpenſante, ad veſtram agitur vtilitatem. f Nempe ſi tribulamur, ad veſtram id exhortationem atque ſalutem permittit Deus, vt noſtro exemplo exhortemini & confirmemini ad

ni ad patientiam. g Siue conſolationem accipimus, & hoc ipſum ad veſtram conſolationem ſiue exhortationem à deo internam accipimus, & illud quoque ad veſtrā fit exhortationem & ſalutem. h Quæ quidem conſolatio atq; exhortatio, vos facit valētes, ad eaſdem paſſiones tolerandas, quibus & nos premimur: i vt hac de cauſa merito firmam ſpem de vobis concipiam quod conſolationis ſpiritualis aliquando eritis participes, ſicut nunc mihi eſtis in tribulationib⁹ ſocii. Quibus enim communis eſt afflictio, eiſdē eſſet communis poſt afflictionem conſolatio. a Volo autem ſcire vos, quantam in Aſia tribulationem ſuſtinuerimus, vbi exceſſiue admodum, onus graue tribulationis ſuſtinuim⁹, ſupra humanas vires: adeo vt nec liberet nobis vltra viuere, atque (etiam ſi libuiſſet) ſpes nulla videretur reliqua. b Quin & ipſi intra noſmetipſos exiſtimauimus, mortem nos humanitus non poſſe euadere, quaſi mortem vidētes in proximo. c Atque in illud tantum diſcrimen venire nos permiſit Deus, vt diſcamus nobiſipſis (ideſt noſtris viribus & conſiliis) nihil fidere: ſed ſpem omnem in deo habeamus, qui & mortuos ſuſcitare potens eſt, d qui ipſe de tantis nos mortalibus periculis, & liberauit & liberat, & (quemadmodum ſperamus) in poſterum liberabit, adiutorio precum veſtrarū quas pro nobis ad deum effunditis: e vt de dono gratiæ ſuæ quā in nos confert, per multos, & multis perſonis diuerſarum conditionum atq; ſtatuum, agantur gratiæ deo, pro nobis. Orationum autem veſtrarum ſuffragia fidenter depoſcimus, & apud deum exaudiri confidimus, f quoniam gloriamur in teſtimonio bono, quod nobis perhibet cōſciētia, in ſpiritu ſācto, in eo quod ſimplici & integro corde, coram deo, & nō per carnalē ſapien

g ſiue cōſolamur p veſtra conſolatione ſiue exhortamur p veſtra exhortatione & salute.
h que operat tolerātiā earūdē paſſionum quas & nos patimur. i vt ſpes noſtra firma ſit p vobis ſciētes quod ſicut ſocij paſſionum eſtis ſic eritis & conſolationis.

a Non enī volumus ignorare vos fres de tribulatione noſtra que facta eſt in Aſia: qm ſupra modū grauati ſum⁹ ſupra virtutē: ita vt tederet etiā nos viuere.
b ſed ipſi i nobiſmet ipſis reſpōſū mortis habuimus:
c vt nō ſim⁹ fidentes in nobis ſz in deo q ſuſcitat mortuos:
d qui de tātis periculis nos eripuit & eruit: in quē ſperam⁹ qm & adhuc eripiet adiuuantib⁹ & vobis in oratione p nobis. e vt ex multaꝝ perſonis faciex eius que in nobis ē donationis per multos gratie agantur pro nobis.
f Nā gloria noſtra hec ē teſtimoniū cōſciētie nře: quod i ſimplicitate cordis & ſinceritate dei & nō i ſapientia carnali ſz in

gratia dei cõuerſati ſum⁹ in hoc mũdo abundãtius aũt ad vos.

g Nõ eñ alia ſcribim⁹ vobis/ q̃ que legiſtis ⁊ cognouiſtis h Spero aũt quod vſq; in finẽ cognoſcetis/ ſicut ⁊ cognouiſtis nos ex parte. i q: gloria veſtra/ ſumus/ ſicut ⁊ vos noſtra/ in die dñi noſtri Ieſu chriſti.

a Et hac ꝯfidẽtia volui prius venire ad vos/ vt ſcd'z gratiaz haberetis/

b ⁊ per vos trãſirez in macedoniã/ ⁊ iteruz a macedonia venirẽ ad vos/ ⁊ a vob; deduci in Iudeam. c Cum ergo hoc voluiſſẽ nunquid leuitate vſ⁹ ſuz? Aut que cogito/ ſcd'z carnem cogito/ vt ſit apd' me Eſt ⁊ Non? d Fidelis autẽ de⁹/ q: ſermo noſter q̃ fuit apud vos/ nõ eſt i illo/ Eſt. e Dei ei fili⁹ ieſ⁹ xp̄s qui in vobis p nos predicatus eſt/ p me ⁊ Siluanuz ⁊ Timotheuz nõ fuit in illa Eſt ⁊ Nõ/ ſz Eſt in illo fuit. f Quotquot ei pmiſſiões dei ſũt in illo/ eſt. i Idõ et

pientiam, ſed iuxta gratiam dei, cõuerſati ſumus erga omnes. Peculiariter dico ad vos, à quibus nec ſtipendium vnquam accepimus laborũ, quod ab aliis eccleſiis accepimus. g Quæ autem ſcribimus vobis, & ex literis noſtris olim acceptis, & ex conuerſatione præſenti cognouiſtis. h Spero autem, quod & vſque in finem eoſdem nos cognoſcetis, quemadmodum hactenus, ex parte cœpiſtis noſtram conuerſationem habere probatam, i Idque ita conuenit, quoniam nos ſumus de quibus erit vobis gloriatio in nouiſſimo die domini noſtri Ieſu chriſti, ſicut & nos de vobis gloriabimur. Nos de vobis, quos in fide genuimus: vos in nobis, quos veſtræ ſalutis primos poſt Deum authores habuiſtis.

a Et hac confidentia ſtatuerã mecum, priuſquam intrarem in macedoniam, venire ad inuiſendum vos: vt ſecũdam viſitationis gratiam haberetis, & in aduentu noſtro conſolationem. b & per vos tranſirem in macedoniam: & ſic reuertens, deliberaueram à vobis deduci velle in Iudæam. c Hoc ergo quum prius ſtatuiſſem, nunquid leuiter egi mutato conſilio. Aut quæ ego ſtatuo, ſecundum carnem me putatis definire, vt ſit in me duplicitas aut inſtabilitas? d Fidelis autem eſt deus, nec duplex, nec inſtabilis, & ad eundem modum ſermo noſter, quo apud vos Chriſtum prædicans v[ſ]⁹ ſum, nec duplicitatem, nec inſtabilitatem habet, ſed ſtabilis eſt in eo ſimplicitas. e Nã prædicatio, quam ego & Siluanus & Timotheus in vobis prędicauimus, de Ieſu chriſto filio Dei, nullam in ſe habuit duplicitatem, ſiue ĩſtabilitatẽ: ſed Eſt (hoc eſt ſimplex firmitas, et ſtabilitas) in illo fuit. f Immo quotquot promiſſiones à Deo ſunt nobis donatæ, & per nos prędicatæ, per Chriſtũ ſunt firmæ & immutabiles. i Atque ideo, deo patri per Chriſtum

dicim⁹

dicimus Amen, veritati & firmitati omniũ conſentientes: vt credentes & acceptantes gloriam promiſſam conſequamur. a Qui autem nos pariter & vos in Chriſto confirmat, Deus eſt: qui & ſpiritu ſancto ſuo nos ſignauit adoptando, tanquam filios dei diſcernens à filijs diaboli, & eundem nobis in pignus dedit æternæ hæreditatis, in intimis noſtris. b Ne vero me leuitatis arguatis ob prædicta, & propoſiti dilationem aſſcribatis inſtabilitati: ecce Deum teſtor futurum iudicem, me hucuſque (vt propoſuerã) Corinthum non veniſſe, nulla alia de cauſa, niſi ob hoc vt vobis parcerẽ: neue in multos veſtrũ, duri⁹ necdũ emendatos, agere cogerer, ſi præſens ipſe adueniſſem. c Hoc autem dixi, parcere me vobis, non quaſi ratione fidei ſuper vos dominatum mihi vendicans, ſed quia miniſter ſum veſter, cupiens veſtrũ magis adiuuare, quam turbare gaudium. d Nam (quod quidem ad fidem attinet) ſatis recte apud vos res habet neque in præſentiarum quicquam eſt, de quo quantum ad veritatem fidei veniatis arguendi.

per ipſum dicim⁹ amen deo, ad gloriã noſtram.
a Qui aũt cõfirmat nos no biſcũ in xpo et qui vnxit nos de⁹: q̃ et ſignauit nos, et dedit pignus ſpũs i cordibus noſtris.
b Ego autẽ teſtẽ deũ inuoco in aiã meã quod parcens vobis non veni vltra Corinthum,
c Nõ q2 dominamur fidei veſtre, ſed adiutores ſum⁹ gaudij veſtri. d Nã fide ſtatis.

ELVCIDATIO CAPITIS ſecundi.

a STatui autem in animo meo hoc ipſum, nempe in triſtitia nolle me venire ad vos cum iterum aduenero. b Si enĩ ego vos cõtriſto, & qs me poterit lætificare? Oportebit ergo me vobiſcũ triſtitiam habere, poſt quam ipſi triſtes me conſolari minime valeatis. Niſi qui ex mea correptione ſalubriter contriſtatur, is lætificare me ſua triſtitia poteſt. c Hoc autem quod ſtatui, etiã ſcripto indicare vobiſcuraui, vt nõ mihi venienti ad vos, accumuletur triſtitia ad triſtitiã

TEXTVS, CAP ſecundum.

a Statui aũt hoc ipſum apud me, ne iterũ in triſtitia venirẽ ad vos,
b ſi enĩ ego contriſto vos et quis eſt q̃ me letificet, niſi qui contriſtatur ex me?
c Et hoc ipſũ ſcripſi vobis, vt nõ cũ venero triſtitiam ſup triſtitiã habeã, de qui

bus oportuerat me gaudere.
a cõfidens oibus vo b; quia meũgaudiũ omniũ veſtrum eſt.

b Nã ex multa tribulatiõe & anguſtia cordis ſcripſi vobis / per multas lachrimas / non vt contriſtemini

c ſed vt ſciatis quã charitatẽ habeã abũdãtius in vobis.
d Si quis autẽ cõtriſtauit me / nõ me contriſtauit / ſed ex parte /

vt nõ onerẽ vos oẽs

e Sufficit illi qui eiuſmodi eſt / obiurgatio hec que fit a pluribꝰ: f ita vt econtrario magis cõdonetis & cõſolemini: g ne forte abũdãtiori triſtitia abſorbeatur / qui eiuſmodi ẽ.
h Propter quod obſecro vos / vt cõfirmetis in illũ charitatẽ

i Ideo em̃ ſcripſi vobis / vt cognoſcã experimẽtũ veſtrũ / an i oibꝰ obediẽtes ſitis

a Cui aũt aliquid donaſtis / & ego.

ſtitiam: Idque de iis, ex quibus ſpiritus meus gaudere debuerat: a dum confido in omnibus vobis quod meum gaudium, omnium veſtrum communiter eſt, quemadmodum & veſtrum, noſtrum etiam eſt gaudium. b Nam epiſtolam illam priorem, ex multa afflictione & dolore animi ſcripſi vobis cũ multis lachrimis: non intentione vos contriſtandi, quaſi in veſtra triſtitia ego gauderem, ſed intentione vos perducendi ad emendationem veſtrorum peccatorum. c Ex quo etiam videre poteſtis charitatem noſtrã qua ſumus pro veſtro profectu ſoliciti valde. d Qui autem me contriſtauit ex vobis non me in profundum demerſit triſtitiæ: ſed ex parte aliqua, ſecundum rationis modum aliis plurimis ex altera parte me conſolantibus ex ſuæ conuerſationis bonitate: vt ne videar omnes vos quodammodo accuſare, & omnibus meæ triſtitiæ cauſam imponere. e Illi vero qui ſuo ſcelere ſic me contriſtauit, ſufficiat obiurgatio communis, quæ eſt à communitate eccleſiæ, ad correctionem. f Quæ tamen ſic moderetur, vt ex aduerſo remittentes aliquid, etiam conſolemini obiurgatum ſecundum ſpiritum: g ne forte obiurgatione laceſſitus, neque cõſolatione lenitus, abſorbeatur abundanti triſtitia, in deſperationis profundum. h Propter quod obſecro vos, vt cœptam in illũ charitatem, per correptionem acriorem, nunc pergatis perficere, in conſolando eundem. i Ideo enim & ſcripſi vobis, vt experimentũ ſumam obedientię veſtrę, an in omnibus ſitis perfecte obedientes, noſtra iuſſione parati corripere atque recipere. a Illud autem ſcitote, quoniam cuicunque poſt peractam pœnitentiam, congregati in nomine domini donaſtis remiſiſtisque, veniam dantes, & ego illud præſens

ſpiri-

ſpiritu ratum habeo: & nunc, iſtam abſolutionem ego ratam habeo, ſi eum receperitis b Nam & ſi ego aliquid donaui, id quod donaui, vice Chriſti donaui: ne per nimiam ſeueritatem ſub iuſtitiæ prætextu, nos ſatanas circunueniat. c Cognouimus enim aſtuta illius conſilia, quibus ſolet nimiam auſteritatem nonnunquam ſuggerere prælatis, vt ſic in deſperationem abducat, quos benigna & mitis correptio à morte ſaluaſſet. d Quum veniſſemus autem Troadem, prędicandi euangelii gratia, et multos viderem ad audiendum verbum dei paratos: e non potui tamen habere requiem, in ſpiritu meo eo quòd Titum non inueniſſem, cuius auxilium mihi erat neceſſarium. f Propter quod fratres chriſtianos exhortans, eiſque valedicens, profectus ſum in Macedoniam. g Agimus autem gratias Deo, qui nos ſemper triumphatores & victores efficit in chriſto Ieſu, faciens nos in omnibus ſuperuincere, danſque nobis corda infidelium iugo fidei eius ſubiicere: h & gratiſſimú odorem ſuę cognitionis, famamque ſui nominis, per noſtræ prædicationis miniſterium, manifeſtat, atque diſpergit in omni loco, Iudæorum & gentilium. i Nos enim chriſti odor ſumus, id eſt, CHRISTI odoriferam famam deferentes, in ſenſus hominum: ante deum vtique bonus & ſuauis, & ſi mali homines corrupti iudicio, aliter iudicent. Bonum, inquam, fundimus nominis odoré cõmune omnibus, tã in electis & ſaluandis, q̃ in reprobis & perituris, neminé celãtes euãgeliú. a Veruntamé odor iſte, aliis quidé ex ipſorum vicio in mortem cedit: Alii autem eſt odor bonus ad vitam, qui etiam mortuos, bene acceptatus corde fideli, ſufficiat viuificare. b Ad hunc autem Chriſti odorem ferendum quis ex illis Pſeudoapoſtolis (quos non de⁹ mittit

b Nã & ego quod donaui/ ſi quid donaui ꝓpter vos: in pſona xpi: vt nõ circũuenimur a ſathana:

c nonem̃ ignoram⁹ cogitationes eius.

d Cũ veniſſẽ autem Troadẽ/ ꝓpter euãgeliũ xpi. & oſtiu mihi apertũ eſſet i dño e nõ habui requiem ſpiritui meo eo q̃ nõ inuenerim Titũ fratrem meum.

f Sed valefaciẽs eis ꝓfect⁹ ſũ in macedoniam.

g Deo aũt gratias/ qui ſẽper triũphat nos in xpo ieſu.

h & odorẽ notitie ſue manifeſtat p nos/ in omni loco.

i q: chriſti bon⁹ odor ſumus deo/

in iis qui ſalui fiunt & in iis qui pereũt.

a Aliis quidẽ odor mortis in mortem/ aliis aũt odor vite i vitã/

b & ad hec quis tã idoneus?

mittit, ſed queſtus prædicare facit) tam ſe idoneum iactitet quàm nos Deus facit ido= neos. c Abſit autem à nobis, vt tales ſim? quales(prohdolor) videmus plurimos, ſub ſpecie doctorum ambulantes: qui verbum Dei, non ſynceriter nec ſimpliciter prædi= cant, propter Deum. d ſed cauponantium more commixtum cum humanæ ſapientiæ aut eloquentię impuritatibus, aut iudaica= carum obſeruantiarum vanitatibus, ad que ſtum & lucrum prædicant, ſiue potius ven dunt. e Nos vero ſyncere, integre & pu= re, quemadmodum à Deo accepimus coram Deo iudice, in CHRISTO(id eſt, ſecun= dum CHRISTI voluntatem, & pro= pter eis amorem) prædicamus, quod nobis eſt commiſſũ ſanctum Euangelii verbum.

c Nõ ei ſumus ſicut plurimi/

d adulterantes ver bum dei/

e ſed ex ſynceritate/ ſicut ex do/ corã deo in chriſto loquimur

TEXTVS. CAP. Tertium.

a Incipimus iteruʒ noſmetipſos cõmen dare. Aut nunquid egemus ſicut quidã cõmẽdatitijs epiſto= lis / ad vos / aut ex vo bis?

b Epiſtola nr̃a vos eſtis ſcripta in cordi bus noſtris/

c que ſcitur & legit ab oibus hoibus/

d manifeſtati quoniã epiſtola eſtis xp̃i.

e miniſtrata a nobis & ſcripta nõ atramẽ to/ ſʒ ſpũ dei viui:

¶ ELVCIDATIO CAPI. tertii.

a SEd nunc iam incipimus noſ= ipſos iterũ commendare. An ve ro egemus (ſicut quidam faci= unt) commendatitiis epiſtolis, ab aliis ad vos acceptis, quas nobiſ= cum circunferamus, aut à vobis acceptis, ad alios circunferre? Non vtique. b Epiſto= la enim commendans & teſtificans Apoſto= latus mei authoritatem, ac veritatem, voſip ſi eſtis quam ego in corde meo deſcriptam mecũ deporto: c quæ epiſtola intelligitur, & legitur, ſeu conſideratur, ab omnibus ho minibus, veſtram conuerſationem & fidem contuentibus: d dum manifeſtamini, per exhibitionem virtuoſæ conuerſationis ve= ſtræ, quaſi epiſtola ſitis, in qua deſcriptus eſt Chriſtus, e per noſtrũ miniſterium: ſcripta, inquam, non atramento, ſed ſpiritu dei viui. f Non in tabulis lapideis(quemadmodum

f nõ

ſcripta erat lex Moyſi)ſed in tabulis, quę ſūt veſtra corda, nō iā lapidea (quēadmodū adhuc habēt increduli) ſed mollia & ſpūſſācti inſcriptionis bene ſuſceptibilia. g Fiduciā aūt talem habemus, & ſic confidenter loquimur, vt audeamus aſſerere, quod noſtro miniſterio hæc ſunt peracta, quæ diximus: non quaſi per noſipſos, vel minimum quidlibet cogitare ſufficiamus, quaſi à nobiſipſis et nō à Deo, quanto minus grande aliquid operari: ſed quicquid poſſumus et valemꝰ, ex Deo habemus vt valeamus. h Qui etiam idoneos nos fecit, adminiſtrationi noui teſtamenti: quod non eſt in litera ſitum aut carne, ſed in ſpiritu et veritate. i Nam legis litera, mortis occaſionem præbet: ſpiritus autem nouæ legis, vitam confert credentibus. Hæc autem adminiſtratio noui teſtamenti, magna gloria eſt eius cui credita eſt. a Si enim miniſtratio legis, quæ mortem infert in lapidibus deſculpta, literis viſibilibus facta fuit cū magna adminiſtrantis gloria et claritate, adeo vt non poſſent filii Iſrael directo aſpectu intendere in faciem Moyſi, præ nimia claritate & gloria, quæ tamen gloria, nouæ legis aduentu euacuatur: b multo igitur magis miniſtratio nouę legis, erit cum adminiſtrantis ſpirituali & interna gloria. c Nam ſi adminiſtratio legis, quæ occaſionem præbet condemnationis, iis qui ad eam alligantur, non fuit ſine gloria & magna claritate, d multo magis miniſtratio nouæ legis, quæ per ſe iuſtificat & ſaluat, erit per gloriam. e Imo vero, ob præcellentē nouæ legis gloriam, neque glorificatum dici debet veteris legis illius miniſterium, quod tamen aliqua in parte claruit, per exteriorem vultus gloriam. Non enim eſt digna comparatio huius & illius internę, quam habent in ſpiritu, adminiſtratores nouæ legis. f Nam ſi ea lex

f non in tabulis lapideis ſed in tabulis cordis carnalibus.

g Fiduciam autem talem habemus per Chriſtum ad Deum/ non quod ſufficientes ſimꝰ/ aliquid cogitare a nobis/ quaſi ex nobis/ ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt.

h Qui et idoneos nos fecit miniſtros noui teſtamenti/ nō litera/ ſed ſpiritu.

i Litera enim occidit/ ſpiritus autem viuificat.

a Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibꝰ fuit in gloria/ ita vt non poſſent intendere filii Iſrael in faciem Moyſi/ propter gloriā vultus eius/ quę euacuatur.

b quomodo nō magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria?

c Nam ſi miniſtratio damnationis/ in gloria eſt/

d multo magis abūdat miniſterium iuſtitię in gloria.

e Nam nec glorificatum eſt/ quod claruit in hac parte/ propter excellentē gloriam.

f Si enim quod euacuatur per glori

am eſt/multo magis quod manet/in gloria eſt.
g Habentes igitur talem ſpem/multa fiducia vtimur/

h & non ſicut Moyſes ponebat velamē ſuper faciem ſuam/ vt non intenderent filij Iſrael in faciem eius/ quod euacuatur / ſed obtuſi ſunt ſenſus eorum.

a Uſque in hodiernum enim diem idipſum velamen in lectione veteris teſtamenti manet non reuelatum / quod in Chriſto euacuatur:
b ſed vſque in hodiernum diem/ cum legitur Moyſes/ velamen poſitum eſt ſuper cor eorum/
c cum autem cōuerſus fuerit ad dominū auferetur velamen.

d Dominus autem ſpiritus eſt/ vbi aūt ſpiritus domini/ ibi libertas.

quæ ſuo tempore irrita fieri debeat, per gloriam fuit adminiſtrata, multo amplius ipſa quæ manet/ſemper, per gloriam adminiſtrari debet. g Hæc igitur credētes ſic habere, & ſic ſperantes, fiducialiter admodum corā Deo & hominibus agimus, nihil diſſimulantes, neque occultantes. h Et non ſic modo facimus, quomodo olim Moyſes faciebat, ponens velamen ſuper faciem ſuam, propter filios Iſrael, non potentes in claritatem vultus eius intendere: vt per hoc ſignificaretur, filios Iſrael velamento ac vmbris tantum intēdentes, non proſpicere in faciem legis, quæ eſt euacuanda, id eſt, in Chriſtum, qui finis eſt legis, & eadem ratione, eius quoque facies nominari poteſt. Legis enim vmbræ, velamen ſunt, & poſteriora legis dici poſſunt. Ipſe autem finis legis, Chriſtus, & quæ de eo veritatis myſteria .per figuras legis præſignata facies & anteriora legis dici poſſunt.
a Et in hodiernum vſque diem, idem illud velamen, non remotum nec diſcoopertum, manet (vt olim) in lectione veteris teſtamēti, quod per Chriſtum (qui omnes figuras in ſeipſo compleuit & terminauit) eſt euacuatum: b ſed in hodiernum vſque diē, apud Iudæos, cum leguntur libri Moyſi, velamen illud ſuper cor eorum poſitum manet, & deponi velamen non permittunt, vmbris adhuc inhęrentes. c Neque ſpes eſt, velamentum iſtud carnalis legis intelligentiæ, aliquādo auferendum de cordibus eorum: imo nec poteſt, niſi cum per fidem ſe ad Deum conuerterint. Tunc enim auferetur velamen iſtud, & execratio, & obtuſitas omnis de cordibus eorum. Conuerti autem oportet ad Deum, in ſpiritu per fidem. d Dominus enim ipſe ſpiritus eſt, non corpus: Quicunque vero ſpiritum domini in ſe habet inhabitantē: veram ille eſt libertatem per hunc aſſequutus.

Per.

Per ſpiritum enim, & à peccatis efficimur liberi, & à legis ſeruitute, in Euangelii traducimur libertatē. e Nos autē omnes modo qui in Christū credim⁹, ſine vmbris, velo depoſito, & veritate manifeſtata, gloriam domini in nobis velut in ſpeculo recipientes, et velut in ſpeculo conſpicientes, f à claritate Dei, in claritatem transformamur. ad imaginē Dei, defluente in noſtrū intellectum illius æternæ et immēſę lucis modo aliqua particula, ſecundum quam ei conformes & ſimiles efficimur, deiformeſque dicimur. g Idq; à domini ſpiritu, per quem, nobis claritas, et deiformitas iſta confertur.

ELVCIDATIO CAP. IIII.

a Tanta igitur adminiſtratione, ſecundum Dei miſericordiam, nō pro noſtris meritis non credita, nequaquam in bono torpemus: b ſed omni cura eiicimus è nobis etiam quæ occulta ſunt peccata: Non cōuerſantes in calliditate, neq; verbū Dei aliter quàm proponi debet prædicātes, ſed ſimpliciter manifeſtando ſolidam fidei veritatem, ſicque apud omnes conuerſando, vt cōmendabiles merito omnium conſcientiis videri debeamus, ſecundum Deum. c Quod ſi Euangelii noſtra prędicatio, in aliquibus ſepulta, nullum efficit fructum, in reprobis id contingit, quum in aliis plurimū proficiat. d Quorum, quum ſint infideles, Deus huius ſæculi (id eſt, diabolus, mundi princeps) mentes excæcauit, ita vt illuminatio Euangelii, quod eſt de gloria Chriſti, in eis fulgorem ſuum immittere nō valeat. Qui Chriſtus, Dei patris inuiſibilis eſt imago conſubſtantialis, & coæqualis per omnia. e Iccirco aūt Euangeliū iſtud gloriæ Chriſti, ſynceriter (vt diximus) ſine adulteratione prædicamus, quoniam non noſipſos prædicamus, id eſt, noſtram gloriam, aut noſtra quæ

e Nos vero omnes, reuelata facie gloriam domini ſpeculantes,

f in eandem imaginē transformamur, a claritate in claritatem,

g tanquam a domini ſpiritu.

TEXTVS. CA. Quartum.

a Ideo habētes hāc adminiſtrationē iuxta quod miā cōſecuti ſum⁹ non deficimus:

b ſz abdicam⁹ occulta dedecoris nō ambulātes in aſtutia, neq; adulterātes verbuz Dei: ſz in manifeſtatione veritatis cōmendātes noſmetipſos ad oēz cōſcientiā hominum corā Deo.

c Quod ſi etiā opertum eſt Euangeliuz noſtrū, in iis qui pereunt eſt opertum:

d in quibus Deus huius ſeculi excecauit mentes infidelium, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelii glorie chriſti, q eſt imago Dei.

e Non enim noſmetipſos predicamus, ſed Jeſum Chriſtuz dominum noſtrum.

ſtra quæ

8.

ſtra quærentes commoda: ſed Ieſum Chriſtũ noſtrum dominum (vt æquum eſt) prædicamus, illius gloriam & honorem & profectũ quærentes. f Nos vero, non aliud nos exhibemus, quàm ſeruos & miniſtros veſtros, per dominum Ieſum: qui nos ſua benignitate dignatus eſt eligere in ſeruos ſuos, ad adminiſtrandam vobis prędicationem Euangelii. Dignum autem & iuſtum eſt, vt ſerui, non ſuam, ſed domini gloriam quęrant. Nos inquam, ſerui tantum ſumus, Deus autem principalis author & operator eſt, fidei veſtiæ. g Nam qui in principio creationis mundi, cum adhuc tenebræ eſſent ſuper faciem abyſſi ſolo verbo fecit poſt tenebras lumen ſplendeſcere quum diceret, fiat lux, et facta eſt lux: idem ipſe nunc in hoc tempore gratiæ pulſis tenebris infidelitatis, lucis ſuæ radiis illuminauit corda noſtra. h ad accipiendum, per fidem cognitionem claritatis & glorię Dei, quę inhabitat in homine Chriſto, & in eo videtur: quoniam qui videt filium, videt & patrem. i Hunc vero theſaurum illuminationis & claritatis ſpiritualis magnum ſane & precioſum, nos poſſidem⁹ à Deo, in vaſculis fragilib⁹, corporib⁹ ſcilicet humanis, quæ & ſupra modum fragilia ſũt atque debilia, & tamen in eis noſter ſpirit⁹, poſſeſſor cœleſtium gratiarum, inhabitat.

a Idque ob hoc Deus ita diſponit, vt tota quę in nobis conſpicitur claritas, gloria, atq; perfectionis ſublimitas, ex virtute Dei, non ex nobiſipſis eſſe cognoſcatur, Deoque, et nõ nobis aſcribatur ad gloriam Quomodo autem fragilia & contemptibilia ſimus vaſcula, ipſæ noſtræ quotidianæ paſſiones patenter demonſtrant, quemadmodum ipſa ad tolerandum virtus, in nobis cęleſtis gratię theſaurum comprobat. b Per omnia enim quotidie variis tribulationibus obruimur, ſed

f nos autẽ / ſeruos veſtros / per Jeſu3 /

g Quoniam Deus / qui dixit de tenebr3 / lucem ſplendeſcere /

ipſe illuxit in cordibus noſtris /

h ad illuminationẽ ſcientie claritatis Dei in facie Chriſti Jeſu.

i Habemus autem theſaurum iſtum in vaſis fictilibus.

a vt ſublimitas ſit virtutis Dei / ⁊ non ex nobis.

b Jn omnib⁹ tribulationẽ patimur / ſ3 non anguſtiamur:

ſed ex virtute cęleſtis gratię, animus in Chriſto liber ac dilatatus, nequit anguſtiari. c Frequenter velut in rem deſperatam adducimur, & ad extremam vſque peruenimus, vel rerum, vel conſilii, inopiam: Nunquam tamen nos Deus prorſus deſtituit ſuo, neque auxilio, neque conſilio. d Perſequutiones quidem varias ſuſtinemus, ſemper autē adeſt nobis dominus pro eius nomine patientibus. e Habemur quidem contemptui, & illudimur: conſcientiæ tamen bonę teſtimonio innixi, non confundimur hominum opprobriis. f Et ſi ad mortis vſque pericula, velut in terram, in infinitam fortunam proſternimur, perire nos non ſinit diuina cuſtodia. Quid multa? g Semper in corpore noſtro quocunque pergimus, Chriſti mortificationem in animi patientia nobiſcum deferimus, & in corpore exhibemus, atque exprimim⁹: h vt tandem aliquando, vita & gloria Ieſu in noſtris corporibus manifeſte reluceat. i Continuis enim mortibus in hac carne agentes, propter Chriſtū afficimur: vt in carne eadem, quę nūc quidē eſt mortalis, vita Ieſu in futuro palam fiat. Ergo (vt concludā) in nobis quidem mors nunc viuit & regnat, qui in pœnalitatibus & afflictionibus periculiſque ſumus aſſidui: b in vobis autem propter mortificationes noſtras vita prouenit fidei: quoniam per noſtras paſſiones, vobis fides annunciatur, & in vobis confirmatur. c Nos vero eodem donati ſpiritu, quo & olim Dauid in ſcriptura loquebatur, dicens: Credidi, propter quod & loquutus ſū, ſimiliter credimus, propter quod etiam nos qui credimus, item & audacter loquimur: d Scientes hoc, quod is qui Ieſum ſuſcitauit, nempe Deus pater, & vos item ſuſcitabit cū Ieſu, & conſtituet in gloria ſua, vna cum vobis ſimiliter reſuſcitatis. e Omnia enim pro-

c Aporiamur: ſed nō deſtituimur:

d Perſecutionē patimur ſed nō derelinquimur:

e Humiliamur ſʒ nō cōfundimur:

f Deiicimur ſed non perimus.

g Sēper mortificationē ieſu xpi i corpore noſtro circūferentes.

h vt ⁊ vita Ieſu manifeſtetur in corporib⁹ noſtris.

i Sēper eñ nos q̄ viuim⁹ in mortē tradimur ꝑpter Ieſū: vt ⁊ vita ieſu manifeſtetur in corporib⁹ noſtris.

a Ergo mors in nobis operatur:

b vita aūt in vobis.

c Habētes aūt eūdē ſpm̄ fidei ſicut ſcriptu eſt: Credidi: propter quod locut⁹ ſū ⁊ nos credim⁹: ꝑpt quod ⁊ loquimur:

d Scietes eñ qui ſuſcitauit Ieſū ⁊ nos cum ieſu ſuſcitabit ⁊ conſtituet vobiſcū

e Omnia enim pro-

pter vos / vt gratia abundans per multos in gratiarum actione abūdet in gloriam Dei.

f propter quod non deficimus.

g Sʒ licet is qui foris eſt noſter homo corrumpatur / tamē is qui intꝰ eſt / renouatur de die in diē.

h Id enim quod in preſenti eſt / momentaneum et leue / tribulationis noſtre /

i ſupra moduʒ in ſublimitate / eternum glorie pondus operatur in nobis.

a Non contemplantibus nobis que videntur / ſed que non videntur /

b Que enim videntur / tēpalia ſunt /

c que autē non vidētur / eterna ſunt.

TEXTUS. CA. Quintum.

a Scimus eñ quoniam ſi terreſtris domus noſtra huiꝰ habitationis diſſoluitur / quod edificationē ex Deo habemꝰ / domum non manu

pter vos, & patimur & facimus libenter, vt abundanter Dei gratia in multos propagata, per multos gratię agantur Deo, ad gloriam ſuam. f Propter hanc autem Dei gloriam ſic promouendam, nequaquam ſegniter agimus: neque vllo labore poſſumus fatigari, aut ab opere noſtro deterreri. Neq; corporis iſtius iacturam, vel tanti facimus, modo Dei gloriam promouere valeamus. g Imo vero quo magis corpus iſtud quod apparet exterius, perſequutionibus ac tribulationibus afflictum deficit, & ad corruptionē tendit, eo magis is qui in homine latet humanus ſpiritus, ſumpto quotidie virium ſpiritualium et virtutum incremento, renouatur in ſpiritu ſancto, de die in diem. h Quoniā tribulationes illæ, quæ in hoc tempore obueniunt ſuſtinendæ, momentaneæ ac cito pertranſeuntes, leueſque & faciles toleratu: quāquam & breues & paruæ, i procurabunt tamen eas pro Chriſto ſuſtinentibus in vita futura, mire magnum, & ampliorem quàm dici vel credi poſſit cumulum gloriæ æternæ. a Si modo per fidem, ad ea quæ in cœlis ſunt inuiſibilia feramur, contemplatione & expectatione, non ad ea quæ ſenſibꝰ ſubiacent, b Quæ enim ſenſibus ſubiecta ſūt, & ſenſu percipi valent, temporaria ſūt minimeque perdurantia, in quibus perfecta nequit eſſe beatitudo. c Ea vero quę omnem ſenſum excedunt, præparata in cœlis ventura bona: ipſa æterna ſunt, et ipſis ſatiari vult ac beatificari hominis ſpiritus.

ELVCIDATIO CAP. V.

a Llud enim per fidē nos indubitatū te
1 nemus, quod ſi caro iſta quā nunc ſu
per terrā inhabitat anima, per mortem
reſoluatur, in cinerē rediēs, aliud ſimus con
ſequuturi ędificiū, ex Dei dono ac virtute, nē
pe do-

pe domum non temporalem artificis manu factam, ſed æternam duraturam in cœlis ipſam dico ſempiternam gloriam, & cœleſtem in dei claritate manſionem. b Nam & pro hac expectatione gemitus emittimus, deſiderantes illa quæ nos manet gloriam cœleſtem indui, vt per eam omnis quæ nunc eſt, tegatur miſeria: quod & continget ſuo tempore, c ſi ita modo vixerimus, vt in nouiſſimo, veſtimento operti charitatis, & non nudi bonis operibus, inueniamur.

d Qui enim in hoc tabernaculo militiæ (corpore inquam) adhuc agimus, ex intimis gemitus damus, onerati carnis pondere:

e Propterea quod nolumus quidem prorſus corpore ſpoliari, quaſi ipſum per ſe habeamus odio, ad hoc vt ipſum pereat omnino: ſed magis deſyderamus, & corpus ſeruare, & gloria illa cœleſti ſuperornari.

f Ita vt omnis mortalitas & omnis craſſities corporis à vita illa gloriæ, prorſus ſic glorificato corpore abſorbeatur. g Qui autem ad hoc nos modo aptos reddit, & in finem ad illud perducet, Deus eſt, & præter eum nemo. h A quo nequicquam dubitemus interim ſpiritum ſanctum in pignus promiſſionis, accepimus. i Nos igitur audaci & forti animo bene confidentes, & ſciētes quoniam dum in corpore iſto ſumus præſentes in ea quaſi in domo habitantes peregrinamur adhuc abſentes à Domini beata præſentia: a quoniam quidem per fidem nunc adhuc ambulamus & in itinere ſumꝰ, nondum per ſpeciem præſentes facie ad faciem videmus, neque in patria adhuc æterna conſiſtimus, ad quam pergimus. b Audentes, inquam, & hoc ſcientes audemus, hoc eſt bonam fiduciam & bonam voluntatem bonumque deſiderium habemus, vt magis

manu factā/ ſedeternam in celis.

b Nā ꝛ in hoc gemiſcimus habitationē nr̄am que de celo eſt ſuperindui cupiētes.

c ſi tn̄ veſtiti nō nudi inueniamur/

d Nā ꝛ qui ſumꝰ in hoc tabernaculo ingemiſcimꝰ grauati.

e eo quod nolumus expoliari.

ſed ſuperueſtiri:

f vt abſorbeat̄ quod mortale eſt/ a vita:

g qui aūt effecit nos in hoc ipſum/ deus/

h qui dedit nobis pignus ſpūs.

i Audentes igit̄ ſēp ꝛ ſciētes: qm̄ dū ſumꝰ i hoc corpore: peregrinamur a dn̄o.

a Per fidē em̄ ambulamus/

ꝛ non per ſpeciem.

b audemꝰ aūt ꝛ bonam voluntatē habemꝰ magis peregrinari a corpore ꝛ p̄ſē

tes eſſe ad dn̄m.
c Et ideo cōtēdim⁹ ſiue abſentes ſiue p̄ſentes placere illi.

d Oēs eñi nos manifeſtari opꝫ ante tribunal xp̄i/ vt referat vnuſquiſqꝫ propria corporis prout geſſit/ ſiue bonū ſiue malum.

e Scientes ergo timorem domini/

hoibus: ſuademus/ deo autem manifeſti ſumus.

g Spero aūt ꝛ in cōſcientijs veſtris manifeſtos nos eſſe.
h Nō iterū cōmēdamus nos vobis ſed occaſionē dam⁹ vobis gloriādi pro nobis

i vt habeatis ad eos q̄ in facie gloriātur/ ꝛ non in corde/

a Siue eñi mente excedimus/ deo:

velimus à corpore eſſe abſentes, & præſentes domino, quàm econtrario. c Propter quod quantum in nobis eſt, conamur ſiue abſentes ſiue præſentes, illi placere. Iuſtum eſt enim, vt pro hoc ſtatu (ſi corporali præſentia domino in cœlis adeſſe nō poſſumus) vel per bonam cōuerſationē, deo aſſiſtere curemus. d Omnes enim nos exhibendi ſum⁹ ante iudicium chriſti, vt in eo recipiat vnuſquiſque operum ſuorum (quæ ipſe in corpore eſt operatus) mercedem, ſiue bonū operat⁹ fuerit ſiue malū. Erit eī vobis pro qualitate operis, merces retributionis. e Hunc ergo domini timorem (quo ab omnibus hominib⁹ tanquam verus iudex venturus retributor, venit metuendus) cognoſcentes cupimus noſtra prædicatione, & laboramus, cæteris quoque eundem timorem in animis imprimere, & ad illum omnes inducere: f Deus ipſe teſtis eſt, cui noſtrum deſyderium animique intentio & voluntatis propoſitum, optime ſunt cognita. Ipſe nouit, quoniam ipſe non aliud eſt quod quærimus, in omnibus laboribus noſtris. g Spero autē & in conſcientiis veſtris eſſe manifeſtum cordis mei deſyderium, neque aliter vos de me ſuſpicari. h Neque vero accipiatis velim, quaſi ad noſtram vanam laudem & iactantiam dixerimus iſta (quemadmodum faciūt cuncta Pſeudoapoſtoli, ad ſuam oſtentationem) ſed præſtamus vobis gloriandi materiam pro nobis, i vt habeatis, quod illis reſpondere poſſitis, illorumque vanis gloriationibus opponere, qui ſic in exteriorum tātum apparentia, ſecundum faciem gloriantur, non curantes veram gloriam, quæ in corde eſt coram domino. a Siue enim nos exceſſu quodam velut extra noſipſos rapti, noſtræque paruitatis obliti, maiora de nobiſipſis loquimur, hoc ad dei gloriam facimus:

muſ: dum nobis exhibita eius beneficia commemoramus, ne me ſemper coram vobis tacente, & aliis contra gloriantibus, mea apud vos depereat authoritas, atque ita in contemptum veniat verbum Dei, & fructum dignum non faciat, quod per nos vobis eſt prædicatum. b Siue econtrario, fragilitati noſtræ conſcij humiliora loquimur, & hoc ipſum ad veſtram loquimur ædificationem: ne forte ſemper gloriantes & magna loquẽtes, à vobis iactabundi habeamur, aut formam demus humilitatem deſerendi: atque vt ex noſtris humilitatibus, quas veſtri cauſa ſuſcepimus, in noſtri amorem vehementius ardeatis & in ſancti euangelii fructu, proficiatis amplius, charitas enim Chriſti nos compellit, vt pro veſtrum omnium ſalute operanda & confirmanda tentemus omnia, & prorſus nihil omittamus eorum quæ ad veſtram ſalutem promouẽdam poſſint adiuuare: d dum illud perpendimus ac ponderamus apud noſipſos de charitate CHRISTI, quoniam ſi pro omnibus hominibus vnus ipſe mortuus eſt, ergo mortui erant omnes, per vnum illum viuificandi. e Simul & illud quoniam ad hoc vnus ipſe pro omnibus mori voluit chriſtus dominus, vt qui per eum iam viuunt in fide non amplius iuxta ſua viuant deſyderia, f ſed iuxta volantatem eius qui pro peccatis noſtris mortuus eſt, vt nos ſimiliter peccato moreremur, & pro nobis reſurrexit, vt nos eius exemplo, in vitæ nouitate ſimul cũ eo reſurgeremus. Quæ quum perpendimus dominum Chriſtum pro omnium ſalute ꝑegiſſe, & nobis videtur pro omnium omnino ſalute quibus modis fieri poteſt, grauiter elaborandum. g Nos itaque de cætero neminem ſecundum carnem, neque attendimꝰ neque approbamus: poſtquam per Chriſti mor

b ſiue ſobrijſumꝰ / vobis.

c Charitas enim xpi vrget nos /

d eſtimãtes hoc quõ ſi vnus pro oibus mortuus eſt / ergo oẽs mortui ſunt:

e Et pro oibus mortuus eſt chriſtꝰ: vt & qui viuunt: iam non ſibi viuant:

f ſed ei qui ꝓ ipſis mortuus eſt / & reſurrexit /

g Itaqꝫ / nos ex hoc neminem nouimus ſcdꝫ carnem.

mortem & reſurrectionem, ad ſpiritum trāſlata ſunt ſalutis noſtræ omnia.

h Et ſi cognouimꝰ ſecūdū carneꝫ chriſtū, ſꝫ nūc iā nō nouimꝰ

h Et ſi viſus olim ſit Chriſtus ipſe & cognitus à noſtris apoſtolis ſecundum carnis fragilitatē, nunc tamen poſtquam à mortuis reſurrexit in gloriam patris, non vltra ſecundum carnis fragilitatem illum attendimus, ſed ſecūdum virtutem dei qua reſurrexit ad vitam, vt ipſi quoque ei aſſimilemur & configuremur, operantes quæ ſunt dei.

i Si qua ergo ī chriſto noua creatura, vetera tranſierunt, ecce facta ſunt oīa noua,

i Quiſquis igitur in chriſto per ſpiritum ſanctum regeneratus, noua factus ſit creatura: neceſſe eſt vt in illo vetuſtas omnis carnalium concupiſcentiarum & obſeruantiarum, abſcedat abiiciaturque: nouitas autem ſpiritualium gratiarum, pro vetuſtate abiecta introducatur.

a Oīa aūt ex deo,

a Quæ omnia licet nobis in Chriſto pręſtentur, tamen ex deo patre omnis boni fontalis principio, originaliter procedunt.

b q̄ nos recōciliauit ſibi p chriſtū, ⁊ dedit nobis miniſteriū recōciliationis.

b Qui deus, nos olim propter peccata à ſe diuiſos & ſub ira ſua conſtitutos, in tempore gratiæ huius per Chriſtum recepit in gratiam, ſibique reconciliauit: nos vero apoſtolos, poſuit huius reconciliationis à ſe per filium factæ miniſtros ac prædicatores, vt eam videlicet perfectam annunciemus hominibꝰ

c Qm̄quidē deꝰ erat in xp̄o mūdū recōcilians ſibi,

c Quoniamquidem Deus pater in Chriſto filio inhabitans, per ipſum mundum (qui vſque ad filij aduentum ſub ira dei detinebatur) recepit in gratiam:

d nō reputās illꝭ delicta ipſorum:

d ſic vt hominibꝰ pœnitere volentibus peccata dimitteret, nec poſt pœnitentiam illis imputaret, damnationis pœnam pro eis reſeruando.

e ⁊ poſuit in nobis v̄buꝫ reconciliatiōis.

e Atq; hoc verbum de humana reconciliatione per filiū facta, nobis prædicandū commiſit, vt in gētibus faceremꝰ manifeſtū.

f Pro xp̄o ergo legatione fūgimur, tāq; deo exhortāte per nos.

f Nos ergo nō aliud q̄ legatione fūgimur, à deo ad hoc miſſi in mūdū vice Chriſti, atq; pro gloria eius, tā q̄ deo p nos vt miniſtros exhortāte populos ad huius recōciliatiōis per fidem, acceptationem.

nem. g Et nos (ne noſtro deſimus officio) obſecramus vniuerſos pro nomine Chriſti atque etiam vice Chriſti, vt reconciliationē factam credendo acceptetis, & pœnitentiam agentes credenteſque deo, reconciliari ſtudeatis. Vere enim non eſt negligenda hæc reconciliatio, quæ modo mirabili perfecta cognoſcitur. h Chriſtum enim dominum qui peccatum nūquam fecit, imo nec cogitauit vt faceret ipſe pater pro noſtris peccatis expiandis in oblationem pro peccato dedit, atque etiam (propter pœnę nouitatem) velut maximum peccatorem reputari fecit: i vt ſic per illius mortem à peccatis mundati efficeremur nos abundāter iuſtificati corā deo, per ipſum.

g Obſecram⁹ p xp̄o reconciliamini deo.
h Eū qui non nouerat peccatum,
p nobis pctm̄ fecit,
i vt nos efficeremur iuſtitia dei, in ipſo.

ELVCIDATIO CAP. ſexti.

TEXTVS. CAP. ſextum.

V Olentes ergo iuxta officium legationis noſtræ, Deo & veſtrā iuſtificationem tali in modo quęrenti cooperari, atque etiam vobis, in conſequendo propoſitam reconciliationem adiumentum impendere, a exhortamur, ne gratiam dei tantam, ſinatis fruſtrari in vobis: quod fiet, ſi non curetis illius tantæ gratiæ per fidem participes fieri, & ea digne viuere. b Dicit enim ſcriptura: Tēpore accepto audiui te, et in die ſalutis adiuui te. Quæ ſcriptura hoc potiſſimum gratiæ tempus reſpicit. c Ecce enim nūc tēpus habemus acceptabile, in quo accepta eſt Deo hominum pœnitentia, pœna à chriſto perlata, quæ erat peccatis debita. d Nunc dies eſt, in quo ſalutem quilibet per pœnitētiā valet facile conſequi vt merito nemo debeat tantam nunc ppoſitā ſalutē negligere. e Exhortamur, inquam, omni diligentia

a Adiuuātes aūt exhortamur ne i vacuum gratiā dei recipiatis.
b Ait ei: tpe accepto exaudiui te & in die ſalutis adiuui te.
c Ecce nūc tēp⁹ acceptabile,
d ecce nūc dies ſalutis
e Nemini dātes vllā

nemi

offenſionē/ vt nō vituperetur miniſterium noſtrum.

f Sed in oīb⁹ exhibeam⁹ noſmetipſos / ſicut dei miniſtros in multa patientia i tribulationib⁹ / in neceſſitatib⁹ / i anguſtijs / i plagis /
in carcerib⁹ / i ſeditionib⁹: in laborib⁹ / in vigilijs / in ieiunijs.

g in caſtitate / in ſciētia /

h in longanimitate /

in ſuauitate /
i in ſpū ſancto. i charitate nō ficta /
a in verbo veritatis /

b in virtute dei /

c Per arma iuſtitie / a dextris et a ſiniſtrjs.

d Per gl'iā et ignobilitatē p infamiā et bonam famam.
e vt ſeductores et veraces: ſicut q̄ ignoti

nemini vllam dantes offenſionis cauſam: vt ne, vel in minimo poſſit quantum in nobis eſt, ab aliis noſtra hæc adminiſtratio euangelii vituperari, aut vllam ex noſtra conuerſatione ſatis ſuſtinere poſſit calumniam.

f Sed per omnia exhibeamus nos, ſicut veros Dei veri miniſtros, per multam patientiam in aduerſis ſuſtinendis: nempe in tribulationib⁹ qb⁹ affligimur, in neceſſitatibus atq; indigentiis corporalibus, quas frequēter patimur, in anguſtiis cordis vel corporis, in verberibus, in carceribus, ī ſeditiōibus cōtra nos excitatis, in laboribus manuum, in vigiliis, tum propter labores nocturnos, tum propter orationis ſtudia in ieiuniis voluntate ad caſtigationem carnis aſſumptis. g Nō ſolum autem in patientia, ſed etiam in omnimoda caſtitate mentis & corporis, ſcientes pariter & diſcretionem habentes, quomodo aut quid in occurrentibus omnibus ſit agendum. h longanimiter ferentes illa aduerſa, & expectantes promiſſa cœleſtia animi manſuetudine & lenitate ſuaues, nullamque habentes amaritudinem, etiam erga eos qui nos tribulant, i in ſpiritu ſancto qui nobis donat hæc omnia: ſuper omnia autem in charitate vera, non ficta nec ſimulata, quam ille diffundit in cordibus noſtris, a in verbo veritatis, vt illud nūq̄ adulterem⁹ aut falſificem⁹, b nō tāq̄ ex noſtra virtute, ſed tāq̄ ex virtute dei, qui p nos vt miniſtros, operatur omnia. c Exhibeamus (inquam) nos armati iuſtitia, & operibus iuſtitiæ, quibus à dextris & ſiniſtris incedamus ſecuri, vt nec proſperis efferamur, neque aduerſis deiiciamur: d inter gloriam & contemptum, inter infamiam & bonam famā, inter quæ nos facit iuſtitia ſecuros incedere. e Aeſtimati ſeductores quum ſimus veraces. Quaſi ignobiles ſimus, quum ſimus Deo

& ve-

& veſtris etiam conſcientiis bene cogniti. Quaſi morientes reputati cum viuamus apud deum. f Tanquam afflictionibus caſtigati, quum tamen necdum ſimus caſtigatione mortui. Quaſi triſtes quum tamen ſemper ſimus in domino gaudentes. g Sicut egentes, quum tamen plurimorum ipſi penuriam ſuppleamus, tam in ſpiritu quàm in corpore: Quaſi nihil habentes, quum poſſideamus omnia, deum poſſidentes intra nos qui eſt omnia: & de omnibus etiam temporalibus, quantum domino placet, ſufficientiam habentes, ita vt plura nec velimus nec optemus. Filioli mei, quid plura dicam vobis? h Ecce os meum patet ad vos, quærens eloqui vobis plurima. Neque os modo patet, ſed & cor noſtrum in amore veſtri dilatatum eſt valde. Ex multo enim amore, loquor hæc vobis. i In corde noſtro anguſto loco nō eſtis, cum vos ampliſſimo amoris ſinu contineam. Sed anguſti eſtis, in veſtris viſceribus, anguſto & modico amore nos diligentes. a Vos autem eandem erga nos remunerationem habentes, paremque amorē rependentes, qualem erga vos habeo, etiam veſtri affectus latitudinem expandite, vt in eo nos recipiatis, ampliuſque diligatis. Dico autem hoc vobis, vt pater filiis paterno iure hoc exigens. Non enim cōuenit vt pater plꝰ diligens minus diligatur a filiis: & merito poſtulat à filio pater, æqualitatem ſui amoris, ab illo rependi. b Ante omnia autem & ſuper omnia tanquam filios chariſſimos vos rogo, ac moneo ne cum infidelibus habeatis commercia, aut familiaria conſortia ad participandum infidelitati eorum. c Quid enī commune habet iuſtitia (qua debent eſſe inſtructi Chriſtiani) cum iniquitate, qua pleni ſunt infideles? d Aut quæ poteſt eſſe ſocietas inter lucem & tenebras? Vos autem ſi

ꝛ cogniti quaſi morientes, ꝛ ecce viuimus:
f vt caſtigati ꝛ non mortificati: quaſi triſtes ſēper aūt gaudētes:
g ſicut egentes, multos aūt locupletantes: tāq̄ nihil habētes, oīa poſſidētes.

h os noſtrum pt ad vos o Corinthij cor noſtrū dilatatū eſt.

i Nō anguſtiamini i nobis, anguſtiamini aūt in viſceribꝰ veſtris.
a Eādē aūt habētes remunerationem (tāq̄ filijs dico, dilatamini ꝛ vos.

b Nolite iugum ducere cū infidelibus.

c Que eīn participatio iuſtitie cū iniquitate?

d Aut q̄ ſocietas lucis ad tenebras?

e que aũt ꝯuẽtio xp̄i ad Belial? aut que pars fideli cũ infideli? Quis aũt cõſenſ⁹ tẽplo dei cũ idolis? f Uos ei eſtis tẽplũ dei viui/ ſicut deus dicit/

g Qm̄ ĩhabitabo in illis/ ⁊ inambulabo iter eos/ ⁊ ero illoꝝ de⁹/ ⁊ ipſi erũt mihi populus.

h Propter quod exite de medio eoꝝ/ ⁊ ſeparamini dicit dñs.

i ⁊ immũdũ ne tetigeritis.

a ego recipiã vos/ ⁊ ero vobis i patrẽ/ ⁊ vos eritis mihi in filios ⁊ filias dicit domin⁹ omnipotens.

TEXTVS. CAP. Septimum.

a Has ergo habẽtes ꝓmiſſiones chariſſimi emũdem⁹ nos ab oi inquinamẽto carnis ⁊ ſp̄us/

b ꝑficiẽtes ſãctificationẽ in timore dei.

c Capite nos. Neminẽ leſim⁹ neminẽ corrupim⁹/ neminẽ circũuenimus.

lii lucis eſtis: ipſi vero tenebræ. Quid conuenit Chriſto cum diabolo? Aut in quo participat fidelis cum infideli? Et quid conſonat inter templum dei (quod vos eſtis) & idola quæ illi colunt? f Vos enim eſtis templum Dei viuentis: iuxta quod in ſcriptura Deus loquitur, tunc quidem ad carnaliter Iudæos nunc autem ad omnes credentes, dicens: g Inhabitabo intra eos, & in medio eorum ambulabo, ad curam & cuſtodiam eorum: præſtabo me eis Deum ac patrem, & ipſi erunt mihi cultu debito ſeruiẽtes. h Et quoniam tam ſingulari vos electione præ cæteris elegit, idcirco exite de medio infidelium, execrantes atque auerſantes omnem infidelitatem eorum, & elongamini ab eorũ maliciis, i & nõ cõmunicaueritis, participaueritis, neq; conſenſeritis immundicijs eorũ a Quod ſi feceritis (dicit dominus) ego vos mihi adoptabo, meq; exhibebo vobis patrem, & vos habebo vt filios & filias, quod maximi eſt proculdubio honoris & gloriæ.

ELVCIDATIO CAPI. VII.

a Tales ergo ac tantas promiſſiões nobis à deo tam dignãter factas, cũ acceperimus, & iam ſpe (certi de effectu) teneamus, fratres chariſſimi, curandũ eſt nobis: vt ab omni eo quod vel corp⁹ vel mentem commaculare poteſt, emundemus noſipſos, b in puro ac ſancto timore Dei ꝑfectam nobis ſpiritus noſtri ſanctitatem cõparare nitentes, non contenti apud homines iuſti tantum ac ſancti videri: quemadmodũ pſeudo apoſtoli faciunt, quibus ſufficit iuxta exterioris conuerſationis apparentiam, qualemcunque ſãctitatem ſecundum corpus prætendere. c Suſcipite intra animum veſtrum, quæ dicturi ſumus. Ecce nemini nocumentum intulimus, neminem peruertimus, aut ſeduxim⁹, neminẽ etiã fraudauimus: quę

forſi-

forſitã ab aliis perpeſſi eſtis,qui vobis & nocumenti plurimum intulerunt,& adulterata doctrina vos adniſi ſunt corrumpere,& ſuis blandimentis, veſtra vobis temporalia fraudulenter abſtulerunt. d Non autẽ iſta vobis dico ad veſtram condemnationẽ,quaſi de vobis deſperans, ac volens vos tanquã deſperatos abiicere à cura noſtra. e Nam ante diximus,tanta vos charitatis latitudine à nobis diligi,tantamq; & curam & ſolicitudinem nos pro vobis gerere,vt vobiſcum & pro vobis mori & viuere parati ſimus. f Neq; fieri poteſt vt de vobis propter pſeudoapoſtolorum fraudes deſperem qui multam inſuper habeo de vobis,& in vobis fiduciam,multum etiam ac ſępe apud alios de vobis glorior. g Ecce enim iam plenus ſum conſolatione,& amplius nunc abũdo gaudio in omni tribulatione,quam ante affligebar. h Et primum quidem de pondere tribulationis noſtræ, de qua loquimur illud ſcitote quod cum in Macedoniam veniſſemus,continuum ibi laborem,& tribulationes paſſa eſt caro noſtra,omni ex parte. i Nã extrinſecus quidem, ſeditionibus & variis afflictionibus oppugnabamur. Intrinſecus autem,timore periculorum,tam ex noſtra quàm diſcipularum porte vexabamur. a Sed qui in afflictiõibus poſitos cõſolari ſemper ſolet,nempe deus:ipſe nos eſt conſolatus per aduentum Titi coadiutoris noſtri. b Nõ ſolum autem per ipſius aduẽtum, ſed etiã p conſolationem illam,qua ſe narrauit à vobis conſolatum:dú mihi retulit veſtrũ deſideriũ emendandi quæ arguerã veſtrum pro pctis fletũ,& feruentem zelũ veſtrũ,quo ꝓ meo agebatis honore cõtra pſeudoapoſtolorũ fautores,ita vt ex hac cauſa,magis etiam gauderẽ. c Qm̃ etſi vos contriſtaui in priore epiſtola nõ me pœnitet. d Et ſi pœnitẽtię

forſitã

d Nõ ad cõdẽnationẽ veſtram dico.

e Prędixim⁹ enĩ/ ꝙ in cordibus noſtris eſtis/ad cõmoriẽdũ ⁊ conuiuẽdũ.

f multa mihi fiducia eſt apud vos/ multa mihi gloriatio ꝓ vobis.

g Replet⁹ ſũ cõſolatione/ ſuperabundo gaudio / in oĩ tribulatione noſtra.

h Nã ⁊ cũ veniſſem⁹ in Macedoniã/ nullã requiẽ habuit caro noſtra/ ſʒ oẽʒ tribulationẽ paſſi ſumus.

i Foris pugne ĩtus timores.

a Sed qui cõſolatur humiles/ cõſolat⁹ eſt nos deus/ in aductu Titi.

b Nõ ſolũ ſũt in aduẽtu eius/ ſʒ etiã in cõſolatione qua cõſolatus eſt in vobis referẽs nobis veſtrũ deſideriũ/ veſtrũ fletũ/ veſtrã emulationẽ ꝓ me/ ita vt magis gauderem.

c Qm̃ ⁊ ſi cõtriſtaui vos ĩ epiſtola nõ me penitet.

d Et ſi peniteret vi

dẽs quod epiſtola il la/ ꝛ ſi ad hozã vos cõtriſtauit/ nũc gaudeo/

e nõ qꝛ ꝯtriſtati eſtis/ſ; qꝛ ꝯtriſtati eſtis/ad penitẽtiã/

f Cõtriſtati eñ eſtis ſcd̃m deum/ vt in nullo detrimẽtũ patiamini ex nobis.

g Que eñ ſcd̃m deũ triſtitia eſt penitentia in ſalutẽ ſtabilẽ operatur/

h ſeculi aũt triſtitia moztem operatur.

i Ecce eñ hoc ipſũ ſcd̃m deum contriſtari vos/ quãtã in vobis operaẗ ſolicitudinẽ/ ſed defenſionẽ a ſed indignationẽ b ſed timozẽ/ ſed deſiderium/ ſed emulationem/

c ſed vindictam/

forſitan nonnihil potuiſſet incutere, quod nimis duram increpationem ſcripſiſſem: tamen nunc gaudeo de ea, nec me quicquam pœnitet, videns quod epiſtola illa & ſi ad tẽpus vobis triſtitiam incuſſit, profeciſtis tamen ex ea. e Non quod gaudeam de veſtra triſtitia, qui vobis optem ſempiternum gaudium: ſed quia per huius triſtitiæ amaritudinem, deueniſtis ad ſalutarem delictorũ veſtrorum pœnitentiam. f Contriſtati enim eſtis, bona & ſancta triſtitia, quæ ſecundum Deum eſt: ita vt nullum damnũ ex vobis & noſtra illa increpatione paſſi ſitis, qui inſuper & profeciſtis ex nobis. g Nam talis illa quæ ſecundum deum eſt ſancta triſtitia, operatur in homine pœnitentiam ad ſalutem firmam ſolidam, atque ſempiternam. h Cum ſecularis triſtitia exaduerſo morti reddat obnoxios, quæ frequenter homines, in odium vel inuidiam, vel in deſperationem ſolet adducere. Vnde conſtat, vos ex nobis non ſolum nullum detrimentum accepiſſe, ex eo quod vos contriſtauimus, ſed inſuper maximum etiam fructum & commodum. i Ecce enim hæc ipſa triſtitia, qua ſecundum deum vos contriſtaui, magnam operata eſt in vobis ſolicitudinem, ad emendandum errata: Imo etiam defenſionem, pro nobis contra pſeudoapoſtolos. a Imò indignationem ardentem propter admiſſum peccatum, & aduerſus ſeductores illos per quos fuiſtis in peccata adducti: b imo timorem ne rurſum aliquando incideritis, imo deſyderium melioris vitæ: imo ſtudium æmulãdi bona & mala cautius declinandi. c Poſtremo, etiam vltionem & vindictam, triſtitia illa eſt operata: quando vosipſi peccatum quod in vobis erat, debita punitione vindicaſtis, fornicarium illum è veſtro conſortio ſegregantes, atque alia ſimiliter de quibus

bus argueram emendantes. d Quid multa? Teſtimonium vobis perhibeo, quod quantũ ad hanc rem pertinet, per omnia ſynceriter & integre egeritis, iuxta voluntatem et deſyderium meum. e Igitur, & ſi ſcripſi acrius vobis per epiſtolam, non id modo feci propter illum qui fecerat fornicationem in vxorem patris, aut iniuriam proximo ſuo in iudicio. neque item ſolum propter eum qui patitur iniuriam, oppreſſus ab alio. f Sed etiam ob hoc, vt manifeſtum fieret omnibus vobis, quantam pro vobis gero, etiam abſẽs ſolicitudinem, coram Deo in veritate. g Quia vero ſic nos accipitis in charitate, quẽadmodum & ſcripſimus: in hoc, ex vobis, cõſolationem non paruam accepimus. h Cõſolatio autem hæc noſtra amplius nos lætificauit propter Titi gaudium, quo illum affeciſtis: quoniam (vt eo narrante didici) ab omnibus vobis ſpiritus refectionem & conſolationem accepit, propter humanitatem veſtram, quam illi exhibuiſtis, amore noſtri.

i Et iam ipſe experientia cognouit, non vane me gloriari ſolitum, atque ita ego non ſũ confuſus: ſed quemadmodum ad vos ſemper ſermo noſter verus & firmus fuit, ita & gloriatio qua coram Tito ſumus ſubinde gloriati, nunc vera & non vana fuiſſe, comprobatur: a & iccirco nunc ex viſceribus ardentius vos amat, cum expertam in ſe recordatur veſtrum omnium obedientiam, quam illi meo nomine pręſtitiſtis, & quemadmodũ illum excepiſtis cum omni timore & reuerẽtia, omnem illi humauitatem impendentes. b Gaudeo, quod per omnia ſic libere poſſũ in vobis confidere, tam pręſens quàm abſens & meam erga vos confidentiam non ſinitis confundi,

d In omnibus exhibuiſtis vos incontaminatos eſſe negocio.

e Igitur et ſi ſcripſi vobis non propter eum qui fecit iniuriam / nec propter euȝ qui paſſus eſt:

f ſed ad manifeſtandam ſolicitudinẽ noſtraȝ quam habem⁹ pro vobis corã deo: g Ideo conſolati ſumus.

h In ↄſolatione aũt noſtra / abundanti⁹ magis gauiſi ſumus ſuper gaudio Titi / quia refectus eſt ſpiritus eius / ab omnibus vobis.

i Et ſi quid apud illum de vobis gloriatus ſũ / non ſũ ↄfuſ⁹: ſed ſicut omnia vobiſ in veritate locuti ſumus / ita ⁊ gloriatio noſtra q̃ fuit apd̃ Titũ / veritas facta eſt: a ⁊ viſcera eius abũdantius in vob; ſũt / reminiſcentis omniũ veſtrum obedientiã quomodo cum timore ⁊ tremore excepiſtis illum.

b Gaudeo quod in omnibus ↄfido in vobis.

TEXTUS. CA. Octauum.

ELVCIDATIO CAP. VIII.

a Notam autem facim⁹ vobis fratres/ gratiā Dei: que data eſt in eccleſiis Macedonie.
b et quod in multo experimento tribulationis/ abundātia gaudii ipſorum fuit/
c et altiſſima paupertas eorum abundauit in in diuitias ſimplicitatis eorum:
d quia ſecundū virtutem (teſtimonium illis reddo) et ſupra virtutem voluntarii fuerunt/
e cum multa exhortatione obſecrantes nos/ gratiam et communicationem miniſterii quod fit in ſanctos.
f Et non ſicut ſperauimus/ ſed ſemetipſos dederunt/ primū domino/
g deinde nobis per voluntatem Dei/

a Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quā contulit eccleſiis Macedoniæ: Hoc eſt patientiam magnam, & miram liberalitatem ac miſericordiā, quā ipſi præ cæteris eccleſiis demonſtrant. b Et quod cum grauibus tribulationibus probati fuiſſent, non modo patienter ac ſine murmurationibus, verumetiam cum gaudio abundanti, illas ſuſtinuerunt pro Chriſto. c Et ſumma eorum paupertas, in qua exiſtunt, propterea quod à ſuis contribulibus paſſi ſint rapinam bonorum ſuorum, non eos minus fecit ſecundum Deum liberales: imo quo amplius pauperes facti ſunt, eo amplius diuites ſe reputāt in ſimplicitate cordis ſui, parati etiam aliis, quæ adhuc ſuperſunt, erogare. d Nam teſtimoniū illis perhibeo, quod iuxta facultatem ſuam, imo ſupra vires tenuium facultatum ſuarum, voluntarios ſe exhibuerunt, ad præſtandum eleemoſynam pauperibus in Hieruſalem: e multum nos exhortantes, imo rogantes, vt dignaremur eleemoſynam ab eis vltro oblatam acceptare, liceretque eis, per adminiſtrationem ſuorum bonorum, communicare ſanctorum neceſſitatibus: etiam ſi id minus exigeremus, propter nimiam ipſorum paupertatem. f Et non modo, ſicut credebamus, paululum quid contulerunt, ſed multo amplius obtulerunt ſeipſos, primum domino, cū pro eo gaudenter tribulationes paſſi ſunt, g deinde etiam nobis iuxta voluntatem Dei, tam prōptam nobis per omnia obedientiam ex animo præſtantes, vt etiam amplius quàm peteremus aut ſperaremus, voluntarios inueniremus. Denique, tam ardenter iſti in negotio hoc egerunt, vt horum exemplo & prōptiſſima voluntate incitatus, non vltra continere me potuerim quin vobis multo ditioribus & potentioribus, candem gratiā pro-

pone

ponerem. a Atque ita factum eſt, vt Titũ fratrem noſtrum rogauerim, vt poſtquam Macedones vidit tam prompto animo ſe ſuaque omnia obtuliſſe, etiam apud vos hoc ageret ſolicite: b vt quemadmodum nuper ad promptitudinem animi & propoſitum voluntatis vos adduxit, ita nũc ipſe ad vos pergens perficiat, & in operis effectum deducat, etiam gratiam & miſericordiam iſtam. c Vos vero, ſicut in omnibus ſpiritualibus bonis diuites eſtis & abundatis, nempe in fide, in ſpe, & verbo Dei, in ſolicitudine omnimoda, et charitate præcipua, qua eſtis vos erga nos affecti: vt ſic etiam hac in gratia, et in hoc ſpirituali bono eleemoſynę abundetis, liberaliter ac diuiter, iuxta veſtrã facultatem, impertientes. d Non autem hæc per imperium dicimus, tanquam vobis prçceptũ dantes, aut quaſi vos cogere volentes: e ſed per aliorum egregia exempla, veſtrum animum naturali quadam bonitate & ingenuitate prçditum, ſolicite comprobando atque extimulando, prouocamus. Ingenuus enim animus, ſolet melius aliorum exemplis propoſitis, quàm imperio aut coactione ſuaderi. Alioqui ipſa Chriſti miſericordia quam nobis prior impendit, ad liberalitatem & miſericordiam merito vos prouocare debet. f Scitis enim per fidem edocti, miſericordiam vobis a Deo exhibitã, qui cũ eſſet nullius indigẽs in ſemetipſo perfecte beatus, propter nos tamẽ homo egen⁹ factus eſt, vt per ſuã inopiã aſſũptã, vos ad æternas diuitias tranſferret. g Et oĩo hac in re vobis cõſulo, nõ mihi. Nã hoc vobis vtile eſt, qui nõ ſolũ facere cœpiſtis ab anno priore (quãdo collectas cœpiſtis) ſed etiã ex aĩo velle, propter amorẽ Dei: quod maius eſt quã ſimpliciter facere. h Nunc vero fratres conſummate bonũ veſtrũ, quod tunc cœpiſtis, propoſitũ, vt quemadmo-

a Ita vt rogaremus Titum,

b vt quemadmoduz cepit, ita ⁊ perficiat in vobis etiam gratiam iſtam.

c Sed ſicut omnib⁹ abundat[is] fide, ⁊ ſermone, ⁊ ſcientia, ⁊ omni ſolicitudine, inſuper ⁊ charitate veſtra in nos, vt ⁊ hac in gratia abundetz.

d Non quaſi imperans dico,

e ſed per aliorũ ſolicitudinem etiam veſtre charitatis ingenium bonum comprobans.

f Scitis enĩ gratiaz domini noſtri Jeſu Chriſti, quoniã propter vos egenus factus eſt, cuz eſſet diues, vt illius inopia vos diuites eſſetis.

g Et cõſiliuz in hoc do: hoc enim vobis vtile eſt, qui non ſolum facere, ſed ⁊ velle cepiſtis ab anno priore:

h Nunc vero, et

facto pficite/ vt quē
admodū prōptus eſt
animus voluntatis/
ita ſit ⁊ perficiendi/
ex eo quod habetis
a Si em̄ voluntas
prōpta eſt / ſcđm id
quod habet accep=
ta eſt.
b non ſecundum id
quod non habet.
c Non enim vt alijs
ſit remiſſio vobis au
tem tribulatio:
d ſed ex equalitate/
in preſēti tpe/ veſtra
abundantia illorū
inopiam ſuppleat/
e vt ⁊ illorum abun
dantia veſtre inopie
ſit ſupplementum:

f vt fiat equalitas/ ſi
cut ſcriptū eſt/ Qui
multum non abūda
uit/ et qui modicum
non minorauit.

g Gratias autē a=
go Deo/ qui dedit e
andem ſolicitudinē/
pro vobis/ in corde
Titi.
h qm̄ exhortationē
quidem ſuſcepit/

i ſed cū ſolicitior eſ
ſet ſua volūtate pro
fectus eſt ad vos.

a Miſim⁹ aūt cū illo
fratrē noſtrū/ cuius
laus eſt in Euāgelio
p omnes eccleſias.

admodum animus promptus eſt in vobis ad
volendum nunc item promptus ſit ad per=
ficiendum , ſecundum id quod quiſq; habet,
& ſecundum rei familiaris proportionem.
a Voluntas enim prompta Deo eſt grata, ſi
iuxta ſuam facultatem perficiat. b Non
autem exigitur, vt id quod non habes, vel ſu
pra quod habes , & ſupra tuam facultatem
eroges aliis. c Non id exigo à vobis, neq;
Deus ipſe, vt tantum conferatis in alios , vt
ipſi neceſſitatem patiamini, & alii ex veſtris
lautius viuant: d ſed cupimus quandam
inter pauperes & diuites fieri æqualitatem,
ita vt diuites de abundantia temporaliū ſu=
orum ſubueniant pauperibus egentibus, e
vt & ipſi viciſſim diuites, pauperū ſint abū
dantiæ participes: vt quod minus ipſi poſſūt
ſæcularibus impliciti, id pauperum abundā
tia ſuppleat pro eis, ante Deum. f Scriptū
eſt autem tale quid de æqualitate, in Exodo:
Qui multum collegiſſet cœleſtis mannæ, ni=
hil amplius habuiſſe eum vltra menſuram:
& qui paululū collegiſſe videbatur, nō mi
nus habuiſſe, eo qui multum collegerat. In
æqualem ęnim menſuram gomor, omnes cō
ueniebant. g Gratias autem ago Deo: qui
Titum fecit animo promptum ad hanc iuſ=
ſionem noſtram, qui & dedit eandem ſolici=
tudinem in corde & propoſito Titi pro vo=
bis, etiam priuſquam nos ei quicquam pro=
poneremus. h Quoniam exhortationem
quidem noſtram omni alacritate ſuſcepit, cū
illi de hac colligenda in vobis eleemoſyna
primum proponeremus. i Sed cum ſolici=
or eſſet, etiam me non hortante, promptiſſi=
ma voluntate ſua, nullo indigēs ſtimulo , vl
tro ad vos profectus eſt. a Miſimus autē
cum illo fratrem noſtrum, qui Euangelio, ſi
ue prędicando, ſiue conſcribendo, in omnibus
eccleſiis, laudem ſibi magnam comparauit.

b Non

b Non ſolum autem, ſed etiā comes noſter eſt ipſe dignus iudicatus ab eccleſiis, in peregrinatione noſtra. c ad hanc gratiam largitionis & eleemoſynæ (cuius nos colligendo miniſtri ſumus) & veſtram voluntatem vltroneam, ac per ſe paratam, atque propenſam opere implendam, per noſtrum miniſterium. d Miſimus, inquam, tales ad vos & tantos legatos, ne quis poſſit ex hoc miniſterio accipere occaſionem vituperandi nos in hac adminiſtratione, quæ de ſe plena eſt, perfecta atque irreprehenſibilis. e Curamus enim, non ſolum vt bona ſint apud Deum opera noſtra, ſed etiam omnibus hominibus (quantum fieri poteſt ex nobis) probata appareant: vt ſicut verbo prædicamus, ita luceamus & exemplo. f Miſimus inſuper cum illis & Tertium fratrem alium, quem in multis ſępe diligentem probauimus: nūc autem etiam amplius ſolicitum comperim⁹, in hoc negocio obeundo. Miſimus, inquam, ob multam confidentiam, quam in vobis habemus non dubitantes quin illos, vt dignum eſt, ſitis excepturi: g Siue pro Tito, eo quod ipſe ſit ſocius meus, & in vobis coadiutor: ſiue pro cæteris duobus fratribus, qui ſūt Apoſtoli à nobis ſępius miſſi tanquam legati, ad varias eccleſias, quę ad gloriam Chriſti ſunt congregatæ. h Oſtendite ergo charitatem veſtram erga nos, & quod recte gloriati fuerimus pro vobis, coram illis & erga illos tātos Apoſtolos, in conſpectu omnium eccleſiarum. Quod enim illis impenditis humanitatis, in conſpectu omnium eccleſiarū ipſi proferent in exemplum, ad quas fuerint per nos tanquam legati in poſterum mittendi.

b Non ſolum aūt ſ3 et ordinat⁹ eſt ab eccleſiis comes peregrinationis noſtre/ c in hanc gratiam q miniſtratur a nobis ad domini gloriam/ & deſtinatam voluntatem veſtram/ d deuitātes hoc ne quis nos vituperet in hac plenitudine/ que miniſtraſ a nobis in domini gloriā. e Prouidemus eñ bona non ſolum coram deo ſed etiam coram hominibus.

f Miſimus autē cū illis & fratrē noſtrū/ quem probauimus & in multis ſepe ſolicitum eſſe/ nunc autē multo ſolicitiorem/ confidētia multa in vos/ g ſiue pro Tito qui eſt ſocius meus & in vobis adiutor ſiue fratres noſtri/ Apoſtoli eccleſiarū glorie Chriſti.

h Oſtenſionē ergo que eſt charitatis veſtre/ & noſtre glorie pro vobis in illos oſtendite/ in faciem eccleſiarum.

ELVCIDATIO CAP. IX.

a De his igitur ſolicitius vobis perſcribimus, quoniam de eleemoſyna quę ſanctis adminiſtratur certum habemus,

TEXTUS. CA. Nonum:

a Nam de miniſterio quod fit in ſāctos ex abundāti eſt mi=

hi ſcribere vobis.
b Scio enĩ promptũ animũ veſtrũ, ꝓ quo glorior de vobis apud Macedões, quoniam ⁊ Achaia parata eſt ab anno preterito ⁊ veſtra emulatio, prouocauit plurimos.
c Miſimus aũt fratres, vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte vt (quemadmodum dixi) parati ſitis,
d ne cũ venerint Macedones mecũ, ⁊ inuenerint vos imparatos, erubeſcamus nos,
e vt nõ dicam⁹ vos, in hac ſubſtantia.
f Neceſſarium ergo exiſtimaui rogare fratres, vt preueniant ad vos, et p̃parent repromiſſã benedictionẽ hanc paratam eſſe, ſic quaſi benedictionem, non tanquã auaritiam.
g Hoc autem dico, Qui parce ſeminat, parce ⁊ metet:
h ⁊ qui ſeiat in benedictionib⁹, de benedictionib⁹ et metet:
i Unuſquiſque, prout deſtinauit in corde ſuo, nõ ex triſtitia aut ex neceſſitate,
a Hilarem enim datorem, diligit De⁹.

a Potens eſt autem Deus omnem gratiã abundare facere in vobis, vt in oib⁹

vos prompto eſſe animo: Ita vt ſuperfluum iudicemus vobis hæc inculcare. b Quam animi veſtri promptitudinem, apud Philippenſes ſubinde cum gloria recito, atque ita, veſtri exempli ęmulatione, plurimi ſunt apud eos ad ſimilia prouocati. c Nunc autem voluimus præmittere fratres iſtos, vt gloria noſtra non comprobetur falſa aut vana fuiſſe quo ad hanc rem: vt (quemadmodũ præmonui) ſitis parati ante meum aduentũ, d Ne ſi Macedones in meo comitatu, ad me deducendum, mecum venerint & vos inuenerint adhuc imparatos, confundamur corã eis, quaſi qui vane fuerimus apud eos de vobis gloriati: e Vt non dicam veſtram magis illam futuram cõfuſionem in hac parte: quippe qui, vt propoſuiſtis & cœpiſtis, non perfeceritis gratiã iſtam: f Propter quod ego iudicaui neceſſarium, rogare fratres: vt ante me accedentes, repromiſſam eleemoſynam colligant, vt ſit parata, ſic vt videatur liberaliter donata eleemoſyna, non pecunia propter auaritiam extorta. g Hoc tamen vnum moneo, Qui cũ auaritia tenuiter, nec ſatis abundanter iuxta ſuam facultatem erogando, ſeminauerit, mercedem operi proportionatam ſumet ac metet. h Qui autem liberaliter in ſimplicitate cordis, erogauerit abundanter, abundantem metet ille mercedẽ. i Dabit autẽ vnuſquiſq;, prout ex propria animi voluntate deliberauerit donandum, nulla omnino neceſſitate coactus, et ſine triſtitia. a Quoniam Deus diligit eum, qui læta liberalitate donat quæ donat. Nihil autem metuendum, ne poſtmodum ipſi egeatis, cum aliis erogaueritis, aut minus habeatis, ad faciendum de cætero miſericordiam.
a Potens eſt enim Deus facere, vt omnia bona corporis et animæ abundent in vobis: ita vt ſemper habentes omnis boni ſufficientiam,

entiam, multiplicemini in operibus bonis: ita vt præter erogationem veſtrarum facultatum, non deficiant vnquam vobis opera iuſtitiæ, ſed quæ ſemel ſunt ſeminata, permanebunt in æternum coram domino. b Iuxta ſcripturam, quæ virum beatum & iuſtum deſcribens, dicit illum variis diſtribuiſſe pauperibus facultates ſuas: quibus tamen diſperſis, non diſpergitur, neque perit ipſa eius iuſtitia. c Sed permanet in æternum ante dominum, qui iuſtitiæ illius nunquam obliuiſcetur, & à quo, pro illa temporali ſeminatione, accipiet meſſem ſempiternæ retributionis. d Qui autem omne ſemen dat & ſuppeditat abunde ſeminantibus (ex quo omne nutrimentum hominibus procedit) nihil dubium quin ſuis ſeruis, etiam id quod minus eſt, dabit. nempe panem ad manducandum, id eſt, victus vitæque neceſſaria. e Atque etiam multiplicabit ſemen veſtrum (animi videlicet promptitudinem, & quantum nouit expedire facultatem exteriorem, in quibus homo iuſtus benefaciendo proximis, ſeminat) f & augebit creſcentes fruges iuſtitiæ veſtræ, faciens vos abundare in operibus bonis: g ita vt in omnibus copioſeditati, ſpiritualibus ac temporalibus quantum Dominus nouit epexdire, abundare poſſitis in perfectam ſimplicis miſericordiæ liberalitatem: quæ hoc efficit per noſtrum miniſterium, vt gratiæ agantur Deo ab iis qui ex ea eleemoſynam & ſuſtentationem refocillationemq; accipiunt. Propter quod multum eſt deſideranda, & libenti animo facienda, hæc eleemoſinę gratia. h Quoniã hæc noſtra adminiſtratio, non ſolum ſuccurrit ſanctorum neceſſitatibus (quanquam & hoc ſolum, per ſe multum ſit appetendũ) ſed quod maius eſt, etiam per multas gratiarum actiones abundat, in domini gloriam.

ſemper oẽs ſufficientiam habentes abũdetis in omne op⁹ bonum/

b ſicut ſcriptũ eſt: diſperſit dedit pauperibus/

c Juſtitia ei⁹ manet in ſeculum ſeculi:

d q̃ aũt adminiſtrat ſemẽ ſeminãti: & panem ad mãducãdũ preſtabit/

e & multiplicabit ſemen veſtrum/

f & augebit incremẽta frugũ iuſtitie veſtre/

g vt in oĩbus locupletati abundetis in oẽ ſimplicitatẽ: que operatur p nos gratiarũ actionem deo.

h Qm̃ miniſteriũ huius officij: non ſolũ ſupplet ea que deſũt ſanctis ſed etiã abũdat p multas gratiarũ actiones in dño/

i per probationē mi niſterij huiꝰ glorifi cātes deū in obediē tia ↄfeſſiōis veſtre/ in euangelio xp̄i/

i dum & nos per operis effectum, probat in hoc miniſterio cognoſcimur, & ipſi qui eleemoſinam accipiunt de obedientia iſta ꝑfecta veſtræ cõfeſſionis Chriſtianæ, qua chriſti Euangelium opere magis quàm ore comprobatis, deum glorificant,

a ꝛ ſimplicitate communicationis veſtre in illo ꝛ in omnes/ b ꝛ in ipſorū obſecratione ꝓ vobis.

a & in liberali illa communicatione veſtra qua impertimini pauperibus ſanctis, ſiue ipſis, ſiue aliis quibuſcunque pauperibus. b Glorificatur autem deus in oratione, quam ipſi pro vobis faciunt,

c deſiderantiū vos/ ꝓpter eminentē gratiā dei in vobis.

c dum vos deſiderant, ſeu videre, ſeu ī deum trahere ac promouere, ſociosque habere, propter eminentem gratiam dei, quā ſentiunt eſſe in vobis.

d gratias ago deo/ ſuper inenarrabili dono eius.

d Gratias ago Deo ſuper inenarrabili dono eius, quod communioni dedit filium, in charitate iſta: quæ & vobis illam dat animi promptam liberalitatem, & ipſis talem erga vos charitatis affectionem, & fraternam in ſpiritu dilectionem.

¶ ELVCIDATIO CAPI. decimi.

TEXTVS CAP. decimum.

a Ipſe aūt ego paulus obſecro vos/ per manſuetudinē ꝛ modeſtiā xp̄i/ q̄ in facie quidē humilis ſū inter vos/ abſens aūt cõfido in vobis.

1 a Pſe autem ego Paulus, qui ſū præceptor pater & miniſter veſter in Euangelio, oro vos per manſuetudinem & benignam modeſtiam Chriſti qui ſum quidem contemptibilis ſecundum exteriorem hominem, quando inter vos conuerſor, præſens, abſens autem à vobis, confido nihilominus in veſtra obedientia:

b Rogo aūt vos ne ꝓſens audeam pcā cõfidētiā/ qua exiſtimor audere/ i quoſdam qui arbitrant̄ nos tanq̄ ſc̄ſo͂ʒ carnē ambulemus.

b Rogo (inquā) ſic vos nunc agere me abſente, vt non cogar quum aduenero: audaciam meam (quæ eſt in poteſtate obiurgandi & puniendi) quæ mihi aſſcribitur & imputatur à calumniatoribus, oſtendere erga quoſdam, qui nos tanquam carnales reſpuentes, obedientiam debitam negant. Nos autem, carnales non ſumus.

mus. d Vitam enim iſtam quam viuimus in carnis fragilitate viuimus: attamen non vt carnales, ſecundum carnem conuerſamur neque in negotio euangelii carnalibus armis (hoc eſt carnali eloquentia vel ſapientia) vtimur: quomodo Pſeudoapoſtoli faciunt, quorum omnia arma carnalia ſunt. e Arma vero militię noſtræ, quibus aduerſus infidelitatem pro chriſti Euangelio depugnamus & decertamus, non carnalia ſunt, vtpote eloquentia aut ſapientia carnalis. f ſed ſpiritualia valida admodum ex virtute dei, & ad gloriam eius, quibus deſtruere poſſumus impedimenta omnia & obſtacula fidei: g Idque, dum diſſipamus ſapientiam carnaliter ſapientum & dæmonum, imo & omnem in eminentia, ſiue eruditionis ſiue poteſtatis humanæ conſtitutum, efferentem ſe aduerſus fidem Dei, vt eam extirpet. Armis ſi quidem noſtris iſtis, & reges & tyrannos, & ſapientes ſęculi deſtruimus & vincimus: h dum inſuper omnem intelligentiam ſublimium, potentum ac ſapientium ſæculi, noſtris his armis ſubiugare ſeruitio Chriſti valemus: vt qui prius erant vanitatibus dediti, in chriſtum contumelioſi, conuerſi omnem vim mentis ſuæ in dei obſequium impendant: i dum inſuper poteſtatem habemus, quantocius puniendi omnes qui nobis ſunt inobedientes. Quemadmodum & Petrus & Saphyram & Ananiam, propter inobedientiam vltus eſt, & à me olim Elymas magus reſiſtens fidei, percuſſus eſt cæcitate: a Si modo communis veſtra impleatur erga nos obedientia, ne inueniamini participes eorum inobedientię: atque ita eadem vos pariter pœna inuoluat cum inobedientibus, quos ſi nondum correctos inuenero ſú puniturus. b Ecce quæ in aperto ſunt & manifeſta conſiderate, & ſecundum veritatem

d In carne ei ambulātes/ nō ſcđ₃ carnē militamus/

e Nā₃ arma militie noſtre non carnalia ſunt/

f ſed potentia deo/ ad deſtructionē munitionū/

g cōſilia deſtruētes/ ⁊ oēs altitudine₃ extollentem ſe aduerſus ſcientiam dei/

h ⁊ in captiuitatē redigentes omnē itellectū/ in obſequium chriſti.

i ⁊ in promptu habētes vlciſci omnē inobedientiam/

a cū impleta fuerit veſtra obedientia.

b Que ſcđ₃ faciē ſūt videte.

c Si quis ꝯfidit xp̄i ſe eſſe / hoc cogitet iterū apud ſe: q2 ſicut ipſe chriſti ē: ita ⁊ nos. d Nā et ſi am pli⁹ aliquid gloria tus fuero / de poteſtate noſtra / quā dedit nobis dominus i edificationē / ⁊ non in deſtructiōem veſtrā non erubeſcā.

c Ut autē nō exiſti mer tāq̄ terrere vos per epiſtolas.

f Qm̄ quidē epiſtole inquiūt / graues ſūt ⁊ fortes p̄ſētia aūt corporis infirma et ſermo cōtēptibilis. g hoc cogitet qui eiuſmodi eſt / q2 quales ſum⁹ verbo p epiſtolas abſētes tales ⁊ preſētes in facto.

h Nō enī audem⁹ inſerere / aut cōparare nos quibuſdā / qui ſe ipſos commendant / i ſed ipſi i nobis noſmetipſos metiētes / ⁊ cōparātes noſmet ipſos nobis.

a Nos aūt non imēſum gloriabimur.

a ſcd̄m menſuram regule qua mēſus eſt nobis de⁹ / mēſurā ꝑtingendi vſq̄ ad vos

tē iudicate. c Si quis ex pſeudoapoſtolis de hoc ſe iactitet quod chriſti miniſter ſit: noue rit ille, quod ſicut ipſe Chriſti eſt, ita & nos nihilominus ſumus. d Imo vero etſi maius aliquid gloriando fuero elocutus, de poteſtate illa vel apoſtolica authoritate, quā dominus mihi dedit, vt vtar ea ad veſtrum profectum, nō ad deſtructionem vel ſcandalum cuiuſquam, non erubeſcam quaſi mendax, veritatem enim dicam. Taceo tamen, & ſuperſedeo. c Vt autem non acquieſcatis calumniantibus me, neque de me habeatis opinionem peruerſam, quaſi is ſim, qui ad meam oſtentationem vos velit per epiſtolas terrere. f quoniam & (vt ipſi aiunt) epiſtolæ quas abſens mitto, duræ admodum & acres ſecundum correptionem exiſtunt: Ipſe autem præſens (vt aiunt) totus ſum vilis, et ſermo meus rudis & contemptibilis: g hoc ſcire volo quemlibet eorum, qui nos ſic calūniantur, quod quales nos oſtendimus in epiſtolis abſentes, tales per omnia ſumus in conuerſatione noſtra præſentes: ſi in literis graues, etiam in conuerſatione & præſentia corporali: & ſi in præſentia humiles, ſic & in literis. h Non enim audemus nec volumus, nos in numerum reputare quorundā, aut etiā eis aſſimilari, qui ſeipſos ſupra quod in ſe eſt, commendant & iactant: i ſed menſuram ponimus noſtræ gloriationi, ſecundū ea quæ intra noſmetipſos ſunt, ſic noſipſos nobiſipſis coæquantes, vt non nobis plus videamur, quā ſimus in nobiſipſis. a Nos autem nō gloriabimur ſine termino, de ijs quæ extra mētem noſtram ſunt, quemadmodum pſeudoapoſtoli faciunt, qui gloriantur in alienis laboribus: a ſed ſecundum metam & regulam noſtram, quam conſtituit nobis deus, Quæ menſura noſtra, etiam vos includit, quoniam per euangelium ego vos genui,

nui. b Nam dum in vobis gloriamur, nõ extendim⁹ nos vltra regulam noſtram, qua ſi prædicatione noſtra non peruenerimus, in prædicatione Euangelii: non gloriantes extra menſuram noſtram in alienis, ſed in noſtris laboribus. c Imo vero ſpem ſumus habentes, cauſa fidei veſtræ, quæ indies creſcit & creſcet, vt etiam amplius & copioſius quàm hactenus, in veſtro profectu glorificemur abundanter, ſecundum menſuram noſtram: quoniam gloria præceptoris creſcit, cum profectu diſcipulorum. d Ob hoc inquam, ſpem ſum⁹ habentes, quum vos in fide ſatis roborati fueritis: etiam in vlterioribus regionibus (vbi chriſtus nondum prædicatus eſt) Euangelium annunciare.

e Tantum abſit vt ocioſe, ſicut quidam, velimus gloriari in iis quæ ſub alterius regula ſunt & quę ſunt ab aliis pręparata, vel quo quomodo elaborata. f Quomodocunque autem quis glorietur, etiam ſi de propriis laboribus, ſemper eſt illud obſeruandum: vt qui gloriatur, ſecundum DEVM & non ſecundum carnem glorietur, neque ad vanitatem, ſed in veritate coram DEO.

g Non enim qui ſeipſum iactanter commendat, ob hoc exiſtit vere commendatus & laude dignus: ſed quem Deus commendatum facit, vel etiam ſignis domonſtrat, is demum vere commendatus, probatus, & laude dignus eſt.

ELVCIDATIO CAP. vndecimi.

a OPtarem ſane à vobis, in inſipientia gloriandi paululum tolerari: imo vero peto & iubeo, vt toleretis me paululú gloriantem. b Nã zelo qui ſecun

b Nõ em̃ q̃ſi nõ pertingẽtes ad vos ſuperextẽdim⁹ nos. Uſq; ad vos ei ꝑuenim⁹ i Euãgelio xp̃i: nõ immẽſũ gloriãtes in alienis laboribus.

c Spẽ aũt habẽtes creſcẽtis fidei veſtre i vobis magnificari ſecũdum regulã noſtrã in abũdãtia.

d etiã in illa q̃ vltra vos ſũt euãgelizare/

e nõ in aliena regula in his que ꝑ parata ſunt gloriari.

f Qui aũt gloriaĩ in domino glorietur.

g Nõ em̃ qui ſeipſũ cõmẽdat ille ꝓbat⁹ eſt ſed quem de⁹ cõmẽdat.

TEXTUS CAP. vndecimum.

a Utinã ſuſtineretis modicũ quid inſipiẽtie mee ſed ⁊ ſupportate me.

b Emulor enim vos

deí emulatione.

ſecundũ deum eſt, vos ardenter amo, qui ze lus nunc coram vobis, cõtra Pſeudoapoſtolos me gloriari compellit.

c Deſpondi eñ vos viro virginem caſtã exhibere chriſto.

c Nec mirum, quia ego addixi & copulaui vos, & coaptaui, ac per ſpiritualem deſpõſationem adiũxi vos vni Viro Chriſto: ſic vt veſtram eccleſiam totam (quantum in me eſſet) illi exhiberem ſponſo tanquam Virginem incorruptam, et nullo errore viciatam. Non mirum ergo, ſi de vobis zelo magno ſim ſolicitus, vt incor ruptos à Pſeudoapoſtolorum corruptioni-bus cuſtodiam.

d Timeo autẽ / ne ſi-cut ſerpẽs Euã ſedu xit aſtutia ſua / ita corrũpãt ſẽſ⁹ veſtri / excidãt a ſimplicita te que ẽ in xp̃o ieſu.

d Timeo aũt ne ſicut ſerpẽs Euã ſeduxit aſtutia ſua, ita per aſtutos pſeu doapoſtolos corrumpantur intelligẽtiæ ve ſtræ, & ſimplicitatem illam perdant Chri-ſtianæ puritatis, quæ eſt in chriſto Ieſu, quũ in errorum labyrinthos vos induxerint.

e Nã ſi is qui venit aliũ xp̃z p̃dicat / quẽ nõ predicauim⁹ / aut alium ſp̃m accipitis quem nõ accepiſtis / aut aliud euãgeliũ / quod nõ accepiſtis / recte pateremini.

e Quod ſi iſti ſuperuenientes Apoſtoli, ali-um vobis prædicarent verum chriſtum, & ſaluatorem veriorem quam nos prædicaui mus, ſic vt nos falſum, illi verum: Aut ali-um meliorem ſpiritum eorum acceperetis miniſterio quâm per nos: Aut ſi aliud ipſi e-uangelium verius prædicarent: ſic vt nos fal ſum prædicauerimus, illi verum: ſine dubio non immerito iſtos potius quàm me, audie ritis. Nunc vero nihil ego omiſi, quod ipſi præſtare potuiſſent.

f Exiſtimo eñ nihil me min⁹ feciſſe / a ma gnis apoſtolis.

f Imo vero exiſtimo me nihil minus vobis in his omnibus præ-ſtitiſſe, quàm magni & principales apoſto-li, ſuis diſcipulis præſtiterunt.

g Nam ⁊ſi imperit⁹ ſermone / ſed non ſcientia.

g Fateor quidem me ſermone imperitum, vt forſitan maiori eloquentia ipſi annuncien teadem il la, quæ nos prędicauimus, aut ſua dogmata: ſed ſcientiam dei mihi puto non deeſſe, & e-ruditione fidei, ad mei muneris executionem abunde inſtructum.

h In oĩbus aũt ma nifeſtus ſum vobis.

h In omni autem cõ uerſatione mea & predicatione, vobis ego ſum manifeſtus, & optime cognitus: neque opus eſt vt vobis, multa de nobis iactando,

ſuadeamus

ſuadeamus. Forſitan vero ea de cauſa minus me amore proſequimini, & alios accipitis, quia à vobis videor alienus, nolens à vobis accipere ſtipendia. i An hoc peccatum eſt quod meipſum humiliaui, apud vos, proprijs manibus victum quæritans, & poteſtate mea non vtens, in accipiendo vitæ neceſſaria, vt vos ad fidei ſublimitatē perducerē? a Quoniam ſine ſtipendio annunciaui vobis Euangelium Chriſti, ab aliis pauperculis (velut à Philippenſibus) accipiens ſumptus, quibus vobis adminiſtraui Euangelium. b Imo quum eſſem præſens apud vos, & egerem: à nullo veſtrum quicquam ego poſtulaui, neque accepi. c Neceſſitatibus enim meis ſubuenerunt fratres à philippis Macedoniæ, & prorſus vos non grauaui neque in poſterum grauabo. d Loquor ſecundum veritatem dei, quod hanc gloriandi materiam non ſinam infringi in me neq; auferri mihi in regionibus Achaiæ. Quam obrem? An quia non diligo vos? Deus nouit quod plurimum vos diligam. e Quod autem nunc facio, etiam in poſterum facturus ſum, eo fine, vt præcludam falſis Apoſtolis, qui inter vos abundant, occaſionem quam quærunt, ſiue nos calumniandi, ſiue ſuam auariciam complendi: vt in ſua gloriatione cogantur ſimiles inueniri nobis, atque ita eorum vel gloriatio vel auaritia comprimatur. f Nam eiuſmodi falſi Apoſtoli ſunt operarii doloſi, aſſumentes faciem et apparentiam verorum Apoſtolorum Chriſti, ſimulantes ſe eſſe Apoſtolos Chriſti, quum nihil ſint minus. g Neque id mirum, quoniam & Satanas ſæpe figuram aſſumit boni angeli, tam ſecundum exteriores apparitiones, quàm ſecundum interiores inſpirationes, bonitatem ſimulans. h Mirum ergo non eſt, ſi eius miniſtri transfigurentur, velut veri mini-

i Aut nūquid pctm̄ feci meipſū hūiliās, vt vos exaltemini? a Q:m̄ gratis euāgeliū dei euangelizaui vobis. Alias eccleſias expoliaui accipiēs ſtipēdia ad miniſteriū veſtrum: b & cū eſſē apȯ vos, & egerē, nulli onero{ſ}⁹ fui. c Nā qd̄ mihi deerat ſuppleuerūt fr̄es q̇ venerūt a macedonia: & oib⁹ ſine onere me vobis ſeruaui, & ſeruabo, d Eſt veritas xp̄i in me, q:m̄ hec gloriatio non infringet in me i regionibus achaie. Quare? Q:nō diligo vos? deus ſcit. e Quod aūt facio, & faciā, vt āputē occaſionem eoꝝ qui volunt occaſionē, vt in quo gloriātr inueniātur ſicut & nos. f Nā eiuſmodi pſeudoapoſtoli, ſūt operarij ſubdoli, transfigurātes ſe in apoſtolos chriſti. g Et nō mirū, ipſe ei Satanas trāſfigurat ſe in angelum lucis. h Nō ē ergo magnū ſi miniſtri eius trāſfi

gurẽt velut miniſtri iuſtitie: quoꝝ finis erit ſcd̃z opa ipſoꝝ.
i Iterũ dico/ne quis me putet inſipientez eſſe.
a Alioquin velut inſipiẽtẽ accipite me/ vt ⁊ ego modicum quid glorier.
b Quod loquor/nõ loquor ſecundũ deũ ſed quaſi in inſipientia/in hac ſubſtãtia glorie.

c Qm̃ multi gloriãtur ſcd̃z carnẽ ⁊ ego gloriabor/ Libẽter eñi ſuffertis iſipiẽtes
d Suſtinetis eñi/ ſi quis vos in ſeruitutẽ redigit/ſi quis deuorat/ſi quis accipit ſi quis extollit/ſi quis in faciem vos cedit.
e ſcd̃m ignobilitatẽ dico quaſi nos infirmi fuerimus in hac parte.
f In quo quis audet (i inſipiẽtia dico/audeo ⁊ ego.

g Hebrei ſũt ⁊ ego/ Iſraelite ſũt ⁊ ego/ Semẽ abrahe ſunt ⁊ ego.

h Miniſtri xp̃i ſunt/ ⁊ ego: Ut min⁹ ſapiens dico plus ego:
h in laboribus plurimis/ in carceribus abundantius/ in plagis ſupra moduz/ in

miniſtri Chriſti, quorum erit merces ſecundum opera ſua. i Iterum vos moneo, quod principio monui, ne quis mihi ad inſipiẽtiã & iactantiã reputet, gloriam iſtam. a Quod ſi tandem omnino vobis ſic videatur nec aliud impetrare poſſum, accipite me velut inſipientem tantum, vt mihi paululum liceat gloriari. b Quod loqui propono, non ſecundum deum erit (quantum in ſe eſt licet erit ſecundum deum, propter charitatis neceſſitatem) ſed ſecundum apparentiam, quaſi in inſipientia carnali, quantum ad hãc partem gloriationis, quæ eſt de genere & origine carnis: In quibus gloriari, omnino videtur etiam prima facie, inſipiens. c Quoniam tamen multi in his carnalibus gloriantur, & ego cogor gloriari. Libenter enĩ huiuſmodi ſuſcipitis inſipientes & gloriabũdos Apoſtolos, quod eſt tenuioris in vobis ſapientiæ indicium. Suſtinetis enim vos in ſeruitutem redigi, à talibus pſeudoapoſtolis, expoliari & accipi à vobis munera & dominari eos vobis, In extremo affici ab eis probro atque contemptu. e Contemptim iſta loquor: quaſi vero & nos non valeamus noſtra authoritate ſimiliter expoliare & in vos imperium agere. f In quo autem quis eorum audet gloriari (tanquam inſipiens loquor, cum eis gloriatione contendo) & ego audeo in eodem gloriari. g Si ſe Hebræos gloriantur, de hoc & mihi licet gloriari. Nam & ego Hebræus ſum, Si ſe Iſraelitas iactitant, aut Abrahæ ſemen, in his & mihi licet gloriari. Nam & ego Iſraelita & ſemẽ Abrahæ ſum. h Si miniſtros ſe Chriſti iactent (licet id videbor tanquam inſipiens dicere) tamen audacter profiteor, me amplius chriſti eſſe miniſtrum: h vtpote qui in laboribus plurimis, & in carceribus frequentius, in verberibus ſupra modum, & in mortis peri-

tis periculis frequenter ob Chriſti nomen fu erim. i A Iudæis quinquies pœnam hanc pertuli, vt triginta nouem verberibus cæderer, a Alibi quoque apud gentes: ſine mēſura verberum, ter ſum virgis cæſus, ſemel in Lycaonia lapidatus ſum, ter naufragii pericula ſuſtinui: Noctem & diem peregi, in pfundo maris. b Moleſtias itineris, frequenter ſuſtinui: Sæpius in periculis fluminum fui. Nunc mihi periculum fuit ex conſanguineis meis Iudæis, alias ex gentilibus, vtrisq; mihi inſidiantibus. In ciuitate & extra ciuitatem, in ſolitudinibus, in mari, atque etiam in fictis & ſimulatis chriſtianis: c p multum laborem & moleſtiam, per multas vigilias, per famen & ſitim obuenientes mihi per ieiunia vltro aſſumpta ad carnis caſtigationem, in frigore veſtitus tenuitate: d Exceptis his quæ ſunt extra hæc prædicta, vel quæ extrinſecus obueniunt, quorum grauiſſimum eſt, & mirum in modum me angit, id quod mihi quotidie inſtat & perpetuo incumbit, nempe omnium eccleſiarum ſolicitudo: quæ eſt ſuper omnia, mihi labor maxim⁹ e Nam omnibus factus omnia, cum infirmis infirmor, dum eorum infirmitatem, per compaſſionem, in meipſum transfero: f & ſi quis ſcandalum patitur aut corruit, ego vror & affligor, tanquam in meipſo ſētiens, quod patitur alius. g Si tandem gloriari oportet me, neceſſitate charitatis compulſum, gloriabor quidem in hiis libenter, quæ ſunt humilitatis & contemptus, in quibus maior eſt gloriandi ſecuritas. h Deus omnipotens pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſæcula, ipſe nouit & teſtis eſt, quod veritatem loquor. i Ante annos multos initio conuerſionis meæ, is qui in Damaſco erat ab Areta rege conſtitutus præfectus populi, queſiuit me comprehēde-

mortibus frequēter
i A Iudeis quinqui
es quadragenas vna
na minus accepi.
a Ter virgis cęſ⁹ ſuz/
ſemel lapidatus ſū/
ter naufragiū feci.
Nocte & die in profū
do maris fui.
b In itineribus ſe-
pe/ periculis flumi-
minum/ periculis la
tronuz/ periculis ex
genere/ periculis ex
gentibus/ periculis
in ciuitate/ periculis
in ſolitudine/ pericu
lis in mari/ pericu-
lis in falſis fratrib⁹
c in labore & erūna/
in vigiliis multis/
in frigore & nudita-
te: d Preter illa
que extrinſecus ſūt.
inſtantia mea quoti
diana ſolicitudo om
nium eccleſiarum.

e Quis infirmat/ et
ego nō infirmor?

f Quis ſcādalizatur
& ego non vror?

g Si gloriari oportet
que infirmitatis ſūt
mee gloriabor.
h Deus pater domi
ni noſtri ieſu xpi / q̄
eſt bndictus in ſecu
la ſcit q non menti
or.

i Damaſci/ Prepoſi
t⁹ gētis arete regis
cuſtodiebat ciuitatē

damaſcenorum / vt me cõprehēderet: a et pfeneſtrã in ſporta demiſſ⁹ ſũ p murũ / et ſic effugi man⁹ eius.

hendere, obſeruans Damaſcenam ciuitatem, ex omni parte: a verum à fratribus in ſporta demiſſus ſum per feneſtram, itaque euaſi manus eius, ſecundum gratiam & conſilium, & protectionem chriſti, cui in hoc, & in omnibus beneficiis, omnem reddo gloriã.

TEXTVS CAP. Duodecimum.

a Si gloriari oportet nõ expedit q̃dē.

ELVCIDATIO CAPITIS duodecimi.

T a Ametſi nunc mihi neceſſitas incumbit gloriãdi, propter pſeudoapoſtolorum fallaciam, eſt tamen hoc in ſeſe homini non vtile, vt in magnis glorietur.

b veniã aũt ad viſiones / et reuelationes domini.

c Scio hominē i xp̃o ante ãnos quatuordecim (ſiue in corpore / ſiue extra corp⁹ neſcio de⁹ ſcit) raptũ huiuſmodi vſq3 ad tertiũ celum.

b Veniam tamen (quandoquidem cogor) ad enarrandas viſiones, quas mihi deus oſtédit, & reuelationum intelligentias. c Scio hominem quendam Chriſto credentem, ante annos quatuordecim, raptum ſecundũ extaſim, vſq3 in cœlum empireum, vſqueadeo inſenſibilem factum ſecundum corpus, vt neſciam an in corpore fuerit, an extra corpus: Deus tamen (qui omnia ſcit) ipſe nouit, quemadmodum cum illo res ſe habeat.

d Et ſcio huiuſmodi hominē (ſiue in corpore / ſiue extra corpus neſcio / de⁹ ſcit)

e q̃m raptus eſt in paradyſum / et audiuit arcana verba que nõ licet hoi loqui.

d Et huiuſmodi hominem, vſqueadeo inſéſibilem factum propter extaſim, vt neſciret omnino quid de corpore ageretur, an infuerit anima in corpore, an pro eo tempore nõ infuerit: deus eſt qui nouit. e Hunc, inquã, hominem, ſcio raptum fuiſſe in iucundiſſimum delicijſque plenum beatitudinis locũ: vbi & accepit, didicitque occulta, & ſecreta miranda myſteria: quæ ab homine corporeis vtente ſenſibus explicari non valent, neq3 cæteris licet enarrari.

f Pro huiuſmodi gloriabor.

g Pro me aũt nihil niſi in infirmitatib⁹ meis.

f Pro huiuſmodi, vel homine vel viſione, gloriabor, ſi talia mihi contingant, g Pro me autem, aperte nihil tale glorians recito, niſi tãtum infirmitates meas, in quibus eſt ſecura gloriatio.

h Nã

h Nam & ſi in altioribus eiuſmodi, voluero gloriari, etiam aperte, non mendaciter deſipiam, ſed veritate ſalua id poſſum agere. i Superſedeo tamen multa aperte ac glorioſe recitare, ne quis exiſtimationem de me maiorem inde ſumat, quam ex his quæ videt in mea conuerſatione, aut audit in noſtra prędicatione. Mihi enim ſufficit, ſi talem me reputetis, qualem me & opere, & ſermone, & virtute conſpicitis. De cæteris, nolo haberi glorioſior, quę ſingulari priuilegio, Deus mihi donauit. a Et ne ſublimitas talium reuelationum me efferat in ſuperbiam, data eſt mihi tribulatio atque vexatio carnis meæ, quæ me affligat, per Satanam excitata. b Atque ideirco, quia à Satana ſic me ſenſi diuexari, indignum id iudicans, dominum tertio deliberata voluntate rogaui, vt à me vexationem eiuſmodi auferret. Reſpõdit autem mihi dominus, c Gratia mea tibi ſufficiat, per quam reſiſtens tentationib⁹, & moleſtiam patienter ferens, coronaberis glorioſius. d Nam ſpiritualis fortitudo, quę nobis a Deo ineſt, in afflictione aut humiliatione, creſcit vſque ad perfectum, et cõſeruatur melius, quę in proſperitate ſolet nõ nunquam collabi: aut imminui. e Libenter igitur gloriabor, in afflictionibus meis, vt ſic in me permaneat, atque inhabitet abũdantius, Chriſti virtus, quæ in infirmitate cuſtoditur ſecurius. f Propter hoc igitur, placere mihimetipſi volo in afflictionibus & humiliationibus meis, nempe in contumeliis palam illatis, in perſequutionibus exterioribus, in anguſtiis animi, quas pro Chriſti nomine libens ſuſtineo. g Cum enim ſecundum corpus affligor, & contemnor, ſpiritu confortor plus ſolito. h Ecce iam gloriãdo longe ac late, ſecundum ſpeciem viſus ſũ inſipiens factus. In vos recidit culpa, ad quo

O rum

h Nam etſi voluero gloriari, non ero inſipiens, veritatem enim dicam.

i parco aũt, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me aut audit aliquid ex me.

a Et ne magnitudo reuelationum extollat me datus eſt mihi ſtimul⁹ carn' meę angelus Satanę, qui me colaphizet.

b Propter quod ter dominum rogaui vt diſcederet a me, & dixit mihi:

c Sufficit tibi gratia mea:

d Nam virtus in infirmitate perficitur.

e Libenter igitur gloriabo in infirmitatibus meis, vt inhabitet in me virt⁹ Chriſti.

f Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in cõtumeliis, in neceſſitatibus, in perſecutionibus, in anguſtiis pro Chriſto.

g Cũ em̃ infirmor, tunc potens ſum.

h Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Ego em̃ a vobis debui commẽdari.

rum vtilitatẽ compulit me neceſſitas, vt pro me gloriarer, contra pſeudoapoſtolos, cum vos magis debuiſſetis aduerſus illos, pro me gloriari.

i Nihil enim minus feci ab his qui ſunt ſupra modum Apoſtoli.

i Nihil enim vobis minus eſt per me præſtitum, quam præſtitiſſent quantumuis magni, ſiue veri, ſiue falſi Apoſtoli.

a Tametſi nihil ſũ, ſigna tamen Apoſtolatus mei facta ſunt ſuper vos.

a Tametſi enim ego ex me totꝰ ſim merito cõtemptibilis, ſigna tamen & teſtimonia, aperte noſtram Apoſtolicam authoritatem conteſtantia inter vos, & ſuper vos, ſunt ædita.

b In omni patientia in ſignis ⁊ prodigijs ⁊ virtutibus.

b Idque per omnimodam in tot afflictionibus patientiam, deinde per ſigna & prodigia, & alias virtutum potentes admodum operationes.

c Quid eſt enĩ quod minus habuiſtis pre ceteris eccleſiis? Niſi quod ego ipſe non grauaui vos.

c Quid enim minus conſequuti eſtis vos per meum miniſterium, quam cæteræ ſint eccleſiæ conſequutæ? Niſi forte illud velitis adducere, quod per me non ſitis grauati.

d Donate mihi hãc iniuriam. Ecce tertio paratus ſum venire ad vos ⁊ non ero grauis vobis.

d Hoc ſi culpam ducitis, facile hãc mihi donabitis iniuriam, quę cum veſtro eſt emolumento. Ecce hac tertia iam vice paratus ſum venire ad vos & ne nunc quidem alicui ero grauis.

e Non enim quero que veſtra ſunt, ſed vos.

e Non enim veſtra temporalia bona quæro, per auaritiam, ſed veſtrã ſalutem deſydero, per charitatem. Cũ enim pater ſim veſter, ſecundum ſpiritum, in Euãgelio: curandũ eſt mihi, vt vos ditemini ſpiritualibus bonis. Vobis autem hæc erga me cura non incumbit.

f Nec enim debẽt filij parentibus theſaurizare, ſed parentes filijs.

f Non enim filii parentibus debent theſaurizare, tanquam ſuis futuris hæredibꝰ: ſed parẽtes filiis, vtpote quos ſunt hęredes habituri.

g Ego autem libentiſſime impendam, ⁊ ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris:

g Ego autem, quoniam patrẽ me ſcio, omnia libentiſſime impẽdam, quantum potero omnia attentans, et omnem laborem aſſumens. Imo & amplius, expendam meam ipſius vitam, pro veſtra ſalute ſpirituali.

h licet plus vos diligens minꝰ diligar.

h Quanquam poſt hæc omnia, vſqueadeo vos diligens, vix tenuiter, aut minimum non pari amore, a vobis ipſe diligar.

a Sed eſto: Ego vos non grauaui, ſʒ cum

a Sed forſitan dicat aliquis. Eſto, non grauaueris nos, per teipſum: ſed per eos quos

quos ad nos miſiſti, callide expoliaſti nos, vt accipiens accipere non videreris. Reſpondeto igitur mihi, ſi qui forte talia excogitatis aut dicitis: b Nunquid per aliquem corũ quos ad vos miſi, extorſi quippiam, aut per fraudem accepi à vobis? c Rogaui Titum vt ad vos iret, & miſi cum illo probatũ fratrem. d An ſorte Titus vos circumuenit, ſub meo nomine? Nonne eadem ſpirituali cõuerſatione, & ipſe & ego, conuerſati ſumus vobiſcum? Nonne prorſus eiſdem modis ac viis, tanquam præceptor & diſcipulus? e Erunt forte qui iam iſta dicta putent, ad excuſationem alicuius admiſſi a nobis in vos criminis, cuius nobis ſimus conſcii. f Non ita vero res habet, ſed coram Deo iudice, ſecundum Chriſtum, veritatem loquimur. g Omnia autem quæ dicimus aut facimus, chariſſimi, propter veſtram vtilitatem agimus atque profectum. h Timeo enim, ne forte cum venero ad vos, per Pſeudoapoſtolorũ peruerſam doctrinã, inuenturus ſim aliquos ex vobis, quales eſſe nolim: hoc eſt, impœnitentes & incorrectos aut rebelles, ac proinde & ego inueniar a vobis, voſque me experiamini, non qualem velitis: id eſt, aſperiorẽ in puniendis delictis veſtris: i ne forte ſint inter vos contentiones, inuidiæ, iræ, diſſidia, detractiones, occultæ murmurationes, inflationes, ſuperbiæ, ſeditiones: a ne quemadmodum nuper contriſtatus ſum hæc audiẽs, ita nunc iterum contriſter, et affligat me Deus, cum præſens fuero apud vos, & lugere cogar ac Satanę tradere, & acrius caſtigare plurimos eorũ qui olim peccauerũt, et nec dũ auerſi ſunt à peccatis ſuis, nempe ab immunditia qualibet, fornicatione, & impudicitia, quam perpetrarunt.

eſſem aſtutus / dolo vos cepi.

b Nunquid per aliquem eorũ quos miſi ad vos circumueni vos?

c Rogaui Titũ / & miſi cum illo fratrem.

d Nunquid Titus vos circumuenit? nonne eodẽ ſpiritu ambulauimus? nonne iiſdem veſtigiis?

e Olim putatis quod excuſem⁹ nos apud vos.

f Coram Deo / in Chriſto loquimur /

g Omnia aũt chariſſimi / propter edificationem veſtram.

h Timeo enim / ne forte cum venero / non quales volo inueniam vos / & ego inueniar a vobis / qualẽ non vultis:

i ne forte contentiones / emulationes / animoſitates / diſſẽſiones / detractiões / ſuſurratiões / inflatiões / ſeditiones ſint inter vos.

a ne iterũ cũ venero / humiliet me De⁹ apud vos / & lugeam multos ex his qui ante peccauerũt / & nõ egerũt pniam ſuper immũdicia & fornicatione / & impudicitia quam geſſerunt.

ELVCIDATIO CAPITIS XIII.

TEXTUS. CA. Decimumtertium.

a Ecce tertio hoc/ venio ad vos: In ore duorum vel triū teſtiū/ ſtabit omne verbum.

b Predixi enim et predico/ vt preſens vobis/ et nunc abſēs his qui ante peccauerunt/ et ceteris omnibus.

c quoniā ſi venero iterum non parcam/

d An experimentū queritis / eius qui in me loquitur Chriſtus?

e qui in vobis non infirmatur / ſed potens eſt in vobis.

f Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate/ ſed viuit ex virtute dei.

g Nam et nos ſumus infirmi in illo/

h ſed viuemus cum eo / ex virtute Dei in vobis.

i Voſmetipſos tentate/ ſi eſtis in fide/ ipſi vos probate.

a An non cognoſcitis voſmetipſos/ quia Chriſtus Jeſus in vobis eſt?

a Ecce nunc tertium inſtituo aduētum, & tertio iam paro venire ad vos. Et quum aduenero, teſtimonio duorum aut trium idoneorum teſtium, recipietur acceptabiturque omnis accuſatio, & proferetur a me omne iudicium. b Prędixi ergo nuper præſens vobiſcum & nunc iterum abſens prædico antequàm aduenià, his qui ante peccauerunt, quàm illam epiſtolam obiurgatoriam deſtinarem, quos per epiſtolam tunc monui, & cęteris omnib⁹ qui ſunt inter vos, vt caueant à ſimilibus peragēdis: c quod ſi iterum venero, haud dubie ſeuerius cum eis agam, quàm hactenus egerim. d An vultis experiri, quam ſit potēs in me Chriſtus, per quem ego loquor, & loquutus ſum vobis, per quem etiam vltionē ſumere poſſum, & punire peccata? e Certe ipſe, quemadmodum oculis veſtris vidiſtis, non fuit impotens inter vos, qui potenter, per nos, egit apud vos mirabilia. f Nā quamuis ſecundum infirmitatem humanitatis aſſumptæ, paſſus ſit ſe cruci affigi: quod tamen reſurrexit victurus in æternū, ex virtute eſt diuinitatis eius. g Enimuero & nos in configuratione ad Chriſtum, infirmi viles & contemptibiles ſumus, ſecundū carnis miſerias, quas pro eo patimur: h viuemus tamen, & ſuperſtites erimus, in poteſtate noſtra, ad puniendum delinquētes, ex virtute Dei nobis cōceſſa, erga vos et ſuper vos, quicunque noſtro Apoſtolatui per Deū ſubditi eſtis, nec erit poteſtas vltionis mortua. i Voſipſos examinate & diſcutite, an in fide recta perſtetis: voſipſos ex operibus probate, num opera digna fide veſtra facitis. a Certe iā cognoſcitis (non dubito) quod Chriſtus per fidem, quam conuerſi ſuſcepiſtis, in vobis inhabitat, qui tamen non eſtis niſi diſcipuli: quanto magis & in me habitat, qui

ſum

ſum præceptor veſter, & Apoſtolus. Habitat, inquam, in vobis Chriſtus. b Niſi qui forſan (quod abſit) ab ea gratia & fide, quã nuper ſuſceperunt, ſint repulſi, et ea priuati. Nam in reprobis, non inhabitat Chriſtus. c Credo autem nõ tam peruerſe vos de me ſuſpicari, vt me putetis, ſiue a fide Chriſti, ſiue ab Apoſtolica authoritate, reprobum factum: & id vos, per experientiam, cognituros etiam credo, ſi me cõtigerit inuenire vos non emendatos. d Oramus autem Deum, qui ſolus in omni bono potens eſt nos cuſtodire, vt non efficiamini aliquando reprobi, ſed in omni conuerſatione, ſemper probi ſitis & immaculati. e Oramus, inquam, pro veſtra innocentia: non vt nos appareamus probati, & magni, in oſtentatione poteſtatis noſtræ, & executione vindictæ, quales appareremus ſi vos in peccatis reprobos inueniremus: f ſed oramus, vt vos probati & immaculati in conuerſatione veſtra efficiamini. g Nos autem, dum propter veſtrã innocentiam nihil puniendum inueniremus, vt quaſi reprobi (id eſt ſine poteſtate) appareamus: cum omnem punitionis occaſionem, vos per probatam conuerſationem veſtrã, nobis ſubtraxeritis. h Nõ enim poſſum⁹, & multo magis nec volumus, aliquid agere contra veritatem, neque in quenquam pœnam aut vindictam exercere poſſumus qui in veritate probe ambulat: ſed pro veritate magis agere optamus & in omni probitate vos fouere, quantum poſſumus. i In hoc enim gaudemus, ſi vos in bono potentes, fortes, ac robuſti, efficiamini: Nos autem infirmi habemur, & impotentes cum occaſionem oſtendendæ noſtræ poteſtatis nullam habuerimus. a Atque hoc ipſum eſt quod ſemp oramus, nempe vt conſummati & perfecti euadatis per omnia, vt nulla vobis mea punitione

b Niſi forte reprobi eſtis.

c Spero autẽ quod cognoſcit: quia nõ ſumus reprobi.

d Oramus aũt Deum vt nihil mali faciatis:

e non vt nos probati appareamus:

f ſed vt vos quod bonum eſt faciatis/

g nos autem vt reprobi ſimus.

h Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatem/ ſed pro veritate.

i Gaudemus enim quoniam nos infirmi ſumus/ vos autẽ potentes eſtis/

a hoc ⁊ oram⁹/ noſtrã conſũmationẽ/

b Ideo enim hec abſens ſcribo / vt non preſens durius agā ſecundum poteſtatem / quā dominus dedit mihi in edificationem et non in deſtructionem.

c De cetero autem fratres / gaudete / perfecti eſtote / exhortamini / idipſum ſapite / pacē habete: & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcū.
d Salutate inuicē / in oſculo ſācto / Salutāt vos oēs ſācti.
e Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti / et charitas Dei / & cōmunicatio ſācti ſpiritus / ſit cum omnibus vobis. Amen.

nitione ſit opus, b Ideo enim abſens hæc ſcribo: ne cogar, quum præſens adero vobis, ſeuerius in vos agere, per illam poteſtatem quam dedit mihi Deus, in vtilitatem & profectum veſtrum, non in detrimentum ſpirituale cuiuſquam: vt non per nimiam indulgentiam diſſoluamini, atque dilabamini in vitia. c Quod ſupereſt autem fratres mei, quærite ſemper in domino gaudere laborate vt perfecti efficiamini, & exhortemini & conſolemini inuicem, pacifice conuerſemini, & erit Deus pacis vobiſcum. d Salutate inuicem, in ſancto oſculo ſpiritualis amoris. Salutant vos omnes ſancti. e Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei patris, & ipſa ſancti ſpiritus communio (per quem nectuntur pater & filius adinuicem, & fideles cum domino vnum fiunt) ſit cū omnibus vobis. Amen.

Finit Textus Epiſtole poſterioris ad Corinthios / beati Pauli Apoſtoli.

Finit Elucidatio in Epiſtolam poſteriorem ad Corinthios, beati Pauli Apoſtoli.

¶ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Galatas beati Pauli Apoſtoli.

INter cæteros quibus Chriſtum Paulus prædicauerat, erant etiam hi, ad quos nunc ſcribit, Galatę. Qui ab ipſo apoſtolo verbum veritatis recte edocti, & in fide vera bene proficientes, poſt Apoſtoli ſui diſceſſum, in legis ſeruitutem & legalium obſeruantiam ſunt inducti, per quoſdam ex Iudæis falſos Apoſtolicos: qui prædicabant, abſque legis obſeruantia, potiſſimum vero ſine circunciſione, non poſſe eos ſalutem conſequi. Qui etiam, vt ſuæ falſæ prædicationi maiorem pararent authoritatem Paulo multis modis derogabant: dicentes illum nõ eſſe niſi apoſtolorũ legatum, non autẽ verum à deo miſſum Apoſtolum, vt erant cæteri, qui in Iudæa agebant: atque ob hoc, minus huic deberi fidei, diuerſa ab illis primis ac præcipuis Chriſti apoſtolis, docenti. Videbantur enim apoſtoli qui erant Hieroſolymis, legi fauere propter diſſimulationem, ratione Iudæorum imperfectorum, inter quos agebant, quam Paulus ſua prædicatione aperte euacuatam proclamabat dicens poſt chriſti mortem & nouæ legis gratiam, circunciſionem ac cætera legis eſſe ſuperflua. Aduerſum hos igitur Pſeudoapoſtolos, volens, chriſti verus apoſtolus ſuos Galatas, ab errore legalis ſeruitutis, in libertatem euangelicæ libertatis traducere: primum quidem, poſt pacis ſalutationem, in ipſo ſtatim epiſtolæ initio, ſeuera obiurgatione eos increpat, quod talibus ſeductoribus, tam facili perſuaſione, aures & conſenſum prębuerint, permittentes ſe, ab ea in qua poſiti erant libertate Euangelii, in legis ſeruitutem, ſine cauſa induci. Quum nec angelo, de cœlo, neque etiam ſibiipſi, aliud ab eo quod iam ſemel ſuſceperant docenti credere debuiſſent. Mox deinde ad ſuę prædicationis authoritatem conſtabiliendam, declarat, ſuum Euangelium, quod illis prædicauerat, ſe non ab alio accepiſſe, niſi immediate à Ieſu CHRISTO, qui eum perfecte de omnibus fidei myſteriis edocuit. Atque id quidem, capite primo. Poſt hæc autem ſecundo capite, contra id quod obiiciebatur de apoſtolis, qui in iudæa legi fauere videbantur: oſtendit Paulus ex ipſorum authoritate & approbatione, rectam & veram per omnia eſſe prædicationem ſuã

ac in omnibus per illos approbatam, Idque tribus modis. Primũ in eo quod Titum gentilem & incircunciſum, etiam laborantibus ad hoc falſis fratribus, non compulerint circuncidi: quo euidenter teſtati ſunt, non eſſe gentibus neceſſariam circuncifionem ac proinde nec cætera legalia. Secũedo quoniam poſtquam cum eis Euangelium ſuum contuliſſet, nihil ei contulerũt, neque quicquam abiiciendum aut mutandum iudicauerunt: quin & dextris illi ac ſocio Barnabæ datis, cum eis ſocietatem inierunt. Tertio quod Petrum Antiochiæ, propter Iudæorum quorundã metum, legis obſeruationem ſimulantem, audacter reprehendit, ad præcauendum ſuorum ſcandalum. Ex quo clare patet, licet propter conuerſorum ex Iudæis imperfectionem, Apoſtoli cęteri in Iudæa legem nondũ aperte euacuarent, donec euangelicæ libertatis veritas palam fieret: eorum tamen non fuiſſe ſententiam, quod & Gentilibus eſſet legis obſeruatio neceſſaria. Atque ita in fine capitis ſecundi, palam & aperte de legis per Chriſti mortem euacuatione, fideliter pronunciat, dicens ſe legi mortuum, ſoli Chriſto viuere, poſt quæ præmiſſa, capite tertio, pro gẽtis ruditate, dure & (vt ita dicam) incircunciſe, illorum redarguit inſipientiam cordiſque leuitatem, & vanam inſtabilitatem qui cum ſpiritu cœpiſſent carne conſummari vellent: docens ex ſcriptura quæ de Abrahæ iuſtificatione loquitur, ex fide iuſtitiã veram prouenire, non ex lege, quę per ſe magis obnoxios reddit maledictioni: benedictionemque illam, quæ Abrahæ ex fide promiſſa fuerat, in vno ſemine Chriſto, nobis omnibus Abrahæ fidem ſequentibus, & in Chriſtum credentibus, communicandã, quam ex lege fruſtra fuiſſet expectare, quæ tantum ad tempus populo Iudæorum data fuit, ſub qua vt pedagogo cuſtodirentur, donec libertatis tempus adueniret: quod iam impletum eſt, quando à Pędagogo liberati omnes per fidem liberi, filii dei facti ſumus, quod etiam per hæredis ſimilitudinem, capitis quarti initio, declarat. Ac deinde, iterum ad increpationem verba conuertit. Et quo amplius eorum animos ad pœnitentiam commoueat, bona cõuerſationis eorum printipia commemorat, atque à ſeductoribus, qui eos ęmulantur non bene, cauere iubet attentius. Iterumque per allegoriam ex Agar ancilla & Sara libera docet, ancillæ agar filios (id eſt, legis & Synagogæ veteris ſeruos) eiici debere. Filios autem Saræ (id eſt nouæ legis & Eccleſię filios) hęreditatem gloriæ eſſe accepturos. Monet proinde ac obteſtatur, ſequenti quinto capitulo, ne per chriſtum libertate donati, ſeruitutis

tutis

tutis iugo colla ſubmittant, neque iſta ſuadentibus conſentiant: quos ſuum dicit in nouiſſimo iudicium condemnationis, acceptu ros. Tamen monet ex aduerſo, ne prætextu Euangelicæ libertatis, carnis obſequantur deſyderiis: ſed vt per charitatem ſpiritu viuant & ſpiritu ambulent, quæ contraria ſunt carnis concupiſcentiæ, ſtudioſe operantes. Cuius occaſione, opera carnis enumerat: & ex aduerſo, fructus ſpiritus conſtituit. In ſexto autem capitulo, quæ ad mores faciunt pertractās, manſuetudinis potiſſimum, & modeſtiæ Chriſtianæ, libertatisque ac miſericordiæ, commonefacit: vt dum tempus eſt operentur bonum. Poſt quæ demum, aduerſus eos qui in carne vane volunt gloriari, ſuam ipſe veram ac ſolidam gloriationem opponit, in nullo alio præter quàm in cruce chriſti, ſe aſſerens gloriari: cuiꝰ ſtigmata in ſuo corpore a deo ſibi non ducit ignominiæ, vt etiam ad gloriam ea reputet, atq; cum gloria prædicet. Atq; ita in eo quod cœpit ab initio, terminat epiſtolam.

¶ FINIT ARGVMENTVM IN EPISTOlam Beati Pauli Apoſtoli ad Galatas

TEXTVS Epiſtolę ad GALATAS beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD GAlatas Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO. capitis primi.

TEXTVS. CAP. primum.

Paulꝰ apoſtolꝰ/ nō ab hominibus neqꝫ ꝑ hoīez ſed ꝑ Jeſū xp̄ꝫ ⁊ Deū patrē qui ſuſcitauit eū a mortuis/ ⁊ qui mecū ſunt oēs fratres/ eccleſiis Galatie.

b Gratia vobiſ ⁊ pax a deo patre noſtro ⁊ dn̄o ieſu xp̄o/ qui dedit ſemetipſū ꝓ peccatis noſtris.

c vt eriperet nos de p̄ſēti ſeculo nequā.

d ſcdꝫ voluntatē dei ⁊ patris noſtri cui ē gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

e Miror quod ſic tā cito transferimini.

ab eo qui vos vocauit in gratiā xp̄i/ in aliud Euangelium.

PAVLVS, non ab homine, neque per hominem apoſtolus ordinatus, neque apoſtolorum apoſtolus, ſed abſqꝫ medio, per dominum Ieſum Chriſtū atque deum patrem, qui eum à mortuis reſuſcitauit, & omnes qui mecum ſunt fratres, ſalutem dicunt Eccleſiis fidelium, quę ſunt in Galatia. b Sit vobiſcum gratia, & pax vera gratiæ comes, à deo patre omnium noſtrū & domino Ieſu chriſto filio eius: qui ſemetipſum tradidit in mortem, pro expiandis peccatis noſtris, c vt nos ſic â peccatis expiatos, à ſeculi huius nequitia, & mundana conuerſatione (in qua ante conuerſionem viuebamus) traduceret, ad nouam & cœleſtem conuerſationem: quemadmodum erat volūtas, & bene placitum dei patris noſtri, cui eſt honor & gloria, in ſæcula ſæculorum. Amen. e demiror veſtram iſtam inſtabilitatem nimiam & imprudentiam: quod ita facile, tam cito talium Pſeudo apoſtolorum ſuaſionibus receditis à Deo qui vocauit vos in libertatem euangelicā, ad prædicationem aliam (nempe legalium obſeruantiarum) acceptan-

ceptandam: f Quum tamen in veritate nõ ſit aliud euangelium, nec alia prædicatio veritatis, niſi quod per me vobis eſt prædicatũ. g Sed ſunt aliqui qui vos quærunt ſubuertere, & volunt euangelium chriſti ad ſuum placitũ torquere atq; peruertere: ad ſuũ ſenſum, non ad veritatem illud prædicãtes. Sed illud ſciendum eſt vobis, tantã fidem vos debere adhibere iis quæ iampridẽ vobis prędicauimus, vt nullius prædicatione ab ipſis recedatis, h adeo vt ſi noſipſi rurſus redeũtes aliud vobis contrarium prædicaremus, quã pdicauimus, aut etiã (ſi id poſſibile eſſet) angelus de cœlo deſcendens, contra id quod accepiſtis, vobis prędicaret, recipere nulla ratione poſſitis, aut debeatis: imo velut maledictum, huiuſmodi prædicatorẽ execrari oporteat, quemadmodũ olim prædixi, & nũc repetens iterũ dico i Quiſquis vobis aliud aliquid prædicauerit contrarium ei quod nos docuim⁹, & iã ſemel vos crediđiſtis illum fugite & execremini. a Quid eñ? An ego dũ euangelium doceo, ad hominũ gloriã doceo, an ad gloriã dei? b Nunquid mea prædicatione, carnales & mundanos hominũ quęro fauores? c Profectò ſi hoc mihi eſſet in deſiderio, vt placere quærerem hominibus: non poſſem ſimul eſſe chriſti ſeru⁹ fidelis: quia nemo poteſt duobus dominis ſeruire. Et ne dubitetis de noſtræ prædicationis firmitate (ꝓpter eos qui me falſo dicunt non à deo miſſum, nec per deũ, ſed ab apoſtolis aliis, & per eos inſtructum, tantum Apoſtolorũ eſſe apoſtolum, ſic derogantes noſtræ authoritati) d ecce ego notum vobis illud eſſe volo, euãgelium iſtud quod prædicaui vobis, non fuiſſe humanum, ſed diuinum. e Nam ego, neque ab homine illud prædicandi commiſſionem accepi, neque per hominis inſtructionem didici, ſed per immediatam reue-

f Quod nõ eſt aliud

g Niſi ſũt aliqui qui vos cõturbãt: & volunt cõuertere euãgelium chriſti.

h Sed licet nos/ aut angelus de celo euãgelizaret vobis pter quã quod euãgelizauim⁹ vobis anathema ſit:

ſicut pdixim⁹/ & nũc iterũ predico/

i Si quis vobis euãgelizauerit// preter id quod accepiſtis/ anathema ſit.

a modo eñ hoib⁹ ſũadeo/ an deo?

b An quero hominibus placere?

c Si adhuc hoinib⁹ placerẽ chriſti ſeru⁹ non eſſem.

d Notũ eñ vobis facio fratres euãgeliũ quod euãgelizatũ ẽ in me/ qȝ nõ eſt ſecũdũ hominem.

e Neq; enim ego ab homine accepi illud neque didici/ ſed per

reuelationē ieſu xp̄i

reuelationem Chriſti Ieſu: qui per ſeipſum pleniſſime de omnibus myſteriis fidei me inſtruxit, & per ſemetipſum ea mihi prędicanda in Gentibus commiſit. Conſtat autem, quod ante conuerſionem meam, hanc fidem à nullo edoctus fuerim.

f Audiſtis eī cōuerſationē meā aliquādo in iudaiſmo.

f Neq; enim dubito quin relatu iā cognouiſtis oēm conuerſationem meam, qua in legis obſeruatione, ante fidem Chriſti ſuſceptam, fui conuerſatus:

g Quō ſupra modū perſequebar eccleſiam dei ꝛ expugnabam iſtam.

g quemadmodum ſupra modum, miro zelo perſequebar eccleſiam dei, & velut capitalem inimicum hoſtemque publicum me illi demonſtrans, palam etiam expugnabam:

h ꝛ ꝓficiebā in iudaiſmo ſupra multos coetaneos meos in genere meo, abūdātius emulator exiſtens paternarum mearū traditionum.

h In legalibus autem ritibus & obſeruantiis, proficiebam ſupra multos coætaneos generis mei, ardentiſſimo zelo obſeruans traditiones omnes: & quas lex ipſa per ſe tradebat obſeruandas, & quas mihi patres tradiderant, ſupra expreſſa legis præcepta: ita vt eo tempore, nihil minus cogitauerim, quàm de Euangelio Chriſti addiſcendo.

i Cū aūt placuit ei qui me ſegregauit ex vtero matris mee ꝛ vocauit p grāꝫ ſuā vt reuelaret filiū ſuum in me vt euāgelizarē illū in gētibꝰ,

i Quando autem venit tempus, quo placuit Deo (qui me per præſcientiam ſuam ſegregauit antequam egrederer de vtero matris mee, ac poſtmodum in ſuo tempore etiam vocauit ad fidem & apoſtolatus huius miniſterium) filium ſuum manifeſtum facere in me: id eſt mihi aperire, & per me aliis manifeſtū facere, vt illum gentibus prædicarem:

a cōtinuo nō acquieui carni ꝛ ſāguini:

a continuo non adiunxi me vllis mortalibus hominibus, qui ſunt caro & ſanguis vt ab hominibus diſcerem, de quibus me plene deus edocuit.

b neq; veni hieroſolymā, ad anteceſſores meos apoſtolos c ſꝫ abij in arabiam, ꝛ iterum reuerſꝰ ſū Damaſcum.

b Neque veni hieroſolymam, ad eos qui fuerūt ante me Apoſtoli, Petrum, Iacobum, Ioannem, & cæteros gratia diſcendi quippiam ab eis: c ſed ſufficienter à deo inſtructus confidenter abij in Arabiam, vt illis prorſus rudibus Chriſti fidem annunciarem, & iterū reuerſꝰ ſū Damaſcū.

d Deide poſt ānos tres veni Hieroſo-

d Deinde poſt annos tres, veni hieroſolymam, honoris gratia

gratia inuiſere Petrum:apud quem & fami liariter hoſpitatus ſum diebus quindecim,tāquam verus apoſtolus ab eo begnigne receptus, e Alium autem Apoſtolorum tunc temporis vidi nullum,niſi Iacobū Hieroſolymæ Epiſcopum ordinatum, qui dictus eſt frater domini. f Quæ autem ſcribo vobis, Deus ipſe(qui iudex eſt omnium) teſtis eſt, quod non mentiar,deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ, g Eram autem ignotus aſpectu,Eccleſijs Iudęæ fidelibus. h Tantum audierant fama,illum qui olim tam ſæuus fuerat perſequutor Chriſtianorum, nunc prædicare fidem quam olim expugnabat, & palam perſequebatur. i Atque ita in me clarificabant Deum, qui tam mirabilia circa me fuiſſet operatus,per gratiam ſuam.

ELVCIDATIO CAPI. ſecundi.

a Einde poſt annos à mea conuerſione.14.iterū aſcendi Hieroſolymam , aſſūptis Barnaba & Tito:altero ex Iudęis altero Gentili,vt eſſent teſtes idonei,fideles & ſufficientes , eorum quæ agerentur mecum in Hieroſolima. b Aſcendi autem hac vice,ex diuina reuelatione, ad declaratione veritatis Euangelii quod prædicaui,& confutationem eorum qui me calumniabantur quaſi diuerſa docētem ab aliis apoſtolis,qui erant Hieroſolymæ: c & contuli cum apoſtolis cęteris Euangelium quod prædico in Gentibus exponendo eis per ordinem omnia quæcunque prædicaui. d Non id tamen in publico coram omnibus,ſed ſeparatim,coram ijs qui erant eminentiores inter fideles cętetos. e Feci autem iſtud,nō quod dubitarem de prædicatione mea aut vt aliquid diſcerem amplius : ſed vt fieret irritus labor

lymā/videre petrū ⁊ māſi apud eū diebus quindecim:

e Aliū aūt apoſtolorū vidi neminē niſi Jacobū frēm dn̄i.

f Que aūt ſcribo vobis:ecce corā deo/ q: non mentior.

deinde veni partes Syrie ⁊ Cicilie.

g Erā aūt ignotus facie eccleſij iudee q̄ erant in chriſto.

h Tātū aūt auditū habebāt/ qm̄ qui p ſequebatur nos aliquādo/nūc euāgelizat fide/ quā aliquādo expugnabat/

i ⁊ in me clarificabant deum.

TEXTVS. CAP. ſecundum

a Deinde poſt ānos quatuordecī iterū aſcendi Hieroſolymā/cū barnaba aſſūpto ⁊ Tito.

b Aſcendi aūt ſecūdū reuelationem/

c ⁊ cōtuli cū illis euāgeliū quod p̄dico in gentibus:

d Seorſū aūt ijs q̄ videbāt aliquid eſſe/

e ne forte in vacuū currerē aut cucurriſſem/

labor meus, & prædicatio mea in gentibus: vt dum à cæteris Apoſtolis noſtram doctrinam audirent comprobari, non dubitarent ei fidem habere. f Vſqueadeo autē nihil apoſtoli noſtræ contradixerunt prędicationi, vt nec Titum cogerent circuncidi, qui tamen erat incircunciſus, & ex vtroque parente Gentilis natus. g Imo neque propter falſos fratres, qui erant ſubornati ab aliis, etiam ſi illi ad hoc laborarent, qui occulte, ſub amicitiæ & fidei ſpecie ingreſſi ſunt ad explorandum ſi in libertate perſtaremus quam habemus in fide Christi, & quam prędicauimus, h vt nos ſubiicerent ſeruituti legis, cogendo Titum circuncidi, ac deinde ex aliorum apoſtolorum authoritate Gentibus legalia prædicare. i Nos vero illis neque ad horam ceſſimus, ſiue pro tempore minimo, ſubiiciēdo nos, ſeruituti legis, Titum circuncidendo, vt veritas euangelicæ libertatis apud vos incōcuſſa permaneret. Si enim illi apoſtoli circūciſionem putaſſent Tito neceſſariam, vtique coegiſſent eum circuncidi. Et poſtea quàm falſis illis fratribus ad hoc laborantibus, Titus non eſt cōpulſus circuncidi, conſtat, quod illi noſtram prædicationem de non obſeruādis legalib⁹, comprobauerint. a Ab his autem qui erant eminentiores in eccleſia, nihil didici tūc temporis. Taceo autem quales aliquando illi fuerint in Iudaiſmo, multo me et zelo & ſcientia legis inferiores, vt tunc potius ſeis erudiendis ipſe ſufficerem. Verum illud nihil ad rem: quoniam deus non attendit ad perſonas hominum, ſed quos ipſe vult ſecundum propoſitum voluntatis ſuę vocat & eligit. b Mihi, inquam, illi eminentiores apoſtoli, nihil addiderunt, ad Euangelii mei doctrinam. Imo vero econtrario, per omnia conſentiebant, veracem, plenam, & ſufficientem meam doctrinam comprobātes. c Nā cum

f Sed neque Tit⁹ qui mecū erat, cum eſſet gentilis, compulſus eſt circuncidi:
g ſed ꝓpter ſubintroductos falſos frēs, qui ſubintroierūt explorare libertatē noſtrā quam habemus in christo ieſu,
h vt nos in ſeruitutē redigerent:

i Quibus neque ad horā ceſſim⁹ ſubiectiōe vt veritas euāgelii maneat apud vos.

a Ab iis aūt qui videbātur eſſe aliquid quales aliquādo fuerint nihil mea intereſt, d⁹ ei perſonā hominis non accipit.

b Mihi eīm qui videbant eſſe aliquid, nihil ꝯtulerūt, ſed ecōtra,
c cū vidiſſent quod

cum vidiſſent: Petrus, Ioannes, & Iacobus, quod mihi dominus commiſiſſet officium p̄dicandi Gentilibus, ſicut Petro, euangelizandi Iudæis (Nam qui Petrum fecit dignū Iudæorum Apoſtolum, idem deus & mihi adfuit, vt idoneus eſſem Apoſtolus Gentilium) & cum cognouiſſent gratiam multiformem ſpiritusſancti, quæ data eſt mihi: illi, inquā, qui eminebant tanquam columnæ in eccleſia, iunctis dextris ſocietatem inierunt nobiſcum: hoc eſt mecum & cum Barnaba, vt nos in gentes pergeremus prædicantes, & ipſi inter Iudæos. d Tantum admonebant, vt pauperum qui erant in eccleſia Hieroſolymæ, ſpoliati poſſeſſionibus ſuis, curam haberemus apud eccleſias gentilium, qui in bonis temporalibus magis abundabant: e quod etiam omni qua potui ſolicitudine, diligenter peregi, f Quo vero amplius vobis fiat comprobata veritas libertatis Euangelicæ, & prędicationis noſtræ, narrabo vobis quo pacto Antiochiæ, Petro Apoſtolorum principi contradixerim, eum palam omnibus (quibus erat periculum) arguendo, g quia reprehendendus veniebat, & ita ſe gerebat, vt mihi neceſſarium videretur illum reprehendere, propter ſcandali & periculi (quod alioqui videbatur imminere) amotionem. h Nam principio cū veniſſet Antiochiam, cœpit legem negligens, cum gentilibus manducare, quod lex prohibet. i Cum vero à Iacobo veniſſent quidam Iudæi: ſubtraxit ſe & ſeparauit à conſortio gentilium, timens ſcandalum facere illis Iudęis, qui in lege adhuc vt infimi hærebant. a Cuius exemplo & cæteri Iudæi (qui ante cum Petro bona fide gentibus participaſſent) ipſe quoq; Barnabas ſocius noſter, adducti ſunt ad ſimulādum legis obſeruationem, & occultandum eam quam habebāt de euangelica libertate ſenten

creditū ē mihi euāgeliū p̄putij, ſicut & petro circūciſiōis: q̄ ei opat⁹ eſt petro in apoſtolatū circūciſionis opat⁹ eſt & mihi inter gentes, & cū cognouiſſent gratiam que data eſt mihi, iacob⁹, & cephas, & ioannes, qui videbāt colūne eſſe, dextras dederūt mihi & barnabe ſocietatis vt nos i gētes, ipſi aūt in circūciſionem: d tantum, vt paupeřū memores eſſem⁹, e quod etiā ſolicit⁹ fui hoc ipſū facere. f Cū aūt veniſſet petrus Antiochiā, in faciem ei reſtiti, g q2 reprehēſibilis erat. h Prius enī q̄ venirent quidā a iacobo cū gentibus edebat. i Cū aūt veniſſēt ſubtrahebat & ſegregabat ſe, timēs eos qui ex circūciſione erāt: a Et ſimulationi ei⁹ conſenſerūt ceteri iudei, ita vt & Barnabas ducereť ab eis in illā ſimulationem.

b Sed cũ vidiſſez/ q̃ non recte ambularẽt ad veritatẽ euãgelij/
c dixi Cephe corã omnibus.

d Si tu cũ iude⁹ ſis gẽtiliter viuis/ ⁊ nõ iudaice: quõ gẽtes cogis Judaizare?

e Nos/ natura iudei ⁊ nõ ex gentibus peccatores.

f Sciẽtes aũt/ quod nõ iuſtificaẽ hõ ex operib⁹ legis/ niſi p fidẽ Jeſu xp̃i/ ⁊ nos in xp̃o ieſu credim⁹ vt iuſtificemur ex fide xp̃i/ ⁊ nõ ex operibus legis.
g Propter qđ/ ex operibus legis non iuſtificabiẽ oĩs caro
h Quod ſi querẽtes iuſtificari in xp̃o/ inuẽti ſum⁹ ⁊ ipſi peccõres: nũquid xp̃s peccati miniſter eſt?
i Abſit.

ſententiam. b Sed cum vidiſſem, quod propter timorem ſcandali Iudæorum illorum, diſſimularent veritatem libertatis Euãgelicæ, timensq; ex hoc Gẽtilibus ſcandalum immittere, hoc mihi conſilium fuit, vt Petrum coram omnibus arguerem: quo ſic, & illi qui aduenerunt Iudæi, & cæteri Gentiles, nullũ ſcandalum paterentur, Euãgelicæ libertatis veritatem, per meam reprehenſionem, Petro non reſiſtente, edocti. Dixi itaq; Petro coram omnibus, tam Iudęis quàm Gentilibus qui aderant, quibus ex re prædicta periculum vllum euenire poterat. d Si tu, qui Iudęus es natura, lege dimiſſa ſub qua natus es, communem cum gentilibus vitam ducis: quomodo nunc gentes tuo exemplo ad Iudaiſmum inducis, ob iſtorum Iudæorum qui aduenerunt timorem? e Nos carnali propagatione Iudæi ſumus, ſub Iudaiſmo nati, non autem illi peccatores, qui ex gentilibus conuertuntur. Nequaquam ergo illi ſunt inducendi ad legem, qui ſub lege non ſunt nati, quam nos quoque audemus tranſgredi qui ſub lege nati ſumus. f Cum igitur credam⁹ firmiter, quod ex operibus legis nemo poteſt vere coram deo iuſtificari, ſed tantum per fidem in CHRISTVM: Idcirco etiam nos Iudæi in CHRISTVM credimus, vt per fidem conſequamur, quod ex legis obſeruantia conſequi non potuimus, nempe iuſtificationem, g Itaque, ex operibus legis nemo hominum iuſtificari poterit. h Alioqui ſi nos ex hoc peccatores inuẽti ſumus, quod lege prætermiſſa quęrimus iuſtificari in ſola fide chriſti: conſequitur Chriſtum peccati illius miniſtrum nobis eſſe. Nam eius doctrina eiuſq; amore, fiducialiter legem prætermittentes, ipſius gratiæ ſoli inhæremus. i Non poteſt autem fieri vt CHRISTVS nobis peccati fuerit miniſter ſiue author, aut

in pec

in peccatum ipſe nos coniecerit. a Nam ſi nunc quæram reparare(exemplo vel prædicatione)legis obſeruantiam, quam iampridem & reliqui & deſtruxi (tam verbo prædicationis, quam exemplo conuerſationis) aperte meipſũ peccati priſtini reum arguo. Nam ſi obſeruari eam oportet, ergo peccatũ erat dimittere. b Ego enim per legis nouę aduentum, legi veteri ſubtractus ſum: vt deinceps viuam in gratia Dei, & ex ea vitam quæram. c Cum Chriſto ſum concrucifixus, configurat⁹ ſimilitudini mortis eius: vt amplius non viuam operibus priſtinis. d Viuo autem iam non ſecundum carnem ego vt olim: viuit autem in me Chriſt⁹, per gratiam ſuam in me inhabitans. e Vita autem iſta, qua nunc adhuc in corpore conſtitutus viuo, per fidem eſt, qua credo in filium Dei, qui dilexit me, & tradidit ſeipſum pro mea ſalute. f Hanc autem gratiam vltro mihi oblatam, nequaquã volo abiicere: ſed per fidem, modis omnibus accepto. Qui autẽ in lege quærunt iuſtificari, hanc gratiam abiiciunt. g Nam ſi per legem credis poſſe iuſtitiam prouenire, Chriſti paſſionẽ et mortem facis inanem. Quorſũ enim opus morte filii Dei, ſi perfectã iuſtificationẽ, ac per conſequens ſalutẽ, conferre potuiſſet lex Moyſi?

a Si enim que deſtruxi, iterum hec reedifico, preuaricatorem me conſtituo.

b Ego enim per legem legi mortu⁹ ſũ, vt Deo viuam.

c Chriſto confixus ſum cruci.

d Viuo autem iam non ego, viuit vero in me Chriſtus.

e Quod aũt nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei: qui dilexit me, et tradidit ſeipſum pro me.

f Non abijcio gratiam Dei.

g Si enim per legẽ iuſtitia, ergo gratis Chriſtus mortuus eſt.

ELVCIDATIO CAP. III.

Cogit me dolor lapſus veſtri, ad increpationem verba conuertere. a O ſine intellectu inſenſati Galatæ, quis vos decepit & ſeduxit, vt non permaneatis in ea quam vos edocui veritate? b Quibus Chriſtus Ieſus, quaſi ante oculos pręſcriptus eſt ac deliniatus, & tam aperte in vobis prædicatus, ac ſi vobis ſpectantibus ipſe fuiſſet crucifixus. Tam clare enim cuncta vobis fidei myſteria nota feci, ac ſi oculis veſtris cuncta pręſentes conſpexiſſetis. c Nũc igitur,

TEXTUS. CA. Tertium.

a O inſẽſati Galate, quis faſcinauit non obedire veritati?

b Ante quorum oculos Chriſtus Ieſus proſcriptus eſt, in vobis crucifixus.

c Hoc ſolum a vob.

volo diſcere: Ex operibus legis ſpiritum accepiſtis, an ex auditu fidei?

igitur, vel vnum hoc quod vos interrogo, reſpondete. Spiritum ſanctum, & eius dona quæ nuper accepiſtis, an ex legis obſeruatione recepiſtis an ex fide, quam nobis prædicantibus audiſtis? Certum eſt, quod ex fide corū quę a nobis audiſtis, ſpiritum eſtis conſequuti.

d Sic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu ceperitis, nunc carne conſummamini?

d Quę igitur eſt hęc demētia, vt nunc velitis in carnali legis obſeruantia proficere atque perfici, qui a ſpiritu & fidei gratia cœpiſtis?

e Tanta paſſi eſtis ſine cauſa,

e Dolendum eſt, tantarum paſſionum, quas pro Chriſto ſuſtinuiſtis ab infidelibus, fructu vos priuari, ab Euāgelii libertate, ad legis ſeruitutem tranſeuntes:

f ſi tamē ſine cauſa.

f Niſi forte pœnitentiam agentes, rurſum cōuertamini, ad libertatem Euangelii. Sic enim ſperandū eſſet, non ſine fructu vos paſſos fuiſſe.

g Qui ergo tribuit vobis ſpiritum, & operatur virtutes in vobis, ex operibus legis, an ex auditu fidei?

g Rurſus igitur interrogo vos: Qui tribuit vobis ſpiritum ſanctum Deus, qui & operatur ſigna & virtutes inter vos: putatis eum hęc vobis præſtare, propter legis obſeruantiam, an ex hoc, quod auditis a nobis, fidem habetis? Conſtat ſane, quia per fidem, & non ex legis obſeruatione, quam tunc non noueratis.

h Sicut ſcriptū eſt: Credidit Abraham Deo, & reputatū eſt illi ad iuſtitiam.

h Quemadmodum & ſcriptura de Abraham teſtatur, quod fides (qua Deo credidit, quæ ſupra naturam erant promittenti) fuit ei a Deo reputata ad iuſtitiam, antequā vnquam lex illa ſcripta fuiſſet.

i Cognoſcite ergo, quia q̄ ex fide ſūt, hi ſunt filij Abrahe.

i Vnde cognoſcitur atque colligitur, illos eſſe vere filios Abrahæ, qui illius fidem imitantur, ſimiliter Deo credentes, vt ille credidit.

a Prouidens autem ſcriptura quia ex fide iuſtificat Gentes Deus, prenūciauit Abrahe, quia benedicentur in te omnes Gentes.

a Preноſcens autem & prouide conſyderans ſpiritus ſanctus, author ſcripturæ, quod gentes aliquando iuſtificaturus eſſet Deus ex fide, prædixit Abrahæ per promiſſionem, multo ante quam lex daretur: quod in ipſo benedicendę eſſent omnes gentes, eadem nimirum ratione, & modo eodem, quibus ipſe benedictus fuit a domino: hoc eſt, ex fide non ex operibus legis,

b Igitur qui ex fide

b Itaque qui fideles ſunt, ſic bene

benedicentur, vt Abraham benedictus eſt: nempe per fidem, & non ex operibus legis. Nam quomodo benedictio ex legis eſſet operibus, quæ potius maledictionis eſt occaſio? c Qui enim ſub lege ſeruiunt, maledictioni ſunt obnoxii: quæ difficilime euaditur, propter nimiā difficultatē legis, & multiplicationē nimiā præceptorum, ſine auxilio gratię. d Scriptum eſt enim in lege Moyſi: Maledictus omnis, qui nō obſeruauerit cuncta quæ in libro legis ſunt deſcripta. e Cum igitur ex lege nemo iuſtificetur vera iuſtitia, coram Deo: conſequitur, fidem eſſe quæ iuſtum coram Deo iuſtificat, & ſpiritu viuere facit. f Lex autem vetus, de fide, aut de credendo principaliter non præcipit, ſed magis de operando: Ita vt qui ea quæ in lege ſcripta ſunt fecerit, a morte ſeruetur corporali, qua tranſgreſſores puniuntur. g Chriſtus nos expediuit & liberauit, de maledictionibus legis, per hoc quod pro nobis ipſe factus eſt maledictum, ſic æſtimatus ab omnibus hominibus. h Nam & lex ſcribit, maledictum eſſe omnem qui fuerit vt malefactor in cruce ſuſpenſus: vt conſtet CHRISTVM factum maledictum, omnium eſtimatione, quoniam cruci tanquam malefactor fuit affixus. i Factus eſt, inquam, CHRISTVS pro nobis maledictus, de maledicto legis nos redimens: vt benedictio Abrahæ repromiſſa, & ſemini eius, complectetur non in Iudæis ſolum, ſed etiam in omnibus gentibus, per IESVM CHRISTVM: a vt nos pollicitationem illam ſpiritualem acciperemus, credendo in CHRISTVM, quam carnales Iudæi, ſecundum literam ſibi ſolis factam putabant. b Fratres, ex humanis rebus argumentum ergo ſumam, ad confirmandum quæ dico. c Tametſi non niſi hominis ſit teſtamentum,

ſunt/ benedicētur cū fideli Abraham.

c Quicunq; enim ex operibus legis ſunt/ ſub maledicto ſunt.

d Scriptū eſt enim/ Maledict⁹ oīs/ q̄ nō permanſerit in oib⁹ q̄ ſcripta ſūt in libro legis/ vt faciat ea.

e Quod autem in lege nemo iuſtificatur apud Deum manifeſtum eſt/ quia iuſtus ex fide viuit/

f Lex aūt nō eſt ex fide/ ſ; qui fecerit eā/ viuet in illis.

g Chriſtus nos redemit de maledicto legis/ factus pro nobis maledictum.

h (quia ſcriptū eſt: Maledictus oīs qui pendet in ligno)

i vt in Gentibus benedictio Abrahe fieret in Chriſto Jeſu/

a vt pollicitationē ſpiritus accipiam⁹/ per fidem/

b Fratres/ ſecundū hominem dico.

c Tamen hominis

confirmatum teſtamentum nemo ſpernit/ aut ſupordinat.
d Abrahe dicte ſūt promiſſiones ⁊ ſemini eius.
e Non dicit: Et ſeminibus quaſi in multis/ ſed quaſi in vno: Et ſemini tuo / qui eſt Chriſtus.
f Hoc autem (dico teſtamentum confirmatum a Deo) que poſt quadringentos ⁊ triginta annos facta eſt lex/ non irritum facit/ ad euacuandū promiſſionē.
g Nam ſi ex lege hereditas/ iam non ex promiſſione.

h Abrahe autē per repromiſſionem donauit Deus.

i Quid igitur lex? Propter transgreſſionem poſita eſt/

a donec veniret ſemē cui promiſerat:
b ordinata ꝑ angelos in manu mediatoris.

c Mediator autem vnius non eſt.

Deus aūt vnus eſt.

tum,modo ſit confirmatum:nemo illud audet infringere,aut contrarium aliquid ſuper ordinare. d Abrahæ autem Deus dedit ꝓ teſtamento,promiſſiones iureiurando confirmatas,& in ſemine ei⁹ adimplendas. e Nō dixit:Et in ſeminibus tuis benedicentur omnes gentes quaſi per plures ex ſemine Abrahæ,ventura eſſet ſpiritus benedictio:ſed ſingulariter dixit,In ſemine tuo,quod ſemen intelligitur eſſe Chriſtus. f Hoc autem(teſtamentum inquam,promiſſionis huius, confirmatum à Deo per iuſiurandum)illa lex quę poſterior data eſt filiis Iſrael,poſt quadringentos et triginta annos a promiſſione facta Abrahæ,nō potuit euacuare: Ita vt per hāc legem ſuperinductam,obliteraretur promiſſio ante facta,& iuramento confirmata. g Nam ſi hęreditas promiſſa ex legis obſeruatione,velut ex debito accipitur:ergo non liberaliter ex promiſſione. h Nunc autem Abrahæ Deus hæreditatem per promiſſionē dedit,non per legem. Pugnant enim hæc ad inuicem ex lege,& ex promiſſione. Quoniā quod ex lege, ex debito eſt: quod autem ex promiſſione,ex liberalitate ſola ſpectatur. i Quorſum igitur opus erat lege, aut quid ipſa confert? Propter tranſgreſſiones grauiores per minas & terrores comprimendas,velut interpoſita eſt, pro tempore intermedio duratura. a Donec veniret ſemen, in quo promiſſio implenda erat, b ordinata quidem & diſpoſita, angelorum miniſterio, in monte Sina in manu tamen,& poteſtate mediatoris,qui eſt Chriſtus,vt in manu ac poteſtate eius foret legem euacuare, perficere autem ſuo aduētu. c Hic autē mediator Chriſtus,nō eſt vnius mediator:ſed inter duos populos,qui ante per legis parietē erant diuiſi, & ꝑ mediatoris aduētū ſūt,(pariete legis ſublato)in vnū compacti;quia Deus vnus eſt,

propter

propter quod, filius Dei duos populos in vnum coniunxit. Quorum enim Deus vnꝰ eſt, non conuenit eos diuiſos eſſe. d Quid ergo? An dicimus nos, legē deſtruere promiſſiones Dei? Abſit, vt hoc dicamus. e Et quidem ſi talis eſſet lex data, quę poſſet vere coram Deo iuſtificare, vere ex lege eſſet iuſtitia, atque ita per eam impleretur Dei promiſſio: f ſed ita non eſt, imo concluſit Deus legis occaſione, omnes ſub peccato, & maledictioni obnoxios omnes coarguit: eo quod plurima lex præciperet grauia, ad quę implenda, nullam inſuper contulit gratiam adiuuantem. g Hoc autem Deus ideo diſpoſuit, vt deſperantes ſe ex lege non poſſe ſaluari, ad fidem recurrentes, quærerent ex ea promiſſionem accipere: Id eſt, iuſtificationem conſequi, & ſalutem. h Prius autem quàm fides in palam veniret, ſeruabamur ſub lege, à grauioribus malis, velut pueri ſub diſciplina conſtricti, vt eſſemus præparati in aduentu fidei, ad eam ſuſcipiendam. Non ſolum ergo lex non fuit contra promiſſa Dei, ſed etiā adiumentum contulit, quantum ex ſe erat, & quaſi præparauit ſuos, ad ea conſequenda. i Erat enim Iudæis velut pædagogꝰ, cuſtodiens & comprimens eos, donec veniret ex fide, perfecta iuſtitia, atque libertas.

a Sed nunc poſtquam fides ipſa reuelata eſt non amplius ſumus ſub illo legis pędagogo. b Omnes enim eſtis nunc (accepto ſpiritu ſācto) filii Dei effecti, per fidem, in libertate & amore, in Chriſto Ieſu. c Quicunque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſto configurati & conformes facti eſtis, et Chriſtum in vobis accepiſtis. d Non eſt diſtinctio inter Iudæum & Gentilem, ſeruum & liberum, maſculum & fœminam. e Quoniam omnes in Chriſto vnum ſunt, vnum, inquam, corpus, & vna Eccleſia, Chriſto couniti, per ſpiritū

d Lex ergo aduerſꝰ ꝓmiſſa Dei? Abſit.

e Si enim data eſt lex, que poſſet viuificare: vere ex lege eſſet iuſtitia.

f Sed concluſit ſcriptura oīa ſub peccato.

g vt promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus.

h Prius enim quaꝫ veniret fides, ſub lege cuſtodiebamur ꝯcluſi in eam fidē que reuelanda erat.

i Itaqꝫ lex pedagogus nr̄ fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur.

a At ubi venit fides iam non ſumus ſub pedagogo.

b Omnes eīn filij Dei eſtis per fidem que eſt in Chriſto Ieſu,

c Quicūqꝫ eī in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtuꝫ induiſtis.

d Nō eſt Iudeꝰ neqꝫ Grecꝰ nō eſt ſeruus neqꝫ liber nō eſt maſculus neqꝫ femina.

e Omnes enim vos, vnum eſtis in Chriſto Ieſu.

f Si autẽ vos Chri ſti ergo ſemen Abra he eſtis/
g ſecundum promiſ ſionem heredes.

TEXTUS. CA. Quartuz.

a Dico autem/ Quã to tẽpore heres par uulus eſt/ nihil dif fert a ſeruo/ cum ſit omnium dominus.

b ſed ſub authorib⁹ & actoribus eſt/ vſq ad prefinitum tem pus a patre.

c Ita & nos/ cuz eſſe mus paruuli/ ſub ele mentis mundi era mus ſeruientes.

d At vbi venit pleni tudo temporis/ mi ſit deus filium ſuuz factum ex muliere/ factum ſub lege.

e vt eos qui ſub le ge erant redimeret/ vt adoptionem filio rum acciperemus.

f Quoniã autẽ eſtis filij dei/ miſit deus ſpiritum filij ſui in corda veſtra/ clamã tem/ Abba pater.

ſanctum. f Si autem vos vnum eſtis cum Chriſto, & in Chriſto: ergo eſtis Abrahę ſemen, g & veri eſtis hæredes Abrahæ, de quibus promiſſionem accepit, quique eius promiſſionem hæreditabitis.

ELVCIDATIO CAP. IIII.

a A D pręcedentium autem maiorẽ declarationem, propono vobis hęredis ſimilitudinem: qui dum paruulus eſt, per omnia viuit vt ſeruus, ſine libertate propriæ voluntatis, et ſub timore atque cuſtodia, cum ſit tamen vere dominus omnium rerum ſuarum: b ſed viuit ſubiectus tutoribus, quibus eſt curę eius educatio, eiuſque in moribus directio, & actoribus ſiue diſpenſatorib⁹, qui adminiſtrationem habent rerum illius, vſque ad tempus à patre, in teſtamẽto vel alias, præſtitutũ. c Ad eũdem modũ, & nos Iudæi, quã eſſemus paruuli tẽpore veteris legis, eramus ſpe tẽporalis præmii & pœnarũ timore, ſeruorũ more ſeruientes, ſub legis traditionib⁹, quæ ſũt velut elemẽta: id eſt, rudimẽta minima, et nihil perfectiõis per ſe habẽtia: elemẽta, inquã, mundi huius, id eſt, corporalia & ſæcularia: qm̃ lex vet⁹ tota verſabatur circa purificatiões carnis, et ſacrificia corporalia, de ſpũali purificatione nihil agẽs. d At vero, poſtq̃ impletũ eſt tẽpus a patre ab æterno præordinatũ, vt in eo liberaret gen⁹ humanũ: tũc miſit pater filiũ ſuũ, quẽ cæterorũ more voluit naſci ex fœmina, & ſub legis ſeruitute cõſtituere, natũ ex Iudęorũ populo. e vt eos qui ſub legis iugo pręmebãtur, hac via ipſe de ſeruitute redimeret, & pro ſeruis legis, filios Dei ſecundũ adoptiõnẽ efficeret. f Et quia vos De⁹ efficere voluit filios ſuos, miſit ſpm̃ filii ſui (id eſt eundẽ quo ille nõ ad menſurã plenus fuit, & quẽ ſuis fidelib⁹ ipſe promiſit. & qui

qui à filio procedit) i ſpm̄ noſtrū quinos face
ret clamare cū fiducia, Abbaquod eſt pater:
g Iam igitur quiſquis credit,non vltra eſt
ſeruus,ſed filius per adoptionem,ac perinde
& hęres Dei patris,per Chriſtum,per quem
adoptionem hanc conſequuti ſumus. h Sed
olim quidem anteq̃ reuelata eſſet fides, vos
Gentiles ſeruiebatis idolis,quæ non natura
aut veritate,ſed ſolo nomine& opinione dii
habentur,idq; propter ignorantię veſtræ cę
citatem. i Nunc vero quum cognoueritis
Deum nec poſſitis ignorantiæ velamen prę
tendere,imo quū ſitis ipſi cogniti ,& ſingu
lariter reſpecti à domino: a quomodo rur
ſus cōuertimini ad legales iſtas & corpora=
les obſeruantias,nec valentes,nec ſufficientes
iuſtitiam aut ſalutem cōferre, b quibus nūc
velut de nouo vos ſubiicitis , quemadmodū
olim idololatri,quum nunquam eas obſerua
ueritis? c Iam dies obſeruatis feſtos à reli=
quis diſcernentes, & menſes & annos, & tē
pora,ſecundum legis præſcriptiones obſer=
uatis. d Timeo de vobis,ne forte fructus la
boris mei pereat,quem impendi in vobis in
ſtruendis,niſi reſipiſcatis.Fruſtra enim labo
raſſe me reputo,ſi vos ad ſalutem,quod ſem
per laboraui,non adduco. e Eſtote vos ſimi
les mei,in euangelii libertate viuentes , qm̄
& ego propter vos factus ſū ſimilis veſtri,
legem non obſeruans,vt ipſo exemplo meo
docerem omnes libertatem euangelii. f Fra
tres mei dilectiſſimi,non ego hęc velut exa
cerbatus paſſionibus loquor,ſed ex compaſ=
ſione nimia,propter charitatem,obſecrans di
co,Nihil enim me læſiſtis,vt erga vos debeā
ex mea parte,eſſe exacerbatus,ſed vobiſipſis
nocuiſtis plurimū, g Ipſi autem ſcitis,quod
nuper prędicauerim vobis euāgeliū, in mul
ta hūilitate & perſecutiōe corporali. h Nec
tamē ob meā tentationē hanc veſtrā, qua à

g Itaq; iā nō eſt ſer=
uus ſed fili⁹. Quod
ſi filius ⁊ heres per
deum.

h Tūcquidē igno=
rātes deū iis qui na
tura nō ſunt dij ſer=
uiebatis.

i Nūc aūt cū cogno=
ueritis deū imo co=
gniti ſitis a deo/

a quomodo cōuerti=
mini iterū ad infir=
ma ⁊ egena elemēta/
b quibus denuo ſer
uire vultis?

c dies obſeruatis/ ⁊
menſes/ ⁊ tēpora/ ⁊
annos.

d Timeo vos/ ne for
te ſine cauſa labora
uerim in vobis.

e Eſtote ſicut ego/
qꝛ ⁊ ego ſicut vos.

f Frēs obſecro vos/
nihil me leſiſtis.

g Scitis aūt/ qꝛ per
infirmitatē carnis
euangelizaui vobis/
iampridem:
h ⁊ tētationem ve=

ſtrā in carne mea/ nō ſpreuiſtis/ neq; reſpuiſtis.
i ſʒ ſicut angelū dei excepiſtis me / ſicut chriſtum Ieſum.
a Ubi eſt ergo beatitudo veſtra?
b Teſtimoniū enī ꝑhibeo vob;/ q2 ſi fieri poſſet / oculos vr̄os eruiſſetis ⁊ dediſſetis mihi.
c Ergo inimic⁹ vobis factus ſum verū dicens vobis?
d Emulant̄ vos/ non bene:
e ſʒ excludere vos volunt vt per illos emulemini:
f Bonū aūt emulamini in bono ſemper/ ⁊ non tātū cū pꝛeſens ſum apud vos.
g Filioli mei/ quos iterū parturio/
h donec formet̄ xp̄s in vobis.
i Uellem aūt eſſe apud vos modo ⁊ mutare vocem meā:

mea abiectione corporali tentari merito potuiſſetis, meam prędicationem ſpreuiſtis aut abieciſtis: i ſed ſicut angelum Dei, imo ſicut Chriſtum ipſum, cum maximo honore & attentione ſumma me excepiſtis. a Vbi vero nunc iſta præclara initia, ex quibus ſecundum ſpem beatos vos reputabamus? b Illud enim teſtificor de vobis quod obſũmum noſtri amorem etiamſi oculos veſtros potuiſſetis eruere, dediſſetis vtique mihi: id eſt, nulli rei vel chariſſimę, noſtri gratia parcere voluiſſetis. c Nequaquam igitur me inimicum vobis factum puto, ex eo quod veritatē obiurgans aperte propono. Forſitā & hi qui circũciſionē ꝓdicāt, zelo erga vos afficiũtur. d Quod ſi vos ęmulāt̄: conſtat quia nō recte ęmulāturquia nō ſcd̄ʒ ſciētiā, & contra euangelii veſtramq; libertatem: e Sed excludere vos volunt à veritate euāgelij, vt vos diſcipulos habeant in ſeruitute legis, ſuarum obſeruantiarum ſectatores. f Vos autem id quod vere bonum eſt ſectemini, & tenere ſtudeatis ſemper, non ad tempus tantum, quandiu pręſens ſum apud vos: vt à bono nunquam recedatis, & in eo ſemper permaneatis. g Semel vos ego per euāgelium in Chriſto genui, filioli mei quos tenerrime diligo, & nunc iterum in viſceribus geſto, velut denuo parturiens, in Chriſto vos iterum gignere cupiens. h donec efficiam, vt rurſus Chriſtus habitet in vobis cuius formam perdidiſtis, quando à virtute Euangelii, ad legis obſeruantias declinaſtis. i Optarem ſane ad tempus aliquantum pſens eſſe apud vos, vt poſſim commutata voce, ſecundum affectionem cordis mei (quæ verbis efficacius quàm literis exprimitur) nunc increpare, nunc exhortari, nũc inſtruere. Neſcio enim affectum meum, quo vos amo, veſtramque ſalutem deſidero, anguſtiis lite-

literarum harum concludere. a Idque optarem, ſi fieri poſſet, quoniam confundor in vobis, dum quales non ſperabam, vos inuenio, & qualia à vobis expectabamus, minime præſtatis. b Qui igitur vultis eſſe ſub lege, reſpondete mihi: Legem non legiſtis? c Si enim legiſtis, notum vobis eſſe credo de duobus Abrahæ filiis, quorum alterum de ancilla agar, alterum de libera vxore Sara, ſuſcepit. d Sed ancillæ fili⁹, ſecũdum carnem, id eſt ſecundum naturalem ſeminis virtutem, naturalemque propagationem, ſine vllo miraculo aut promiſſione, natus eſt: e Filius autem liberę, non ſecundũ communem naturalis propagationis curſũ, neq; ſolitam ſeminis efficaciam, ſed ſpeciali miraculo, per repromiſſionem eſt natus.

f Sunt autem hæc allegorice intelligenda, & ad nouæ eccleſiæ myſteria, conformãda.

g Significãtur enim in his teſtamenta duo & duæ Eccleſiæ, nempe vetus teſtamentum ac vetus Iudæorum ſynagoga, & nouum teſtamẽtũ cum noua eccleſia. h Vnũ quidẽ teſtamentum in monte Sina datum eſt, quod ſeruire facit Iudæos, & Synagogam habet ſeruituti ſubiectam. Atq; hanc veterem legẽ & ſynagogam quæ in lege generat ſeruos, Agar ſignificat. i Nã Sina eſt mons in Arabia, qui cognatus eſt, & ſimilitudine quadã coniunctus illi ciuitati, quæ nunc eſt in Hieruſalem, quæ ſeruit ſub lege veteri, & omnes inhabitatores eius. Nam hæc eſt coniunctio inter montem Sina & Hieruſalem (in qua ſeruit ſynagoga) quod ſicut lex ſeruitutis in monte Sina data eſt primum, ita ei⁹ obſeruatio & ſeruitus, in ipſa Hieruſalem viget. a Illa autẽ altera Hieruſalem noua Eccleſia CHRISTI, quæ per fidem eſt ſurſum, & ſupra legis ſeruitutem libertate ſupereminens, eſt mater noſtra, per legem nouam

a qm̃ ꝯfũdor in vobꝭ.
b Dicite mihi/ q̃ ſub lege vultis eſſe/ legem non legiſtis?
c ſcriptũ eſt em̃ / qm̃ Abrahã duos filios habuit/ vnũ ad ancilla: ⁊ vnũ de libera.
d Sed qui de ancilla/ ſcd'z carnẽ natus eſt/
e qui aũt de libera/ per repromiſſionẽ.
f Que ſunt per allegoriam dicta.
g Hec em̃ ſunt duo teſtamenta.
h Unũ quidẽ in mõte Sina/ in ſeruitutẽ generans/ que eſt Agar.
i Sina ei mõs eſt in Arabia qui cõiunct⁹ eſt ei/ que nũc eſt in Hieruſalem ⁊ ſeruit cum filiis ſuis.
a Illa aũt que ſurſũ eſt Hieruſalẽ/ libera eſt: q̃ eſt mater nr̃a.

uam(in qua fundata eſt)nos in libertate generans: & hæc, per Saram liberam ſignificatur. b Nam de huius Eccleſiæ nouæ glorioſa libertate, ſcripſit multo ante Eſaias, Eccleſiam in ſpiritu nouam alloquens hiſce ſermonibus: Lætare, inquit, ò Eccleſia Gentium quæ olim ſterilis vocata, non pariebas filios Deo, erumpe in gaudium & clama in gratiarum actiõe, quæ olim Deo populum non acquirebas, c Quoniam tu quæ deſerta reputabaris, multo plures filios Deo gignes, quàm illa vetus ſynagoga, quæ legem habebat cui erat deſponſata, d Nos autem fratres, omnes filii Abrahæ ſumus, de quib[9] ipſe promiſſionem accepit & nos eius promiſſionem ſimiliter accepimus, filij Abrahæ exiſtentes ad ſimilitudinem Iſaac, non ſecundum carnem, ſed ſecundum ſpiritum & promiſſionem, e Necq; mirum vobis videatur ſi nunc noſtrã libertatem perſequãtur Iudæi, qui etiã tunc Iſmahel carnaliter de ancilla genitus perſequebatur, & affligebat moleſtiis Iſaac, miraculoſe ex promiſſione genitũ. f Conſolatur autem nos, quod ſcriptura his pueris præſignauit, quando voce Saræ, & domini confirmantis, iuſſus eſt eiici filius ancillæ, cum matre ſua: Id eſt, Iudæus cum ſynagoga matre ſua, g Vt hæreditatem nõ habeat filius ancillæ cum filio liberę: hoc eſt carnalis Iudæus cum fideli. h Itaq; fratres nos Abrahæ quidem filij ſumus, non tamen de ancilla, ſed de libera liberi nati: ea, inquã, libertate qua chriſtus per mortem ſuam liberauit.

b Scriptum eſt enĩ.
Letare ſterilis/ que non parturis:
Erũpe ⁊ clama/ que non paris.
c q̃z multi filij deſerte magis quam eius que habet virum.
d Nos aũt fr̃es ſcd̃z Iſaac pmiſſionis filij ſumus.
e Sed quẽadmodũ tũc is qui ſcd̃z carnẽ natus fuerat/ perſequebatur eũ q̇ ſcd̃m ſpiritum/ ita ⁊ nunc.
f Sed quid dicit ſcriptura? Eijce ancillã ⁊ filium eius/
g Nõ enĩ heres erit filius ancille/ cũ filio libere.
h Itaq; fratres/ non ſum[9]/ ancille filij/ ſz libere qua libertate xp̃s nos liberauit.

TEXTVS. CAP. quintum.

a State ⁊ nolite iterũ iugo ſeruitutis contineri/

¶ ELVCIDATIO CAPI. quinti.

a Q Vemadmodum igitur chriſtus vos redemit à ſeruitute, ita ſtate, neque rurſum ſinatis vos ſeruitutis iugo onerari, b Ecce ego Paulus chriſti miniſter

niſter & veſter Apoſtolus denuncio vobis, quod ſi fiduciam habentes in legis carnali obſeruantia circuncisionem ſuſcipiatis, chriſtianæ fidei meritum non habetis. c Conteſtor iterum omnem hominem qui ſe circuncidi curat, tanquam rem ſaluti neceſſariam, quod debitorem ſe conſtituit vniuerſæ legis implendę. Qua enim conſcientia ſe aſtrictū putat circunciſioni, quæ eſt cæterorum legalium ianua, eadem cogitur & ad reliqua legis obſeruanda. d Fructum perdidiſtis quē in Chriſto habebatis, quicunque in legalib⁹ iuſtificari quęritis, & à gratia dei excidiſtis. e Nos enim fideles Chriſti expectamus, & & ſperamus iuſtitiam conſequi ex fide, per ſpiritum, non ex carnalibus iſtis legis obſeruantiis. f Nam per Chriſtum Ieſum factum eſt vt nec Iudaiſmus nec Gentilitas, quicquam valeat ad veram iuſtitiam atque ſalutem: ſed fides ſola, per dilectionem viuificata, atque operans per eam: Ipſa eſt quæ valet, ad iuſtitiam verā, & ſalutem. g Nuper quum à vobis abſcederem, bona fide recte ambulabatis. Quis nunc ſeductor aut inuidus, curſum veſtrum bonum impediuit, vt nūc veritati ſitis facti inobedientes? h Rogo vos nemini fidem habeatis, qui vos docet aliter quā edocti eſtis. i Perſuaſio iſta à quocū ꝗ tandem ſuggeratur, non eſt à deo qui vos vocauit. Quomodo enim à deo foret, quum deus vos ad libertatem vocauerit, iſti autem ad ſeruitutē vos cogant? a Modicū fermenti vniuerſam maſſam fermentat. Atque ita vel paululum falſæ doctrinæ ſuſceptæ, fidem totam corrumpit ac idamque facit vt deo non placeat: & paucorum inter vos peruerſitas omnes vos, omnēq; veſtram eccleſiam, quærit fermentare, prauiſq; dogmatibus corrūpere. b Ego aūt cōfido in domino, quod vos quidē (quātū ad maiorē partē veſtrū) ad mentē

b Ego paulus dico vobis: qm̄ ſi circūcidamini, chriſt⁹ vobis nihil ꝓderit.

c Teſtificor aūt rurſus omni homini circuncidenti ſe qm̄ debitor eſt vniuerſe legis faciēde,

d Euacuati eſtis a xp̄o qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis.

e Nos em̄ ſpū ex fide ſpē iuſtitie expectamus,

f Nam in xp̄o Jeſu, neq; circūciſio aliud valet, neq; p̄putiū, ſed fides que p charitatem operatur:

g Currebatis bene: Quis vos impediuit veritati nō obedire? h Nemini ɔſēſeritis. i Perſuaſio hec nō ē ex eo qui vocat vos.

a Modicū fermētū totū maſſā corrūpit.

b Ego confido in vobis in domino,

ꝙ nihil aliud ſapie-
tis.
c Qui aũt ɔturbat
vos portabit iudiciũ
quicunqȝ eſt ille.
d Ego aũt frẽs ſi cir
cũciſionẽ adhuc p̄di
co/ quid adhuc pſe-
cutionem patior?
e Ergo euacuatũ eſt
ſcandalũ crucis/
f Utinã abſcindãtur
qui vos cõturbant.
g Uos eñ in liberta
tẽ vocati eſtis frẽs:
h Tãtũ ne libertatẽ
in occaſionem detis
carnis/
i ſed p charitatẽ ſpi
rit⁹ ſeruite inuicē.
a Oĩs eñ lex in vno
ſermone impletur:
Diliges proximũ tu
ũ ſicut teipſum.
b Quod ſi iuicẽ mor
detis/ ⁊ comeditis/
videte ne ab inuicē
conſũmamini/
c dico aũt in chriſto
ſpiritu ambulate /
⁊ deſideria carnis nõ
perficietis/

mentem redeuntes, nihil alud in finem quã
veritas habet ſapietis, nec aliud quàm edo-
cti eſtis, tenebitis. c Cæterum, pauci illi cor
ruptæ doctrinæ homines, qui hui us contur
bationis, falſa prædicatione ſua, ſunt autho
res, quicunque tandem illi fuerint, non eua
dent impuniti: ſed iudicium damnationis æ-
ternæ accipient, niſi agant pœnitentiam.
d Ego autem, fratres mei, ſi circunciſionem
atque cætera legis, adhuc vellem prædicare
non mihi opus eſſet tantas perſecutiones ſu-
ſtinere, quarum plurimas à Iudæis perfero,
& pertuli. e Et ſi illam tantum prędica-
re velim ceſſabit apud Iudæos omne ſcanda
lum, & omnis offenſio qua nunc offendun-
tur cruci Chriſti, eo quod prædicamus, per
ipſam circunciſionem cæteraſque legis ob-
ſeruantias ſublatas eſſe. f Vtinam abſcin-
dantur à veſtra eccleſia, qui vos ſubuertunt
à libertate ad ſeruitutem traducentes.
g Vos enim fratres, in libertatem eſtis à deo
vocati, neque vllis vobis obſeruantiis carna
libus legis opus eſt. h Tantum videte ne
hac libirtate abutentes ſub, eius prętextu,
ſerui efficiamini veſtrorum carnalium de-
ſideriorum. i ſed per charitatem ſpiri-
tus, ſubditi eſtote & ſeruite inuicem, facien-
tes aliis quæ velitis vobis fieri, in operibus
fraternæ dilectionis, voſipſos diligenter ex-
ercentes. a Summa enim omnium eorum
quæ lex erga proximum præcepit in vnius
verbi illius obſeuantia, impletur, Diliges p
ximum tuum, ſicut teipſum. c Quod ſi de
tractionibus inuicem mordetis, & apertis
inuidentię rixis inuicem velut comeditis: pe
riculum eſt ne mutuis hiſceodiis conſumpti,
etiam pereatis. c Secundum chriſti autẽ
præcepta & doctrinam loquens, moneo vos
vt legalibus obſeruantiisdimiſſis, ſecundum
ſpiritusſancti inſtinctum atque ducatum, vi
tam in

tam inſtituatis. Ita fiet, vt carnalia deſyderia non compleatis, quæ ſpiritui aduerſantur. d Carnalis enim appetitus, voluntati ſpiritus (quæ naturaliter ad bonum deprecatur, & multomagis per gratiam dei adiuta) contrariatur in appetendo: e & ſpiritus ſimiliter deſideria carnis concupiſcentiis ſunt contraria. Caro enim, praua queque ex ſua peruerſitate ab infantia appetit: Spiritus vero humanus, potiſſimũ ſpũ diuino adiutus ad optima magis ſolicitat. f Hæc enim duo ſibiinuicem in appetendo contraria aduerſantur, atque inuicem obſiſtunt. Vnde fit vt non quecunque volumus ſecundum ſpiritus deſiderium, ſtatim opere impleamus: quoniam aduerſantur ſpiritus deſiderio, carnalis concupiſcentia, quæ bonum voluntatis deſiderium non raro impedit. h Quod ſi ſpiritusſancti ducatum ſequimini, carnalibus concupiſcentiis rite ſubactis iram ſublegis nullius ſeruitute vltra cõtinemini: quoniam ſupra legem facti, etiam quæ legis ſũt non propter timorem pœnę, ſed propria voluntate libere peragitis, neq; lex iuſtis eſt poſita. i Quoniam autem ab operibus carnis dixi cauendum, ecce in manifeſto ſunt: videlicet fornicatio quælibet in genere, immũdicia, quantum ad concubitus ſingularem fœditatem habentes ex impudicitia, quãtum ad tactus impudicos & molles aut ſimilia, & in generali quælibet luxuriæ turpitudo, a idolorum ſeruitus, veneficiorum vſus, inimicitiæ in corde, cõtentiones in ore, æmulationes pro eiſdẽ aſſequẽdis honorib⁹, iræ ĩterius, exterius rixæ, diſſẽtiones in occulto, ſectę ac diuiſiones in publico, inuidiæ de aliorum bonis, homicidia, ebrietates, commeſſationes, in quibus obſcœnis cantilenis vacatur, hiſq; ſimilia. b de quibus & prædixi olim præſens, & dico nunc antequam in iudicium &

d Caro eñ ↄcupiſcit aduerſus ſpiritum:

e ſpũs autem aduerſus carnem.

f Hec eñ ſibi inuicẽ aduerſantur. vt nõ quecũq; vultis illa faciatis.

h Quod ſi ſpũ ducimini, nõ eſtis ſub lege.

i Manifeſta ſũt autẽ opa carnis: que ſunt fornicatio, imũdicia impudicitia, luxuria, a idoloꝝ ſeruit⁹ veneficia, inimicitie ↄtẽtiões, emulationes, ire rixe, diſſẽſiones, ſecte, inuidie, homicidia, ebrietates, cõmeſſatiões, & ſimilia:

b que predico vobis

ſicut p̄dixi, q̄m qui talia agunt, regnuꝫ dei nō conſequentur

e Fruct⁹ aūt ſpirit⁹ eſt charitas, gaudium, pax, patientia,

d longanimitas, bonitas, benignitas,

manſetudo,

e fides continentia caſtitas

f Aduerſ⁹ huiuſmodi non eſt lex.

g Qui aūt ſunt xp̄i, carnē ſuaꝫ crucifixerunt cum vitijs ꝛ cōcupiſcentijs,

condemnationem incidatis, quod qui talia agunt ſpem non habent conſequendi regni cœleſtis, donec in his aut horum vllo permaneant, & pœnitentiam non egerint. c Fructus autem qui in ſpiritu ſancto oriuntur, ſunt charitas omnium radix, gaudium internum ex dei pręſentia conſurgens, pax cordis ex conſcientiæ ſerenitate ac libertate procedens, patientia ad toleranda aduerſa quę libet occurrentia, d longanimitas in ſuſtinendo promiſſa dei, bonitas ſiue dulcedo cordis, benignitas in ſupportandis ſine amaritudine aliorum defectibus, manſuetudo quę eſt lenitas in verbis & conuerſatione erga proximos, e fides fiduciaq; excellens, quæ montes transferat, modeſtia in omnibus modum ponens, licitis & conceſſis, continentia à carnalibus deſideriis, & caſtitas ne coitus fiat abuſus, f Contra huiuſmodi, non data eſt lex, quoniam hæc lege non prohibentur. Imo ad hæc, tendit omnis lex. Neq; vlla eſt lex, quæ contra iſtarum rerum obſeruatores quicquam loquitur, g Qui autē chriſti ſunt membra, & vere chriſtiani eſſe volūt, his omne ſtudium eſt, vt per ſpiritum carnem crucifigentes mortificent, vt peccato nō viuant: ſimul & vitia omnia atque deſideria mala, ad quæ ſemper eſt prona caro, quātum in ipſis eſt, exterminent.

TEXTVS, CAP, Sextum.

a Si ſpiritu viuim⁹ ſpiritu ambulemus.

b Nō efficiamur inanis glorie cupidi inuicem prouocantes inuicem inuadentes

c Fratres, ꝛ ſi preoccupatus fuerit ho-

¶ ELVCIDATIO CAP. ſexti.

a Taque ſi in nobis eſt ſpiritus ſan-
I ctus, & ſi ſpirtiu ipſo viuimus, operemur & opera ſpiritus. b Nō ſimus vanæ gloriæ deditı, neq; inuicem ad iram aut rixas prouocantes, neque inuidiam geramus in pectore. c Fratres mei, de infirmorum ſalute ſolicitus moneo vos, ſi perfragili-

gilitatem aut ignorantiam contingat quempiam incidere in aliquod peccatum, quod ſanari poſſit, d cæteri ſpiritualiores & robuſtiores curam habeant, vt collapſum bonis monitionibus erigant, in ſpiritu dulcedinis & manſuetudinis: e ita vt conſideret vnuſquiſque ſemetipſum, quoniam & ipſe labi poteſt ĩ deteriora. f Mutuas infirmitates tolerate, & vos inuicem in via dei adiuuate, et ſic per omnia adimplebitis legẽ Chriſti, quæ in charitate ſola perficitur. g Nam ſi quis ſibi perſuadet, ſe magnum aliquid eſſe, ob hoc cæteros infimos deſpiciens, cum vere nihil ſit ante deum qui ſibi placet, ſeipſum hic in errorem mittit quia ſibi blanditur, & perſuadet quod non eſt. h Opus autem ſuum examinet vnuſquiſque, & ſic habebit gloriam tantum in ſeipſo & iis quæ in ſe cõperit: non autem alterius comparatione, qui forſitan videtur imperfectior: quemadmodum ſolent homines iactabundi ſeipſos magnificare, conſideratione aliorum qui inferiores videntur in virtutibus. i Vnuſquiſque enim ſuum accipiet iudicium, & pro ſuis operibus mercedem. a Communicet autem is qui inſtruitur verbo prædicationis, inſtructori ſuo de omnibus bonis ſuis, quæ ſunt ad ſuſtentationem doctoris neceſſaria. b Nemo vero ſeipſum vanis perſuaſionibus erronee illudat. Deũ nemo pteſt fallere, qui ſecũdum veritatem nouit & iudicat omnia, c Quæcunq; enim vnuſquiſq; nunc fuerit operatus in hoc tempore, de his in futuro accipiet remunerationem. d Quoniam qui in carne ſeminat, ea quæ carnis ſunt perficientes, & ſecundum carnem ambulantes, ex carne nihil niſi perditionem reportabunt. e Qui autem in ſpiritu ſeminat, quæ ſpiritus ſunt operando ſtudioſe, pro remuneratione accipiet vitam, & eam ſempiternam. Nemi-

nem

mo i aliquo delicto/ d vos qui ſpirituales eſtis huiuſmodi inſtruite in ſpũ lenitatis: e cõſiderans teipſũ/ ne ꝛ tu tenteris. f Alter alterius onera portate/ ꝛ ſic adimplebitis legem chriſti. g Nã ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe/ cũ nihil ſit/ ipſe ſe ſeducit/ h Opus aũt ſuũ pbet vnuſquiſq;/ ꝛ ſic in ſemetipſo tãtũ gloriã habebit ꝛ nõ i altero i Unuſquiſq; enĩ onus ſuum portabit. a Cõmunicet aũt is qui cathecizatur verbo/ ei qui ſe cathecizat in oĩbus bonis/ b Nolite errare/ deus non irridetur c Que enĩ ſeminauerit hõ/ hec ꝛ metet. d Quĩ qui ſeminat in carne ſua/ de carne ꝛ metet corruptionem. e qui autẽ ſeminat ĩ ſpiritu de ſpũ metet vitam eternam

nem vero tædeat laboris aut expectationis, vt tædio quis fractus, à bene cœptis corpore reſolut⁹ deſiſtat

f Bonū autē facientes/ non deficiamus tēpore em̄ ſuo metemus non deficiētes.

f Nō em̄ fatigari corpore, aut ceſſare nos conuenit ab operibus bonis, quoniam cum aduenerit tempus remunerationis, ſine fine accipiemus bonarum operationum retributionem.

g Ergo dū tēpus habem⁹ operemur bonū ad omnes:

g Et quoniā iuxta ſeminationem erit meſſis, rogo vos fratres mei, vt dum tempus iſtud habemus, in quo bene operari licet operemur bonum, & bene conuerſemur erga omnes homines, vbicunque detur occaſio, quoniam deus omnium hominum Dominus:

h maxime aūt ad domeſticos fidei.

h Peculiariter tamen erga fideles, qui ſunt per fidem domeſtici noſtri & Dei, nempe ad eandem Eccleſiam nobiſcum pertinentes, exiſtentes de domo & familia dei.

i Videte/ qualib⁹ literis ſcripſi vobis mea manu.

i Videte, quemadmodum in literis his, propriæ man⁹ teſtimoniū inſcripſerī: partim vt charitatis noſtræ efficaci⁹ habeatis teſtimoniū partī vt à Pſeudoapoſtolis ſeductorib⁹, noſtras literas diſcernatis.

a Quicūq; em̄ volūt placere in carne hi cogunt vos circuncidi/ tātū vt crucis xp̄i perſecutionem non patiantur.

a Quicunque enim volunt hominibus placere, & in carne gloriari, hi ſunt qui vos faciunt circuncidi, ob hoc tantum vt perſecutionem non patiantur crucis Chriſti, quam pati tiemi ēt, ſi circunciſionem euacuarent: ſicut & ego patior, quia crucis Chriſti gloriam & libertatem prædico.

b neq; em̄ q̄ circūcidūt/ legē cuſtodiūt:

b Nam neque ipſi circunciſi, qui vobis circunciſionem prędicant, legem obſeruant. Vnde patet eos ſatis ſcire, quod non ſit neceſſaria legis obſeruatio.

c ſed volūt vos circūcidi vt in carne veſtra glorientur.

c Volunt tamen vos in circunciſionem inducere, vt glorientur in carnali veſtra circunciſione, tanquam magiſtri veſtri.

d Mihi aūt abſit gloriari niſi i cruce dn̄i noſtri Jeſu Chriſti.

d A me autem procul ſit omnis huiuſmodi gloriatio. Nolo enim in aliquo gloriari, niſi in virtute crucis & mortis Chriſti, in qua ſola, ſalus perfecta eſt humano generi,

e ꝛ per quē mihi mūd⁹ crucifix⁹ eſt/ ꝛ ego mundo.

e P quem Chriſtum crucifixum, mundus totu mihi mortu⁹ eſt, & ego mundo ſū mortuus.

eo quod

eo quod nihil prorſus eorum quæ habet mũdus, aut me poſſit oblectare, aut ego queam concupiſcere, qui propter crucifixi amorem, in nullo alio præter quàm in ipſo, poſſum oblectari. f Vt enim Chriſto Ieſu placeas, illique acceptus fias, & ſalutis eius particeps efficiaris, nihil confert circunciſum eſſe carne aut incircunciſum, g ſed ſpiritualis per fidem regeneratio in nouam creaturam, vetuſtate omni in baptiſmo depoſita, hæc ſola ad ſalutem Chriſti conducit. h Et quicunque hunc canonem propoſitum fuerint ſequuti, nempe gloriari in ſola Chriſti morte, & in regeneratione nouæ creaturę: precor magnum Deum omnipotentem, vt requieſcat & maneat ſuper illos pax, & miſericordia, & ſuper omnem populum fidelem, qui credit in Deum. i De cętero, nemo ſit mihi moleſtus, vt mihi ſuadeat circunciſionis aut legis prædicationem. a Ego enim ſtigmata Chriſti, quaſi miles eius glorioſus, & cicatrices, in meo corpore porto, tanquam ſigna paſſionum & vulnerum, quæ ob Chriſti amorem & prędicationem, ſuſcepi: in quibus glorior, dum recordor perſequutionũ, quas pro crucis gloria, & Euangelica libertate ſuſtinui. b Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, ſit cum ſpiritu veſtro fratres, Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Galatas beati Pauli Apoſtoli.

Q

f In Chriſto enim Ieſu neque circunciſio aliquid valet neque preputium.
g ſed noua creatura.
h Et quicunque hãc regulam ſecuti fuerint/
pax ſuper illos / et miſericordia / et ſuper Iſrael Dei/
i De cetero nemo mihi moleſtus ſit.
a Ego enim ſtigmata domini Ieſu / in corpore meo porto
b Gratia dñi noſtri Ieſu Chriſti: cũ ſpũ veſtro fratres Amẽ

Finit Textus Epiſtole ad Galatas beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVcidatorium in Epiſtolam ad Epheſios Beati Pauli Apoſtoli.

QVemadmodum ex Apoſtolorum actis diſcimus, multum apud Epheſios fructum in fide & negocio Chriſti, Paulus conquiſierat. Manſit namque apud eos biennium totum, quotidie diſputans in ſchola tyranni cuiuſdam: vbi & virtutes non modicas faciebat Deus per manus Pauli, ita vt etiam ſuper languidos delatis a corpore eiꝰ ſudariis, ipſi ſanarentur: quando & coram omnibus allati ſunt combuſtique libri eorum qui curioſa fuerant ſectati, quorum precium erat denariorum quinquaginta millium. Et omnino fortiter apud hos creſcebat verbum Dei, & confirmabatur. Ad hos ergo de carcere ſcribit hanc epiſtolam, altiſſimis myſteriis & ſacramentis abditiſſimis refertam: iuxta id quod Corinthiis ſcripſerat. Sapientiam loquimur inter perfectos, & ſapientiam Dei in myſterio, quę abſcondita eſt, quam nemo principum huius ſæculi cognouit. Vnde præ omnibus Pauli epiſtolis, ſublimibus intelligentiis & cœleſti ſapientia iſta eſt plenior, potiſſimum quantum ad priora duo capitula. In quibus magnificentiam diuinorum beneficiorum, quæ nobis ab æterno quidem Deus donare diſpoſuit, ſed in hoc tempore gratiæ, ſecundum prouidam ſuam diſpenſationem, nunc primum opere exhibuit, mirifice collaudat: pro eis & ipſe gratias agens & cæteros quibus ſcribit ſimiliter ad gratiarum actionem inuitans. Specialius autem, ſecundo capitulo, in memoriam eis reducit, quemadmodum a morte & ira Dei, per Chriſtum ſint liberati, & ad vitam reſtaurati, Dei ſolius munere, non ex vllis ipſorum præcedentibus meritis: eo quod per ſolam gratiam & charitatem ſuam, Chriſtus Dei filius mortem pro nobis ſuſtinere voluit, per quam totius humani generis redemptio perfecta creditur: per quam etiam inimicitiæ omnes & ſimultates, quæ inter Iudæos erant atque Gentiles, ſublatæ ſunt, ambobus populis in vnam Eccleſiam (inter-

fectis inimicitiis parieteque ſublato) compoſitis, ad inuicemque pacificatis, & ſimul Deo in vno corpore reconciliatis: Ita vt per ipſum mediatorem, vtrique æqualem habeant ad Deum acceſſum, ſintque amodo & ciues ſanctorum, & domeſtici Dei, tam Iudæi quam Gentiles, in vno ſummo angulari lapide Chriſto coædificati, in habitaculum Dei. Quorum altiſſimorum myſteriorum, capite tertio, ſe miniſtrum dicens Apoſtolus & prædicatorem, eoſdem hortatur, vt a ſemel ſuſcepta fide, propter captiuitatis ſuæ vincula, non deficiant. Precatur etiam Deum, a quo omnis paternitas: vt illis det in finem cordis ſemper habere oculos illuminatos, vt in iis quæ ſemel crediderunt, permaneant ſtabiles. Circa medium autem epiſtolæ, tertii capitis initio, ad moralia deſcendens, vt iuxta vocationem ſuam digne viuant, obſecrando commonefacit: potiſſimum autem, vt vnitati & paci ſolicite ſtudeant: Nec ob gratiarum diuerſitatem, quas pro ſuo arbitrio Deus diſtribuit, vlla ſit diſſenſio. Huius autem occaſione, multiformia Dei dona in vtilitatem Eccleſiæ collata, enumerat: quibus Eccleſiæ corpus ædificatur, creſcit, conſummatur, atque perficitur in Chriſto capite, per mutuum membrorum miniſterium. Ac deinde, cum obteſtatione monet ad Chriſtum conuerſos, non cõformari iis, qui in infidelitate ſua omni immũdiciæ, deſperati hominis, ſe tradiderunt: ſed vt ſpiritu renouentur, nouumque induant hominem, veteri depoſito, ad mendacii, iræ immoderatæ, furti, ſermonis mali, amaritudinis, indignationis, & aliorum eiuſmodi vitiorum deteſtationem, ſpecialius deſcendendo. Similia fere quæ ad mores pertinent, Chriſti propoſito exemplo, vſque ad quinti capitis medium proſequitur. In quibus hoc eſt præcipuum eorum quæ admonet: vt tanquam lucis filii conuerſationem ſuam inſtituant, quo per eorum bonam cõuerſationem tenebroſa infidelium opera redarguantur. A quinti autem capitis medio, vſque ad medium ſexti, præſcribit: primum vxoribus, quomodo viris vt Chriſto debeant eſſe ſubiectæ, eo quod caput mulieris ſit vir: ſimul & viris, vt ſuas vxores tanquam corpora ſua diligant, quomodo & Chriſtus Eccleſiam opere & veritate dilexit. ſacramentum quod in coniunctione eſt viri cum muliere (ad ſignificandum eam quæ eſt inter Chriſtum & Eccleſiam coniunctionem) aperiens. Initio vero capituli ſexti filiis edicit, vt parentibus ex DEI mandato ſubiaceant: patreſque viciſſim monet, ne ad amaritudi-

nem animi ſuos filios vane prouocent,ſed educationem,diſcipli-nam,& correptionem,eis pro ſuo officio præſtent. Seruos,dominis ſuis vt Chriſto ſeruire docet, qui illis reddet bonam & plenam,pro ſua ſeruitute bona,mercedem. Dominos ex aduerſo monet,quod æquum eſt præſtare ſeruis: ſcientes, quod ſuperiorem habeant dominum,qui ſine perſonæ acceptione, pro ſeruis faciet iudicium, ſi non vt æquum eſt illos tractauerunt. Poſt quæ, ad finem tendens Epiſtolæ, eos iubet Dei armaturam induere, qua contra malignorum ſpirituum impugnationes queant reſiſtere, Atque ita adiunctis familiaribus quibuſdam,terminat Epiſtolam.

FINIT ARGVMENtum in Epiſtolam beati Pauli Apoſtoli ad Epheſios.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD EPHEſios Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO.

capitis primi.

P a AVLVS ſecundum voluntatem Dei patris, Apoſtolus Ieſu Chriſti filii eius, ſcribit, ſalutemque dicit omnibus fidelibus qui ſunt Epheſi, atq; etiam omnibus qui credunt in Chriſtum, vbicunque locorum conſiſtant aut cuiuſcunq; conditionis ſtatuſue exiſtant, b Gratia ſit vobis ſpirituſſancti, & vera pax cordis à Deo qui eſt pater noſter, & a domino Ieſu Chriſto. c Laudandus atque magnificandus cum gratiarum actione eſt dominus Deus, qui beneficentiam ſuam erga nos oſtendit in donatione ſpiritualium bonorum, quæ in cœlo poſſidebimus, per Chriſtũ Ieſum. d Iuxta quod elegit nos pater ab ęterno, in filio ſuo, antequam iacerentur fundamenta orbis, id eſt, ante creationem mundi. e Elegit, inquam, vt eſſemus ſancti per fidem veram, & immaculati in operibus bonis, in veritate, coram eo, idque in amore & libertate, non in timore atque ſeruitute. f Qui pater, pręordinauit ab ęterno facere nos filios ſuos adoptiuos, per mediatorem Chriſtum, vt nos ſic vnum faceret cum ipſo. Neque hoc vlla fecit, aut neceſſitate compulſus, aut vtilitate inductus, g ſed ſecundum propoſitum benignæ voluntatis ſuę, vt lau

 dare=

TEXTVS Epiſtolæ ad EPHESIOS beati Pauli Apoſtoli.

TEXTUS. CAP. primum.

P a Aulus Apoſtolus Jeſu Chꝛiſti/ per voluntatē Dei/ omnibus ſanct; qui ſunt Epheſi: ⁊ fidelibus omnib⁹ in Chꝛiſto Jeſu.

b Gratia vob; ⁊ pax a Deo patre nr̄o/ et dn̄o Jeſu Chꝛiſto.

c Benedict⁹ De⁹ et pater dn̄i nr̄i Jeſu Chꝛiſti: qui bn̄dixit nos in oi benedictione ſpirituali: in celeſtib⁹/ in Chꝛiſto.

d ſicut elegit nos in ipſo/ ante mundi cōſtitutionem.

e vt eſſemus ſancti ⁊ immaculati in conſpectu eius in charitate.

f Qui pꝛedeſtinauit nos in adoptionem filioꝛum/ per Jeſum Chꝛiſtum in ipſum.

g ſecundum pꝛopoſitum voluntatis ſue in laudē gloꝛie gra

tie ſue.
h in qua gratificauit nos/ in dilecto filio ſuo/

a in quo habemus redemptionem per ſanguinem eius/
b remiſſionem peccatorum/

c ſecundum diuitias gratie eius/ que ſuperabundauit in nobis/ in omni ſapientia ⁊ prudentia.

d vt notū faceret nobis ſacramentū voluntatis ſue/ ſecundū beneplacitū ei⁹.
e quod ꝓpoſuit in eo in diſpenſatione plenitudinis tēporū.

f inſtaurare omnia in Chriſto que in celis / et que in terra ſunt/ in ipſo/

g in quo etiam nos forte vocati ſumus.
h predeſtinati ſecūdum propoſitum eius/ qui operatur omnia ſecundum conſiliū voluntatis ſue.
i vt ſimus in laudē glorie eius/ nos qui ante ſperauimus in Chriſto.
i in quo ⁊ vos/ cum audiſſetis verbū veritatis / Euangelium ſalutis veſtre/ in quo ⁊ credentes ſignati eſtis / ſpiritu

daretur in nobis gloria et magnificentia gratiæ ſuæ, h per quam nos, qui ante eramus abominabiles et ſordidi honeſtauit, ornauit, gratoſque fecit & amabiles, in dilecto filio ſuo: quem pro nobis cohoneſtandis fecit eſſe opprobrium hominum, a Per quem filium redempti ſumus, à iugo legis, ſeruitute diaboli & peccati, per efficaciam ſanguinis eius. b Quæ redemptio eſt remiſſio peccatorum noſtrorum, tam originalis quàm actualium, c ſecundum copioſam & superabundantem gratiam ſuam, quæ in nobis abundanter eſt multiplicata, in omni ſapientia cœleſtium myſteriorum, quę ad fidem & ſpem noſtram pertinent, & in omni ſcientia agendorum: d Ad hoc, vt nobis notum faceret illud occultum decretum atque myſterium voluntatis ſuæ, iuxta beneplacitum ſuum: e quod ſacramentum vel beneplacitum, propoſuit in Chriſto filio ſuo diſpenſādo implere, plenitudine temporis aduenien te, quod ad hoc fuit ab æterno præordinatum: f Sacramentum autem hoc & propoſitum, eſt inſtauratio & reparatio omnium, tam cœleſtium, quo ad numerum implēdum ſaluandorum, quàm terreſtriū, in Chriſto Ieſu: g In quo etiam nos peculiariter, nullis noſtris prę̨cedentib⁹ meritis, velut forte à Deo vocati ſumus, ad fidem ipſius. h Non ſic tamē ſorte, quaſi nos Deus fortuito aut caſu vocauerit, ſed prædeſtinati ab æterno, ſecundū voluntatē ipſi⁹, qui oīa operatur ſecundū decretū ſuæ volūtatis, i ad eū finē, vt laudet̄ & magnificet̄ gloria ei⁹ in nobis fidelib⁹, q in Chriſto prę̨ſperauim⁹, nōdū viſis iis quę ꝑ ſpē expectam⁹ in fide noſtra. i In quo ſperatis etiā vos, cum audiſſetis nobis prędicātib⁹ verbū veritatis, nēpe Euāgeliū ſalutis veſtræ, in quo, inq̄, vos audiēdo credētes etiā ſignati eſtis ſpū ſācto, qui eſt ſpiritus pro-

tus promiſſionis [illegible] ſignum eſt, quo diſtinguntur filii Dei à filiis diaboli. [illegible] promiſſionis ſpiritus, quia à Deo olim per prophetas, & etiam per chriſtum Apoſtolis promiſſus. Inſuper etiam ipſe eſt, qui nobis promittit fidelibus cœleſtia bona. a Qui ſpirituſſanctus eſt pignus & arrhabo futuræ hæreditatis, per quem acquiſitio (id eſt, populus fidelis, magno ſtudio, cura, & precio acquiſitus) redimitur à mortis damnatione, ad vitam ſempiternã, vt ſic laudetur in nobis gloria eius in perpetuum. b Quoniã ergo tãta de nobis deus diſpoſuit, & tam mira nobiſcum ipſe perfecit, propterea & ego Apoſtolus eius audiens vos recte in Chriſtum credere, & dilectionem habere atque oſtendere ad omnes fideles, inceſſanter gratias ago deo, pro veſtro iſto bono, quod in vobis ipſe incœpit: orare non deſinens, c Vt ipſe Deus chriſti Ieſu (ſecundum humanitatis infirmitatem, qua parte eſt minor) qui eſt pater à quo omnis gloria, det vobis, & amplius det, ſpiritum ſanctum, à quo eſt ſapientia & intelligentia: vt agnoſcere eum, prout dignum eſt, poſſitis, d hoc eſt, vt det vobis habere oculos mentis illuminatos, lumine ſpiritus ſancti: vt ſciatis quænã ſint & quãta, quę ex vocatione veſtra ſperare debeatis, et quã abundans gloria eius ſit ſuperuẽtura ſãctis in die remunerationis eorum: e Et vt intelligatis ſupereminentem, & mirabilẽ magnitudinem virtutis eius, quã erga nos oſtendit qui credimus: dum nos de manu diaboli & omnium pctõrũ ereptos, tranſtulit, atque regenerauit. Nam maior eſt virtutis magnitudo, in vnius peccatoris regeneratione, quã in totius mũdi ſubſtantiali creatione, ſupereminentẽ, inquã, magnitudinẽ virtutis eius. f Quæ accipi et attẽdi debet: in opere illo ſũmę potentiæ, atque virtutis ei⁹, quod opera

promiſſionis ſãcto.

a qui eſt pign⁹ hereditatis noſtre i redẽptionẽ acquiſitiõis, in laudẽ glorie ipſi⁹

b Propterea et ego audiẽs fidẽ veſtrã, que eſt in xp̃o ieſu, et dilectionẽ in oẽs ſctõs, nõ ceſſo gr̃as agens pro vobis, memoriã veſtri faciẽs in orationib⁹ meis.

c vt de⁹ dñi noſtri ieſu xp̃i, pater glorie det vobis ſpm̃ ſapiẽtie et reuelationis, i agnitionem eius.

d Illuminatos oculos cordis veſtri, vt ſciatis, que ſit ſpes vocatiõis eius et q̃ diuitie glorie hereditatis eius in ſanctis,

e et que ſit ſupereminẽs magnitudo virtutis eius, in hos qui credidimus.

f ſecundũ operatione potẽtie virtutis

eius quam operatꝰ eſt in chriſto/ g ſuſcitãs [illegible] [illegible] conſtituẽs ad dexterã ſuã in celeſtibꝰ. h ſupra omnẽ principatũ ꝛ poteſtatẽ/ ꝛ virtutẽ/ ꝛ dominationẽ ꝛ oẽ nomẽ qđ nominatꝛ nõ ſolũ in hoc ſeculo/ ſed etiã in futuro.

i Et omnia ſubiecit ſub pedibus eius. a Et ipſũ dedit caput ſupra oẽʒ eccleſiam que eſt corpus ipſius/ ꝛ plenitudo eius/

b qui oĩa in oĩbus adimpletur.

tus eſt in Chriſto [illegible] [illegible] uum illum à m[illegible] ſuſcitauit, & ad dextram ſuam in omnibus ſibi coæqualem conſtituit in cœlis, h faciens eum altiorem omnibus ordinibus Angelorum, ſupra omnem ordinem principatuũ poteſtatum, Dominantium, Virtutũ & cæterorum, & ſupra omne quod eſt, aut nominari poteſt, tam in cœlis, quàm in terris. i Neque ſolum altiorem fecit omnibꝰ ſed etiam omnia ſubiecit eius imperio, dans illi omnem poteſtatem, in cœlo & in terra. a Inſuper & ipſum, pater fecit caput totiꝰ eccleſiæ, tam militantis quàm triumphantis quæ eccleſia eſt corpus ipſi capiti Chriſto cohęrens, eodem ſpiritu viuificata: & eſt plenitudo capitis Chriſti quatenus ipſa vt corpus, Chriſto capiti coniuncta, vnum conſtituat corpus integrum cum ipſo. b qui omnia adimplet & operatur in omnibus ſecundum virtutem diuinitatis ſuæ, quique, licet exiſtens omnia in omnibus, tamen dicto modo ſic adimpletur, vt vnum corpus cum eccleſia componat.

TEXTUS CAP. Secundum.

a Et vos cõuiuificauit cũ eſſetis mortui in delictis ꝛ peccatis veſtris/ in quibus aliquãdo ambulaſtis/ ſcđʒ ſeculum mundi huius.

b ſcđʒ principẽ poteſtatis aeris huius: ſpũs qui nũc opatꝛ in filijs diffidentie:

ELVCIDATIO CAPITIS secundi.

a Er hanc autem chriſti reſuſcitationem & glorificationem, vosquo que cum Chriſto conreſuſcitauit et conuiuificauit, cũ eſſetis per peccata veſtra mortui, ſecundum animã: In quibus peccatis olim conuerſabamini, ſecundum vanitates & vitia quæ in ſæculo (id eſt mundo) regnant, b ſecundum inſtinctus & voluntatem diaboli, qui eſt princeps ac poteſtatem habẽs in hoc aere, in quo nos habitamus, ad poſſidendum impios & exercitandum iuſtos, ſpiritus ille, qui etiam nũc operatur in filijs diffidẽtiæ, hoc eſt, in incredu

credulis & inobedientibus Deo, hoībus. Ipſe enim huiuſmodi ſuadet ad malum, & operatur ac regnat in eis. c Quorum de numero & nos eramus ante conuerſionem noſtram, cōuerſantes ſecundum deſideria carnis noſtræ facientes concupiſcentias carnis, carnaliū cogitationū. d Eramuſqꝫ, quātū ad naturalem generationem atque educationem obnoxiij iræ & vltiōi dei, æque atqꝫ cæteri. Sed quod natura non præſtitit, gratia Dei donauit. e Deus enim qui eſt copioſus in miſericordia propter ſuperabundātem amorem noſtri, etiam tunc cum eſſemus in peccatis noſtris mortui, conuiuificauit nos Chriſto: cuius gratia & miſericordia, eſtis ſalui facti ab ira illa, cui natura eramus obnoxii, f & conreſuſcitauit nos cum Chriſto & fecit ſimul reſidere in cœlis. Quoniā chriſti reſurrectio, & glorificatio, operata eſt iuſtificationem, reſurrectionem, & glorificationē noſtram. Nā quia ille præceſſit, nos ſubſequimur, & in omnibus cum eo participamus: vt merito dicamur Chriſto conuiuificati, conreſuſcitati, & ſimul cum eo in cœlis conſtituti. g Fecit autem Deus pater hæc omnia nobis per Chriſtum, vt in venturis ſæculis demonſtraret copioſiſſimam gratiā ſuam, quam in nimia dulcedine & bonitate ſua, erga nos genus humanum, per ipſum et operatus eſt, & operabitur amplius. h Gratuito enim munere ſalutem hanc vobis operatus eſt Deus, quam ſalutem per fidem conſequimini. Atque hoc ipſum, quod ſcilicet ſic ſalui facti eſtis per Chriſtum, non ex veſtris neque patrum veſtrorum meritis proceſſit. i Eſt enim gratuitum prorſus Dei donum, non propter cuiuſquam opera datum: vt ne quis glorietur, niſi in ſolo domino, cuius mera gratia eſt, quod per fidem ſaluamur, ac proinde iuſtū eſt, illi ſoli gloriam de noſtra

ſalua

c in quibus & nos omnes aliquando conuerſati ſumus/ in deſyderiis carnis noſtre facientes voluntatem carnis et cogitationum.

d & eramus natura filij ire ſicut & ceteri.

e Deus autem/ qui diues eſt miſericordia/ propter nimiā charitatem ſuā qua dilexit nos / & cum eſſemus mortui peccatis cōuiuificauit nos in Chriſto cuius gratia eſtis ſaluati:

f & conreſuſcitauit/ & conſedere fecit in celeſtibus/ in Chriſto Jeſu:

g vt oſtenderet in ſeculis ſuperuenientibus abundantes diuitias gratie ſue/ in bonitate / ſuper nos/ in Chriſto Jeſu.

h Gratia enim eſtis ſaluati per fidem/ & hoc non ex vobis.

i Dei enim donum eſt/ non ex operibus: ut ne quis glorietur.

a Ipſi⁹ eni ſum⁹ factura, creati in xpo Ieſu in opib⁹ bonis	noſtra ſaluatione reddi. a Ipſius enim dei per hãc regenerationem, ſumus noua creatura, ſpiritu regenerati, & velut denuo creati: non vt in ocio deinceps aut carne viuamus, ſed vt inſiſtamus operibus bonis.
b quę ꝑparauit de⁹ vt i illis ambulem⁹	b quę tamen ipſe nobis deus, ab æterno ꝑordinauit donare, vt in eis viuamus, & ambulemus ſemper proficientes.
c Propter quod memores eſtote, quod aliqñ vos qui gẽtes eratis in carne, q̃ dicebamini preputiũ, ab ea que dicit̃ circũciſio in carne manu facta:	c Quum igitur tantam vobis gratiam Deus contulerit, in memoriam ſubinde attentiſſimam reducite, quæſo, vocationem veſtram: Quemadmodum vos gentiles, qui ad ignominiam vocabamini præputiati & incircuncisi, à populo Iudaico, qui circuncisionem in carne ſua factam manu incidẽtis ſuſpiciebat:
d qui eratis illo in tempore ſine chriſto e alienati a cõuerſatione Iſrael, & hoſpites teſtamentorum.	d qui eratis tunc temporis nondum credentes in Chriſtum, e alieni à conſortio, politia & conuerſatione Iſraelitarum, & hoſpites atq; aduenę habebamini teſtamentorum Iudæis à deo diſpoſitorũ, ad ipſorũ legem trãſire placuiſſet:
f promiſſionis ſpẽ non habẽtes, & ſine deo in hoc mundo.	f & promiſſionis eis factæ ſpẽ non habebatis omnino in veſtra Gentilitate permanentes, niſi ad illorum ritum trãſiſſetis, & velut ſerui idolorum, à Deo vero alieniſſimi in hoc mundo viuentes eratis.
g Nũc aũt in xpo Ieſu vos q̃ aliquando eratis longe, facti eſtis prope, in ſanguine chriſti.	g Nunc autem in tempore gratiæ huius ꝑ Chriſtum factæ, ſunt immutata omnia. Vos enim qui olim eratis longe à deo acceſſũ habetis per fidem, ad deum, in ſanguine chriſti.
h Ipſe enim eſt pax noſtra qui fecit vtraque vnum: & mediũ parietẽ macerie ſoluens, inimicitias in carne ſua,	h Ipſe enim eſt author pacis noſtrę ad deũ, qui vtroſq; populos, & à ſeinuicem, et à deo prius diuiſos, in vnum corpus vnamq; eccleſiam conuocauit: legem, quæ erat velut murus atque interſtitium, diuidens inter gentilem populum & Iudaicum, quæ inimicitias ponebat inter nos, in corporis ſui paſſione deſtruens atq; diſſipans:
i legem mandatorũ decretis euacuans: vt duos cõdat in ſemetipſo in vno nouo hoie: faciens	i legem illam diſficilem mandatorum & operum, euacuans legibus fidei dogmatibus, vt ſic ambos populos, in vna lege fidei, in vnam eccleſiam compactos,

pactos, reconciliaret deo patri. Et quia etiã inter Deum & genus humanum vniuerſũ, inimicitiæ peccatorum erant intermediæ, quæ nos prohibebant Deo appropinquare, etiam has inimicitias ſuſtulit, in carne patiẽdo, mortemq; in cruce ſuſtinendo: a & veniens ad nos in aſſũpta carne, euangelizauit ipſe, atq; apoſtolos euangelizare miſit pacẽ factam, & dei cum hominibus & hominum adinuicem: tam his qui prope videbantur Iudæis, quàm his qui longe erant Gentibus. Iudæi enim prope erant, quia promiſſionem acceperant: & gentiles longe, quibus promiſſiones factę non fuerant. Quoniam per Chriſtum, habemus populi ambo acceſſum, eodem ſpiritu ductore, ad patrem. c Ergo non amplius eſtis hoſpites, & extranei à populo dei: ſed eſtis facti conciues electorum, et de domo atq; familia Dei (quoniam pars bona eccleſiæ, eſt populus gentilium) ſuperſtructi ſuper Apoſtolorum & prophetarum fidem, quaſi ſuper firmum fundamentum.

d Eadem enim fuit fides prædicatioq; prophetarum, quæ & Apoſtolorum, licet obſcurior. Eſt autem eius edificii lapis, ſummus angulos vtriuſq; parietis concludens, Chriſtus: e In quo velut totius ædificii ſtructuram cõtinente, tota hęc ædificatio conſtruitur, & augmentum ſumit: vt fiat templum ſanctũ in quo inhabitet dominus. f In quo ędificio, etiam vos vt lapides viui coædificamini vt conſtituatis eccleſiã ſanctam quæ eſt habitaculum dei. Fitq; hæc ædificatio in ſpiritu ſancto: qui eſt huius ædificii glutinum, quo lapides lapidibus cohærent.

pacẽ/ vt reconciliet ambos in vno corpore deo per crucẽ interficiẽs inimicitias in ſemetipſo/ a ꝛ veniens euangelizauit pacẽ vobis q̄ longe fuiſtis/ ꝛ pacẽ his qui prope.

b Qm̃ ꝑ ipſũ habemus acceſſũ/ ambos in vno ſpiritu/ ad patrem.

c Ergo iã non eſtis hoſpites ꝛ aduene/ ſed eſtis ciues ſanctorum ꝛ domeſtici dei ſuperedificati ſuper fundamentũ apoſtolorũ ꝛ prophetarum.

d ipſo ſũmo angulari lapide xp̄o Jeſu.

e Jn quo oĩs edificatio cõſtructa creſcit in templum ſanctũ in domino.

f Jn quo ꝛ vos coedificamini in habitaculũ dei in ſp̄uſctõ.

ELVCIDATIO CAPITIS. tertij.

a Ob huius igitur fidei noſtræ tanta ſacramenta: ego Paulus, qui vinctꝰ ſũ cathenis captiuitatis meę ob con-

TEXTUS. CAP. tertium.

a Huiꝰ rei grã/ ego paulꝰ vinctꝰ xp̄i ieſu/ ꝓ vobis gẽtibus

cõfeſsionē Chriſti IESV, pro veſtra, hoc eſt, gentium, ſalute: non deficio in obuenientibus mihi tribulationibus, & vt vos ſimiliter non deficiatis peto. b Credo enim vos audiſſe & cognouiſſe quemadmodum ſit mihi data diſpenſatio atque prædicatio gratiæ Dei in Gentibus, per datam mihi Apoſtolici muneris commiſsionem. c Quoniam Deꝰ per reuelationem me edocuit totum fidei Chriſtianæ myſterium, d quemadmodum iam nunc paucis verbis, illud deſcripſi: non vtique quantum res ipſa exigeret, ſed iuxta veſtram capacitatem, vt poſsitis legentes intelligere prudentiam ac ſapientiam meam, qua ſum Dei gratia ſufficienter inſtructus, in myſterio Chriſtianæ fidei. e Quod quidē myſterium, in ſæculis pręteritis non eſt ſic agnitum ab hominibus, f quo modo nunc manifeſtatum eſt Deo aperte reuelante per ſpiritum ſanctum Apoſtolis fidelibus, atque nouæ legis Prophetis. g Nimirum quod eſſent Gentiles hoc tempore ſimul ex ęquo cum populo Dei hæredes: Imo ad idem corpus conſtitutum pertinentes, & ſimul in eadem promiſſione participantes, in chriſto Ieſu, in quo hæc beneficia præſtita ſunt nobis, h per fidem ſancti euangelii: cuius me fecit Deus miniſtrum & prædicatorem, i non ſecundum meorum meritorum exigentiam, ſed ſecundum gratuitum donum quod dedit mihi (Apoſtolatus loquor officium) quod donum miraculoſa operatione potentiæ ſuę mihi iniunxit, & in me confirmauit in variis ſignis. a Nam quum ſim ex me omnium fidelium infimus, omnino gratia ſit oportet prorſus gratia data, & ex nullis proueniens meritis creditum mihi officium iſtud, vt euā gelizem in gentibus imperueſtigabiles diuitias Chriſti: id eſt, copioſiſſimam abundantiam omnis boni, qua implentur & implebū tur

b ſi tñ audiſtis diſpenſationē gratie dei, que data eſt mihi in vobis.

c Quoniā ſcd'z reuelationē notum mihi factū eſt ſacramētū, d ſicut ſupraſcripſi i breui, prout poteſtis legentes intelligere, prudentiam meam in myſterio Chriſti, e quod aliis generationibꝰ nō eſt agnitū filiis hominum, f ſicuti nunc reuelatū eſt ſanctis apoſtolis eius & prophetis in ſpū, g eſſe gētes coheredes, & cōcorporales, & participes promiſſionis in Chriſto Ieſu,

h per euāgeliū: cuiꝰ factꝰ ſū ego miniſter i ſcd'z donum gratie dei, que data eſt mihi, ſcd'm operationē virtutis eius.

a Mihi eñi oim ſanctorū minimo, data eſt gratia hec, in gētibus, euāgelizare inueſtigabiles diuitias Chriſti,

tur omnes, qui credunt in eum, a & vt in ſtruam omnes quoſcunque dominus præordinauerit, quod ſit hoc ſacramentum exhibitum nobis ac ſapienter diſpenſatum hoc tempore, quod fuit ab æterno abſconditum, latens, atque occultatum in prædeſtinatione Dei omnium creatoris. Vt nunc per eccleſiã iſtam, nota fiat multiplex illa dei ſapientia: non ſolum hominibus, ſed etiam principatibus, ac poteſtatibus & cæteris ordinibus angelorum, in cœlis: b Innoteſcat, inquam, nunc in hoc tempore, ſicut ab æterno præfinitum eſt, in Chriſto Ieſu domino noſtro.
c Per quem ſecurũ acceſſũ habemus, & liberum aditum ad patrem, per fidem eius, in bona ſpei confidentia. d Propter hoc myſterium admirabile, obſecro, ne deiiciamini animo ex tribulationibus meis, quas pro veſtra ſalute ſuſtineo, in quibus potius gloriari debetis, gaudere enim debetis cum me videtis pro myſterio fidei, quod vobis prędicatum eſt, & vos creditis, nec vincula recuſare. e Huius igitur tanti beneficii, tantique myſterii gratia, humili ſupplicatione deprecor patrem domini noſtri Ieſu chriſti, qui eſt primus pater, & Dominus omnium: à quo omnis Præſidentia, Dominatio, atque generatio, ſiue quæ in cœlis eſt, ſiue quę in terris, deriuatur atque deducitur. Nam quod angeli angelis præſideant, quod item homines ꝓgignant alius alium, quod inter creaturas cęteras alię ſint aliarum principia vniuerſum à deo eſt. f Precor, inquam, flexis genibꝰ cordis mei, vt det vobis ſecundum copioſam magnificentiam gloriæ ſuæ virtutem ac fortitudinem, qua corroboremini per ſpiritum eiꝰ, in ſpiritu veſtro. Det etiam, vt manſionẽ facit Chriſtus per fidem viuentem, in ſpiritu veſtro: idq; vobis radicatis atque firmatis in charitate, Fruſtra enim eſt fides, quæ non

in cha

a ꝛ illuminare oēs que ſit diſpēſatio ſacramenti abſconditi a ſeculis in deo qui omnia creauit.

b vt innoteſcat principatibus ꝛ poteſtatibus in celeſtibꝰ ꝑ eccleſiam multiformis ſapiētia dei ſcḋ; ꝓfinitionē ſeculoꝝ, inquā fecit in xp̄o Jeſu domino noſtro

c in quo habemꝰ fiduciā ꝛ acceſſũ, i cō fidētia, ꝑ fidē eius.

d Propter quod peto ne deficiat; i tribulationibꝰ meis ꝓ vobis que eſt gloria veſtra.

e Huiꝰ rei gratia flecto genua mea ad patrem dn̄i noſtri ieſu xp̄i, ex quo oīs paternitas in celis ꝛ in terra nominatur,

f vt det vobis ſcḋm diuitias glorie ſue virtutē corroborari ꝑ ſpm eius, in interiori homine,

g Chriſtum habitare ꝑ fidē in cordibꝰ veſtris in charitate radicati ꝛ fundati.

h vt poſſitis cõpre-hendere cũ oib⁹ ſanctis/ que ſit latitudo longitudo & ſublimitas & profundum.

i ſcire etiã ſupereminentẽ ſciẽtie charitatẽ chriſti vt impleamini in omnem plenitudinem dei.

a Ei aũt qui potens eſt oĩa facere ſuper abundãter q̃ petimus/ aut intelligim⁹ ſcd͂z virtutẽ qua operat̃ in nobiſipſis gloriã in Eccleſia & in xp̃o ieſu/ in oẽs generationes ſeculi/ ſeculorum. Amen

TEXTUS. CAP. Quartum.

a Obſecro itaq̃ vos ego vinctus in dñ̃o vt digne ambuletis vocatiõe qua vocati eſtis cũ oĩ humilitate & manſuetudine cũ patientia.

b ſupportãtes inuicẽ in charitate ſoliciti ſeruare vnitatẽ ſpũs i vinculo pacis.

c Unũ corpus / vn⁹ ſpũs: ſicut & vocati eſtis in vna ſpecie vocationis veſtre.

ritate. Fruſtra enim eſt fides, quę non in charitate radices habuerit defixas, h Det, inquam deus vobis hæc omnia, vt ſufficientes ſitis eius munere, per intellectum apprehendere & cognoſcere immenſitatem, & ſecundum omnem dimenſionem infinitatem eius: quæ ſit latitudo beneficiorum, longitudo ꝓmiſſorum, ſublimitas maieſtatis, & profunditas iudiciorum eius. i Valeatis etiã ſcire charitatem chriſti, longe præſtantiorem omni ſcientia, vt ſic impleamini perfecte in omnibus bonis dei. a Ei autem qui potẽs eſt & volens, etiã vltra quâm petere vel deſiderare nos poſſumus, omnia petentibus p̄ſtare, ſecundum virtutem ſuam diuinã, quæ in nobis operatur: ipſi ſit gloria in eccleſia & ex eccleſia, quæ eſt corpus, & in chriſto capite eius, per omnes generationes quæ fuerunt aut erunt in æternum. Amen.

ELVCIDATIO CAPITIS Quarti.

a C Vm itaque tantis nos deus beneficijs ſit dignatus, obſecro vos ego paulus, vinctus ob confeſſionẽ chriſti: vt deinceps conuerſationẽ habeatis dignã vocatione iſta qua â Deo vocati eſtis. Idque in perfecta & omnimoda humilitate, in manſuetudine & animi lenitate, cum longanimitate: vt non frangamini, vel expectatione futurorum, vel p̄ſentia aduerſorum: b tolerantes vos inuicem in charitate, ſtudioſe curantes intertenere vnitatem ſpiritualem, per pacẽ quæ eſt vinculum ſpiritualis vnionis. Per pacem enim veram, eſt vnio ſpiritualis, ſicut per diſcordiam eſt diuiſio. c Quomodo enim non ſtudebitis in vnitate pacis permanere cum omnes ſitis vnum corpus, vnum caput habentes

dentes chriſtum & vnus ſit ſpiritus, quo oēs potati eſtis? Iuxta quod vocati eſtis ad eandem ſpem, eorum quæ expectatis ex iſta vocatione veſtra. d Vnum habemus eundē q; dominum, eandem fidem, idem baptiſma propter quod, merito vnitati ſtudere debemus. Inſuper vnus eſt deus, qui eſt pater omnium, ſupra omnes præſidentiam atq; dominium habens, per omnia gubernando tranſiens, & peculiari quadam familiaritate in nobis fidelibus ſuis inhabitās. e Vnicuiq; autem noſtrum gratiæ & dona dei data ſunt, quantum & ſicut chriſto placuit nobis donare: vt diuerſitas gratiarum, non ſit iuſta cauſa diſſidii inter fideles eo quod ſecūdum Dei voluntatem quiſq; accepit. f In cuius cōfirmationem dicit ſcriptura: Aſcendens chriſtus in altitudinem cœlorum, abſtulit à diabolo, quam detinebat captiuitatem, & ſecum adduxit velut prędam glorioſam: mittensque de cœlo ſpiritum ſanctum hominibus fidelibus, varia eius dona copioſe diſtribuit. g In eo autem quod dicitur chriſtus aſcendiſſe in altum, ille qui præceſſit includitur deſcenſus, in inferiores partes terræ, in quibus detinebatur captiuitas: id eſt in lymbum inferni. h Nam qui ad eos liberandos deſcendit per humilitatem, idem ipſe aſcendit eleuatus ſupra omnes angelorum ordines, & ſupra omnium cœlorum gloriam: vt ſic adimpleret oīa, inſtruendo deperdita, & in fine ſeculi cōſūmando vniuerſa. i Et ipſe conſtituit, quoſdam quidem apoſtolos, eccleſiæ fundaméta: quoſdam autem prophetas, qui ſpiritus reuelatione occulta nouerunt myſteria intelligere, & alios illuminare: alios vero, qui Euangelii diuulgandi gratia circumeūt: alios qui ſint populo cuilibet prælati, vt eos paſcant & doceāt, quibus præſunt. a Hos autē Deus ſic diuerſis in officiis cōſtituit ad perfectam eruditionem

d Un⁹ dn̄s vna fides vnū baptiſma / vnus Deus ⁊ pater oiū qui ſup oēs ⁊ p oia / ⁊ in oibus nobis.

e Unicuiq; aūt nr̄m data eſt gratia ſecūdum menſuram donationis Chriſti.

f Propter quod dicit: Aſcēdēs in altū captiuā duxit captiuitatem dedit dona hominibus.

g Quod aūt aſcēdit quid eſt niſi quia et deſcendit primū in inferiores partes terre?

h Qui deſcēdit ipſe eſt / ⁊ qui aſcendit ſuper oēs celos / vt adimpleret omnia.

i Et ipſe dedit quoſdā quidē apoſtolos quoſdā aūt pphetas alios vero euangeliſtas / alios aūt paſtores ⁊ doctores.

a ad conſūmationē ſanctorū in opus miniſterij.

niſterij in edificatione corporis chriſti:

b donec occurramꝰ oēs in vnitatē fidei ⁊ agnitiōis filij dei/ in virū perfectum/ c in menſurā etatis plenitudinis chriſti

d vt iā nō ſimꝰ paruuli fluctuātes / et circūferamur oi vento doctrine.

e Jnnequitia hoim in aſtutia ad circūuētionem erroris. Ueritatē aūt facientes in charitate creſcamus in illo ꝑ oia qui eſt caput xp̄s:

f ex quo totū corpꝰ cōpactū ⁊ cōnexū ꝑ oēȝ iūcturā ſubminiſtratiōis/ ſcd́ȝ operationē/ in mēſuraȝ vniuſcuiuſꝗ mēbri. g Augmētū corporis facit/ in edificationē ſui in charitate.

eruditionem & ædificationem fidelium: Vt operentur velut miniſtri dei, ad ædificandū & complendum Eccleſiam chriſti, per ſuum miniſterium, b donec euadamus omnes nos, quantum ad vnitatem fidei & agnitionis domini noſtri Ieſu Chriſti, perfecte credentes, & plene edocti, c in menſuram ętatis: hoc eſt, in iuſtam quantitatem & perfectionem plenitudinis Chriſtianæ fidei: hoc eſt, donec in chriſtiana fide ſimus iam viri, et perfectam ſtaturam habentes, inque ea ſufficienter inſtructi. d Ita inquam ſufficientes & pefecti, vt iam non ampliꝰ ſimus paruuli & hæſitantes in fide, facile nos permittentes propter inſtabilitatem, vanis perſuaſionibus falſæ doctrinæ, à veritate abduci, e per homines nequam & doloſos Apoſtolos qui in aſtutia ad ſimplices veniunt, vt circūueniendo atque decipiendo, in eorrorem mittant. Nos autem omnia in veritate agentes, in charitate radicati, creſcamus quotidianis profectibus, quantum ad omnia vere bona, in illo nempe Chriſto, qui eſt caput Eccleſiæ, f ex quo totum corpus Eccleſiæ ſecundum ſuas partes compaginatum atque coniunctum per omnē coniunctionem ſubminiſtrationis mutuæ, vno quoque membro operante ſecundum menſuram gratiæ ſuæ ſibi datæ. g Ipſum, inquam, totum eccleſiæ corpus (ratione diuerſarum partium diuerſa officia exercentium) ſeipſum ædificat, augmentum ſui facit, atque ſeipſum perficit: ſecundum virtutem charitatis quam ex capite ſingula membra habēt. Nam in eccleſia militante nectuntur mēbra ad inuicem, ꝑ hoc quod quiſque adminiſtrat in alterum gratiam ſibi à deo datam, atque hoc pacto corpus eccleſiæ perficitur. Et (quantum ex ſe eſt) corpus eccleſiæ, ille quodammodo adiuuare ad perficiendum & conſtruendum recuſat

cuſat, qui gratiam ſibi datam ad ædificationem conferre renuit. h Cum igitur ſic ſitis in Chriſto, in vnum corpus compaginati: illud vobis denuncio, & per Chriſtum obteſtor, ne iam Chriſtiani facti, viuatis Gentilium more: qui ambulant in vanitate intellectus, habentes cor tenebris ignorantiæ obſcuratum, alieni facti per peccata ſua, à vita quæ ſecundum Deum eſt: i idq; per ignorantiam ſuam, quam vtique non paruam eſſe conſtat, neque ſatis excuſabilem: quoniam a cordis cæcitate (id eſt, affectu indurato, & voluntate obſtinata) procedit. Nam eſt ex paſſione alia quædam ignorantia ad temp⁹, quæ facile remediabilis eſt. a Qui poſtquã in profundum venerint vitiorum, facti deſperati, ſine vllo remorſu aut doloris ſtimulo audacter quęlibet mala perpetrantes, tradiderunt ſemetipſos ſine verecundia, ſine freno, ſine retinaculo, in impudicitiam, in operationem cuiuſlibet immunditiæ, ſimiliter et in auaritiam atque iniuſtitiam. b Vos autem Chriſtiani facti, nõ ita didiciſtis in Chriſto viuere. Nam certo ſcio vos audiſſe omnia & omnia edoctos eſſe, ſecundum veritatem, quæ eſt in Chriſto Ieſu. c Nempe, vt abiiciatis veterem hominem, qui eſt ſecundum priſtinam atque Gentilem conuerſationem (id eſt vitia atque peccata) qui vetus homo, per concupiſcentias carnales erroneas atque rationi recte contrarias, accipit ſuæ corruptionis vetuſtatem. d Abiecta autem vetuſtate, curate vt efficiamini noua creatura, p ſpiritum ſanctum regenerati, ſecundum ſpiritum internum, quem mentem etiam dixim⁹: et aſſumite hominẽ nouũ (id eſt, virtutes & opera bona) e qui creatur ſecundũ voluntatẽ et pręcepta Dei, & recta deſyderia, in iuſtitia & ſãctitate, modo vera ſit hęc ſãctitas, & iuſtitia vera. f Propter quod, abiicientes

h Hoc igitur dico & teſtificor in domino vt iam non ambuletis ſicut & gẽtes ambulant in vanitate ſenſus ſui/ tenebris obſcuratũ habẽtes intellectum/ alienati a vita Dei/

i per ignorantiam que eſt in illis/ propter cecitatem cordis ipſorum:

a qui deſperantes ſemetipſos tradiderunt impudicitie/ in operationem immunditie omnis/ in auaritiam.

b Vos autem non ita didiciſtis Chriſtum: ſi tamen illum audiſtis/ & in ipſo edocti eſtis/ ſicut eſt veritas in Chriſto Ieſu:

c deponere vos ſecundum priſtinã cõuerſationem veterẽ hominem qui corrũpitur ſecundum deſyderia erroris.

d Renouamini autẽ ſpiritu mentis veſtre & induite nouũ hominem/

e qui ſecundũ Deũ creat⁹ eſt in iuſtitia & ſãctitate veritat;.

f Propter quod de-

ponentes mendaciũ loquimini veritatē/ vnuſquiſque cum ꝓximo ſuo:
g quoniam ſumus inuicem membra.

h Iraſcimini ⁊ nolite peccare / ſol non occidat ſuper iracũdiam veſtram.
i Nolite locum dare diabolo.
a Qui furabatur/ iã nõ furetur/ magiſ autē laboret operãdo manibus ſuis/ quod bonum eſt/ vt habeat vnde tribuat neceſſitatem patienti.
b Omnis ſermo malus/ ex ore veſtro nõ procedat/ ſʒ ſi quis bonus ad edificationem fidei / vt det gratiam audiētib⁹.
c Et nolite contriſtare ſpiritum ſanctum Dei / in quo ſignati eſtis/ in die redemptionis.

d Omnis amaritudo/ ⁊ ira/ ⁊ indignatio/ ⁊ clamor/ ⁊ blaſphemia/ tollatur a vobis/
cum omni malicia.

e Eſtote autem inuicem benigni/ miſericordes/ donantes inuicem/

f ſicut et Deus in Chriſto donauit vobis.

cientes mendacium & iniuſtitiam omnem, loquimini, atque operemini id quod verum eſt & iuſtum, adinuicem, g Sum⁹ enim mēbra adinuicem hærentia, & adinuicem compoſita. Non debent autem membra ſibi mentiri, aut mutuo ſe fallere, ſed fideliter pro inuicem ſolicitudinem gerere. h Si iraſci cõtingat, vel ratione dictante, vel carnis malitia præueniente, cauete ne permanens ſit ira, ſed mox extincta cadat. i Ne detis diabolo locum àd vos ingrediendi, quod fit per iram diuturnam. a Qui olim furabatur, iam nõ ſolum à furto abſtineat ſed etiã laboret multo magis opere manuum honeſto, vt qui prius rapuit aliena, iam ex labore ſuo conquiſitis, & aliis poſſit ſubuenire, qui penuriam patiuntur. b Ne loquamini ſermonem corruptum aut prauum, ſed ſi ſermonem habetis bonum, quo poſſint fideles ædificari, hunc loquimini, vt gratus ſit audientibus. Spiritualibus enim auditoribus, ſunt ingrati ſermones mali. c Cauete autem, ne per peccata prædicta contriſtetis atque effugetis ſpiritũ ſanctum à Deo vobis datum, per quem eſtis ſignati in diem redemptionis: id eſt, in die iudicii, vt tunc redimamini à damnatione quę ſuper eos veniet, qui hoc ſignum non habēt. d Omnis amaritudo animi, & ira exurgens in pectore, indignatio in vultus immutatione & clamoroſa vociferatio: atque omne cõuitium apertum, ſiue maledicentia quę ſolet poſt clamores & iras ſequi, prorſus euellatur à veſtris animis, cum omni malicia, quæ in vobis eſt. e Induite aũt pro vitiis iſtis cõtrarias virtutes, vt ſitis benigni animo et miſericordes, cõtra amaritudinē et irã et cętera: remittēres vobis inuicē, ſi cõtingat vos ad inuicē aliquid habere: f ad exēplũ Dei, qui ꝑ Chriſtũ donauit et remiſit nobis vniuerſa noſtra debita, et ꝑ miam ſuã, placat⁹ eſt nobis.

Elucida

ELVCIDATIO CAPITIS V.

a Estote ergo Dei hac in parte tanquam optimi patris imitatores, ſicut filios decet; & proficientes viuite in dilectione mutua ad exemplum Chriſti qui dilexit nos, id quod opere declarauit, quando tradidit ſeipſum pro nobis in oblationem & hoſtiam, Deo patri modis omnibus gratiſſimam. b Fornicatio autem & quælibet immundicia, aut auaritia: vel ipſo nomine vobis odio ſunt & abominationi habenda, quemadmodum ſanctos decet. Idem ſentio de fœditate qualibet in operatione, de colloquio ſtulto, atque prauo, de omni ſcurrilitate, quærente præter honeſtatem & decorum inordinate riſum excutere, quę prorſus ad nihil ſunt vtilia, ſed magis audiatur inter vos et vigeat gratiarum actio. Qui enim in gratiarum actione ſeſe occupauerint, facile ſtultiloquia & cætera vitabunt. c Illud enim intelligendum eſt vobis atque ſciendū, quod omnis fornicator, aut quomodolibet immundꝰ aut auarus (quod auarum eſſe ad idololatriam pertinet, quod ambo colant aurum et argentum) non habebit hæreditatem in regno cœlorū, quod eſt regnū Chriſti filii & Dei patris. d Ne ſinatis vos fallacibus ac mendacibus verbis ſeduci, quoniam ſic vere res habet, vt dixi. e Hæc enim quæ enarraui, peccata ſunt, quibus homines increduli, inobedientię filii, Dei iram contra ſe prouocant. d Quamobrem, nolite effici ſimiles illis, neque participare cum operibus eorum: ne ſimilis quoque vos pœna nunc maneat, & ſuo tempore inueniat. f Fratis enim olim ante conuerſionem, infidelitatis tenebris oppreſſi, ſed nunc per Dei gratiam & noſtram prædicationem facti fideles, illuminati eſtis in domino. Conuerſatione igitur veſtra exprimite, quod filii lucis ſitis: ſicut illi,

TEXTUS. CA. Quintum.

a Eſtote ergo imitatores Dei ſicut filij chariſſimi, ⁊ ambulate i dilectiōe ſicut ⁊ Chriſtus dilexit nos, et tradidit ſemetipſū ꝑ nobꝫ oblatiōez ⁊ hoſtiā deo in odorē ſuauitatꝫ.

b Fornicatio autez ⁊ omnis immundicia aut auaritia, nec nominetur in vobis ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas, que ad rem non pertinet: ſz magis gratiarum actio.

c Hoc enim ſcitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus aut auarus (quod eſt idolorum ſeruitus) non habet hereditatem in regno Chriſti ⁊ Dei.

d Nemo vos ſeducat inanibus verbꝫ.

e Propter hec enim venit ira in filios diffidentie.

f Nolite ergo effici participes eorum.

f Eratis enim aliquādo tenebre, nūc autem lux in dn̄o.

Ut filij lucis ambulate.

illi, ex operibus demonſtrant ſe filios eſſe tenebrarum.

g Fructus em̃ lucis eſt in omni bonitate & iuſtitia/ & veritate

g Fructus enim fidei noſtræ, quæ eſt in nobis lux vera, cõſiſtit in perfecta bonitate, iuſtitia, et veritate in omnibus actionibus noſtris.

h Probantes quid ſit beneplacitũ Deo/ et nolite communicare operibus infructuoſis tenebrarum.

h Ambulate, inquam, vt filii lucis, probantes opere quid ſit Deo beneplacitum, vt illud adimpleatis ſtudioſe. Necq; vllo pacto communicetis cum illis infidelitatis operibus, quæ nullum ſalutis faciunt fructum: idque nec imitatione, nec conſenſu.

i Magis autem redarguite.

i Imo vero potius, vbi erit opportunitas, reprehendere debetis illorum praua opera.

a Que enim in occulto fiunt ab ipſis/ turpe eſt & dicere.

a Fuerit autem hoc factu facile, quoniam mala quę in occulto ab ipſis fiunt, adeo ſunt fœda, vt pudor ſit vel nominare. Atque tanto facilius confundentur, cum fuerint per vos correpti, ſuper huiuſcemodi. Decet autê vos cum fideles ſitis, infidelium opera redarguere.

b Omnia autẽ que arguuntur/ a lumine manifeſtantur.

b Nam omnia quæ arguuntur, etiam ſi ante latebant, per lumen fiunt manifeſta dum arguuntur.

c Omne enim quod manifeſtatur/ lumẽ eſt.

c Nam id quod primo et per ſe manifeſtatur, lumen eſt: eo quod nihil videri nec manifeſtum fieri poteſt, niſi in lumine. Vos autem eſtis lux in domino, vt merito debeat per vos fieri eorum qui ſunt in tenebris correptio.

d Propter quod dicit: Surge qui dormis/ & exurge a mortuis & illuminabit te Chriſtus.

d Propter quod loquitur nunc dominus per Apoſtolorum miniſterium ad eos qui in infidelitate iacent demerſi, dicens: Surge qui dormis, in infidelitatis ſomno, et exurge qui eras in peccatis mortuus, & perfecte illuminabit te Chriſtus, per gratiam fidei & ſpiritus ſui.

e Videte itaque fratres/ quomodo caute ambuletis: nõ quaſi inſipientes/ ſed vt ſapientes/

e Itaque fratres diligenter conſyderate, quomodo prudenter conuerſemini. Non iam quaſi ſtolidi (vt olim) & inſipientes, ſed vt prudentes, diſcernentes inter proſequenda ac fugienda.

f redimẽtes tẽpus/ quoniam dies mali ſunt.

f Curantes omni ſtudio, tempus quod in cõmune omnibus proponitur, vtiliter expendere atque conſeruare, ne pereat, quoniã tempora plena ſunt malitia, Quo amplius nos opor-

oportet cautos eſſe, & conſyderanter atque prudenter inter tot mala verſari, vt ab iſtorum dierum malitia, poſſimus eſſe immunes.
g Propter hoc non debetis vltra viuere ſine intellectu inſipientes, ſed eſtote intelligẽtes, quæ ſit voluntas Dei vt impleatis illam.
h Et quoniam gula multorum malorum eſt origo, principio vobis cauendum, ne aut vino, aut alio quolibet liquore grauiori, inebriemini, quoniam ad luxuriam, via eſt ebrietas. i Magis autem ſtudete ebrii eſſe et pleni ſpiritu ſancto, loquentes vobiſinuicem, atque etiam vobiſipſis, in Pſalmis, & Hymnis & canticis ſpiritualibus, a laudantes Deũ & patrem omnium in cordibus veſtris, ſemper ſoliciti gratias agere domino, de omnib⁹ bonis in omnes collatis, per nomen domini noſtri Ieſu Chriſti, in cuius nomine donantur omnia. b Subditi eſtote inuicem, per charitatem, & timorem Chriſti. c Mulieres ſint viris ſuis ſubditæ, quaſi domino Nã domini eſt hoc inſtitutum, vt vir ſit caput mulieris, & dominetur ei, regatque illam,
d Quemadmodum Chriſtus eſt caput totius Eccleſiæ, vt corporis ſui: cuius eſt idem ipſe rector, & ſaluator. e Itaque quemadmodum Eccleſia eſt ſubdita Chriſto, ſic ſint vxores viris ſuis ſubditæ & obedientes, in omnibus quę ſecundum Deum ſunt. f Vos autem viri, ne efferamini ſuperbia, dum vobis vxores auditis ſubiici. Magis autem diligite vxores veſtras, exemplo Chriſti, qui Eccleſiam dilexit, ſicuti & opere comprobauit, in eo quod ſeipſum dedit in mortem, pro ea ſãctificanda, g mundans eam à ſordibus priſtinis baptiſmali lauacro, in virtute verbi, quod eſt vita omniũ: h ad hoc, vt eã conſtitueret, faceretque ſibi Eccleſiam glorioſam, Velut ſponſam ornatam multa gloria, quæ eſt in ornatu ſpiritualium gratiarum, nõ habentem

g Propterea nolite fieri imprudentes/ ſed intelligentes q̄ ſit voluntas Dei.
h Et nolite inebriari vino / in quo eſt luxuria/
i ſed implemini ſpiritu ſãcto loquẽtes vobiſmetipſis i pſalmis/ Hymnis/ ⁊ canticis ſpiritualibus/
a cãtãtes ⁊ pſallentes in cordib⁹ veſtris domino gratias agẽtes ſemp̄ ꝑ omnib⁹ in nomine dñi noſtri Ieſu Chriſti Deo ⁊ patri:
b Subiecti inuicem in timore Chriſti.
c Mulieres viris ſuis ſubdite ſint ſicut domino: quoniã vir caput eſt mulieris/
e ſicut Chriſtus caput eſt Eccleſie/ ipſe ſaluator corpis ei⁹.
e Sed ſicut eccleſia ſubiecta eſt Chriſto ita ⁊ mulieres viris ſuis in omnibus.
f Viri/ diligite vxores vr̃as ſicut ⁊ Chriſtus dilexit eccleſiam ⁊ ſeipſum tradidit pro ea: vt illam ſanctificaret/
g mũdãs eã lauacro aque in verbo vite.
h vt exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam non habentem

maculam aut rugã aut aliquid huiuſmodi, ſed vt ſit ſancta et immaculata.

i Ita & viri debent diligere vxores ſuas, vt corpora ſua.

a Qui ſuam vxorẽ diligit, ſeipſum diligit.

b Nemo enim vnq̃ carnem ſuam odio habuit, ſed fouet et nutrit eam,

ſicut & Chriſtus eccleſiam:

c quia membra ſumus corporis eius, de carne eius et de oſſibus eius.

d Propter hoc relinquet homo patrẽ & matrem ſuam & adherebit vxori ſue:

e & erunt duo in carne vna.

f Sacramentũ hoc magnum eſt.

g ego autẽ dico in Chriſto & in Eccleſia.

h Verũtamẽ & vos ſinguli, vnuſquiſq̃

bentem vllam maculam aut inueteratã rugam: id eſt, prorſus decoram, non habentem aliquid apparentis maculę, ſed vt eſſet prorſus ſancta, & ſine omni macula, atque irreprehenſibilis. i Iuxta hoc Chriſti exemplũ, debent viri vxoribus ſuis ipſo opere exhibere dilectionem, quemadmodum ſuis corporibus. a Nam qui ſuam vxorem diligit, non extra ſe amorem fundit, ſed vxorem diligẽdo (quæ eſt quodammodo corpus eius) ſeipſum diligit. b Nemo enim aduerſus proprium corpus odium exercet, ex propoſito et finis intentione malum optans ſibiipſi: imo econtrario nutrit vnuſquiſque, & cura debita curat corpus ſuum, ſicut & dominus Eccleſiæ omnem curam adhibuit: c propterea quod ſimus ſinguli membra corporis eius, quod eſt tota Eccleſia, ex eadem ſecundũ ſpeciem natura oſſis & carnis compoſiti. Id quod olim in myſterio, prophetico ſpiritu prædixit Adam: d Propter hoc (inquit ille) quoniam de eadem carne & eiſdem oſſib⁹ ſũt vir & mulier, relinquet homo (ob matrimonii vinculum) patrem & matrem, & adhęrebit vxori ſuę, per coniugalem ſocietatẽ, e & velut duo in carnem vnam conflabuntur, ad generationis ſufficientiam, ad quam nec maſculus ſufficit per ſe, neque fœmina. f Magnum omnino ſacramentum, & occultum ſacrum aliquid deſignans eſt, hæc viri cum muliere tam firma coniunctio. g Magna eſt, inquam, non ipſa quidem in ſeſe, ſed in eo quod ſignat, nẽpe in coniunctione Chriſti cum Eccleſia. Nam ſignum quidem ipſũ, in ſe modica res eſt, coniunctio viri corporalis cum muliere: ſed magnum eſt ad quod ſignandum Deus ipſum inſtituit, nempe coniunctio Chriſti capitis cum corpore Eccleſia. h Nihilominus, licet ad myſterium, coniugalem duxerim ſocietatem: vos tamen

commoni

cõmonitos: ſcitote per eadem, vt viri vxores diligatis, quiſquie ſuam, vt quę ſit propriũ ipſius corpus: & vxor, virum ſuum reuereatur tanquam inferior.

vxorem ſuã ſicut ſeipſũ diligat. Uxor aũt timeat virũ ſuũ.

¶ ELVCIDATIO CAPI. ſexti.

a FIlij, obedientes eſtote parentib⁹ veſtris, ſicut domino, in iis quæ licita ſunt & honeſta. Hoc enim & naturæ ius & ſcripta lex, tanquam iuſtũ poſtulat. b Honora (inquit lex) patrem tuum & matrem tuam: per reuerentiam & obedientiam, & neceſſariorũ ſubuentionem, ſi erit opus. Quod mandatum Deus primum poſuit, inter ea quæ nos erga homines dirigunt, habens peculiariter ꝓmiſſionem adiunctam, vitæ longitudinem, pro debito parentum obſequio, c Et vos patres, cauete ne per moroſitatem atque aſperitatem, ſuperfluis obiurgationibus, ad iracundiam filios exaſperetis: ſed benigne enutrite illos neceſſaria ſubminiſtrantes corpori: inſtruentes eos in diſciplina atque doctrina morum, addentes (cum opus erit) & ſeueriorem correptionem, vt diſcant ſciantque timere dominum. d Serui dominis temporalibus, quibus eſtis iuſta ſeruitute ſubiecti, obedientiam præſtate cum timore atq; tremore: id eſt, cum attentiſſima reuerentia, vt ſeruos decet, in ſimplicitate cordis veſtri ſine omni duplicitate, vt chriſto ſeruientes in homine. e Non ad exteriorẽ ſpeciem tantũ ſatis facientes hominibus, quaſi dominorum fauorem ſtudẽtes acquirere: ſed vt ſerui chriſti, dominorum carnalium iuſſa ut dei volũtatem ex animo perficientes. f cum promptitudine voluntatis, quaſi deum in veſtro ſeruitio ante oculos habentes, nõ hominem. g Conſiderantes quoniã Deus iudex eſt, qui vniuſcuiuſque opus in nouiſſimo remunerabit

TEXTVS. CAP. Sextum.

a Filij obedite parẽtibus veſtris in dño Hoc eñi iuſtum eſt:

b Honora patrẽ tuũ, & matrem tuam. (quod eſt mãdatum primũ in ꝓmiſſione) vt bene ſit tibi, & ſis longeu⁹ ſuper terrã

c Et vos patres nolite ad iracũdiam ꝓuocare filios veſtros ſed educate illos in diſciplina & correptione Domini.

d Serui obedite dominis carnalib⁹, cũ timore & tremore, i ſimplicitate cordis veſtri, ſicut chriſto:

e Nõ ad oculũ ſeruientes: quaſi hoib⁹ placẽtes: ſꝫ vt ſerui xp̄i facientes voluntatem dei ex animo, f cũ bona volũtate ſeruiẽtes, ſicut dño & non hominibus.

g ſcientes qm̃ vnuſquiſq;, quodcunq;

fecerit bonū hoc recipiet a dño/ ſiue ſeruus ſiue liber.

rabit, ſine perſonarum acceptatione. Dominus autem carnalis, iudex ſerui ſui tunc non erit, nec remunerationem illam ab eo ſpectare debet.

h Et vos dñi/ eadē facite illis/ remittētes minas: ſciētes/ q: ⁊ illorū ⁊ veſter dñs ē in celis ⁊ pſonarū acceptio/ non eſt apud deum.

h Et vos domini eadem erga illos benignitate, fidelitate, atque iuſtitia vtamini: cauentes ſuperfluis minis aut verborū vexationibus animos illorum aggrauare, cōſyderantes quod idem ſit iudex in cœlis habitans, à quo dominus pariter atq; ſeruus erunt æquali iuſtitia iudicandi, citra perſonarum acceptionem, quiſque ſecundum opera ſua, nullo habito ad perſonę dignitatem aut vtilitatem reſpectu.

i De cetero frēs cōfortamini i dño/ ⁊ in potētia virtutis eiꝰ.

i Quod ſupereſt fratres, volo vos corroborari & fortitudinem accipere in domino, & in eius potentiſſima virtute. In domino enim faciemus virtutem, & non in nobiſipſis.

a Induite vos armaturam dei/

vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli/

b qm̄ non eſt nobis luctatio aduerſꝰ carnem ⁊ ſanguinem/

c ſed aduerſus pricipes ⁊ poteſtates/ aduerſꝰ mūdi rectores tenebrarū harū contra ſpiritualia nequitie/ in celeſtibꝰ.

d propterea accipite armaturā dei/ vt poſſitis reſiſtere in die malo/ ⁊ in oībꝰ perfecti ſtare/

a Armatos inſuper vos eſſe velim ad pugnam, armatura nō corporali, ſed diuina, vt aduerſus calidiſſimas oppugnationes diaboli poſſitis perſtare immobiles ſine nocumento. b Armaturam vtiq; Dei nos oportet eſſe indutos, ob hoſtiū cum quibus pugnamus qualitatem: quoniā nō eſt nobis pugna aduerſus homines, carne compactos & ſanguine: contra quos prodeſſet forſitan, carnem armis ferreis induere: c ſed aduerſus turmas ſpirituum, nempe aduerſus eos qui principatum vſurpant, & poteſtatem huius mundi, qui ſunt rectores & principes mundi, rectores, inquam, tenebrarum harum: id eſt, mūdi huius, qui plenus eſt tenebris: aduerſus ſpiritus nequam, omni nequitia plenos qui habitant in hoc caliginoſo cœli aeriſq; loco. d Quum ergo tales habeatis inuiſibiles, præpotentes, & ſpirituales hoſtes, nolite negligentes eſſe: ſed induite armaturam dei, arma lucis, opera virtutum, vt poſſitis in die oppugnationis atq; tentationis reſiſtere oppugnantibus: & ſic in omnibus ſtare perfecti, vt in nullo ſuccumbatis

conſen

conſenſum præbentes malignis ſuggeſtionibus. e Vigilanter ergo erecti ad deum ſtate per veritatem fidei atq; morum, mortificatis atque compreſſis concupiſcentiis & libidinibus carnalibus, quæ in lumbis ſedem habent. Induti inſuper iuſtitiam pro lorica, & calciati pedibus, id eſt affectionibus à terra ſeparatis, atque ad cœleſtia directis, vt ſitis præparati ad ambulandum viam euangelii pacis. f In omnibus occurrentibus tētationibus, ſemper ſumentes ſcutum fidei: in quo facile eſt, quæuis quantumuis vrentia iacula maligni excipere, & vt nihil noceant extinguere. g Et galeam ſalutis aſſumite, ad capitis munimentum. Nam fides ipſa, ratione charitatis, vel ipſa charitas, caput Chriſtum in nobis cuſtodit, vt non ledatur in nobis. Atque hæc ad defenſionem ab aduerſariis dixi aſſumenda. h Nunc autem iubeo ad impugnandum aduerſarios gladium ſpūs vos aſſumere, quod eſt verbum dei, quo & diabolum conſtat confodi, ad confuſionem propriam, & qui ſub eo detinentur in peccatis captiui liberantur, ad veritatem tam vitæ quàm doctrinæ educti. i His autem omnibus adiungenda eſt omnis boni aſſidua petitio & vehemens obſecratio: vt oretis omni tempore ſpiritu magis quàm ſibilo linguæ, ad hoc ipſum cum aſſidua quadam inſtantia & affectuoſa obſecratione vigilanter inſtantes, a pro omnibus fidelibus & pro me apoſtolo veſtro: vt det mihi dominus ſermonem bonum & congruum, ad defenſionem fidei, in ſola apertione oris mei: ita vt per os meum ipſe loquatur, & ſic audeam fiducialiter notum facere atque profiteri myſterium Euangelij, & prædicationis meæ, b pro cuius defenſione nunc legatione fungor in iſtis vinculis: ita vt non puſillanimitate deterrear, ſed audacter lo-

qui

e State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate, ꝛ induite loricā iuſtitie ꝛ calciati pedes in preparationem euangelij pacis:

f in oibus ſumētes ſcutum fidei: in quo poſſitis oia tela nequiſſimi ignea extinguere.

g Et galeam ſalutis aſſumite,

h ꝛ gladium ſpirit⁹ quod eſt verbū dei.

i Per oēʒ orationē ꝛ obſecrationē, orātes oi tpe in ſpū, ꝛ i ipſo vigilātes i oi inſtātia ꝛ obſecratiōe,

a pro oibus ſanctis ꝛ pro me vt detᷣ mihi ſermo, i apertiōe oris mei cū fiducia notum facere myſterium euangelij.

b ꝓ quo legatiōe fūgor in cathena iſta: ita vt in ipſo audeā put oportet me loq̄

c Ut aũt ⁊ vos ſcia-tis que circa me ſũt quid agã/ oĩa vobis nota faciet Tychic⁹ chariſſim⁹ frater/ ⁊ fidelis miniſter in domino.
d quem miſi ad vos/ in hoc ipſũ/ vt cognoſcatis que circa nos ſunt/ ⁊ ɔſoletur corda veſtra.
e pax fratrib⁹/ ⁊ charitas cũ fide/ a deo patre noſtro/ ⁊ dño Jeſu Chriſto.
f Gratia cũ oĩb⁹ q̃ diligunt dñz noſtrũ Jeſum Chriſtũ in incorruptiõe/ Amẽ.

qui valeã, prout ad dei & Chriſti gloriam oportet. c Vt aũt cętera quę circa nos agũtur, & familiariora noſtra negotia, & quid nunc agam, & quo in ſtatu res noſtræ ſint exacte pernoſcere valeatis: ecce Tychic⁹ chariſſimus frater noſter & fidelis miniſter in domino, omnia nouit, omnia vobis poterit familiariter explicare. d Quem ea cauſa nũc mitto ad vos, vt ex eo diſcatis quæ circa nos aguntur, & vt ipſe conſoletur corda veſtra. e Sit pax vera omnibus fidelibus, & charitas quæ eſt cum fide à Deo patre omnium noſtrum Ieſu chriſto. f Gratia Dei cum omnibus qui diligunt Dominum noſtrum Ieſũ Chriſtum, incorruptione fidei & morum, incorruptam fidem mente, & incorruptam vitam moribus tenentes, & ſpem incorrupibilem ab eo non corruptibilia bona, expectantes. Amen.

Finit Text⁹ epiſtole ad Epheſios beati pauli Apoſtoli.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Epheſios beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Philippenſes Beati Pauli Apoſtoli.

PHilippenſes præ cæteris Eccleſiis, Paulo Apoſtolo ſuo, frequentius quæ erant illi neceſſaria ſubminiſtrabant, id quod tam ex huius Epiſtolæ nouiſſimo, quàm ex eius quę ad Corinthios poſterior ſcripta fuit, capitulo vndecimo, euadit manifeſtum. Nam in fine huius epiſtolæ, ſemel illos atque iterum, Theſſalonicā miſiſſe ſibi neceſſaria, profitetur. Et illo in loco apud Corinthios gloriatur quòd quum apud illos eſſet & egeret nulli onerofus fuerit, eo quod fratres qui veniebant à Macedonia, ſuppleuiſſent quod ſibi deerat. Vnde & nūc, per Epaphroditum, ad illum in carcerem conſtitutum miſerant quæ erant neceſſaria: per quem eis hanc reſcribit, commendatitiam & affectu charitatis plenam epiſtolam, In qua primum de illorum bono ꝓfectu gratias agens, pro perſeuerantia, deinde & virtutum augmento, precatur Deum. Mox ad ea quæ circa ipſum aguntur, ad illorum conſolationem tranſiens, dicit, omnia ad profectum Euangelii cedere: dum per ea quæ pro Chriſto perfert vincula, Chriſti nomen efficitur glorioſius, licet quidam exurgant ipſo in vinculis conſtituto, qui Chriſtum non ſyncere prędicant, ſed propter inuidiam, captiuitati eius preſſuram ſuſcitare volentes. Verum & hoc ipſum, Dei diſpenſatione, in fructum euangelii ceſſurum confidit. Se quoque ad vtrumlibet, tam ad vitam dicit, quā ad mortem animo paratum, iuxta voluntatem Dei, quanquàm ſe confidit ad diſcipulorum profectum, adhuc in carne (alioqui moleſta) permanſurum. Monet autem eos, vt Euangelio digne viuant, vtque perſecutionibus (quas Deus pro magno dono ſuis electis frequenter immittit) non frangātur, quibus ſint ad ſalutem peruenturi. Secundo autem capitulo, ad fidei vnitatem eos obteſtando hortatur, vt id ipſum ſapiant, abſque contentionibꝰ, & omni ſuperbia. Exemplo quoque Chriſti, qui quum in forma Dei eſſet, propter nos exinaniuit ſemetipſum, ipſos quoq; ad humilitatis charitatis, ac miſericordiæ hortatur affectum, ad obedientiam quoque ſalutarem, tam in præſentia, quàm in abſentia ſine murmurationibus exhibendam, vt tanquam luminaria luceant in medio nationis peruerſæ infidelium, dicens ſe pro il-

lorum ſalute libenter etiam immolari velle, ſi domino placitum fuerit. Poſt hoc de Thimotheo ad eos breui mittẽdo, & Epaphrodito remiſſo, familiariter loquitur, cuius etiam infirmitatem narrat atque conualeſcentiam. Tertio autem capite, ſemper gaudere eoſiubens, monet à circunciſionis prædicatoribus cauendũ, quum nos per fidem Deo ſeruimus, vere ſimus in ſpiritu circunciſi ante Deum. Et quoniam huiuſmodi plurimum ſolent gloriari, obiter Paulus ſe quoque (ſi velit) contra poſſe gloriari, declarat: ſed propter Chriſti fidem, omnia eiuſmodi in quibus illi gloriantur, & in quibus etiam ipſe ſecundum carnem poſſit gloriari, ſe ait nihili facere, veluti ſtercora & omnia detrimentum æſtimare, vt Chriſtum ſibi ſolum lucrifaciat. Ad cuius perfectionem, ſe nondum arbitratur, pertigiſſe: currit tamen, extentis in anteriora manibus, vt comprehendat. Rurſum quoque, vt ab iis caueant falſis prædicitoribus, qui inimici ſunt Crucis Chriſti, & terrena ſapiunt, commonefacit. In quarto autem capitulo, ad moralem tranſit exhortationem: vt ſtabiles perſiſtant, idem ſapiant, ſe inuicem adiuuent, ſemper in domino gaudeant, modeſtiam ſuam omnibus innoteſcere faciant, & in pace Dei cuſtodiantur, & quęcunque bonitatis ſunt, ſtudioſe ſectentur. Poſtremo de acceptis per Epaphroditum muneribus, familiariter gratias agens, deum illis remuneratorem precatus, ita claudit Epiſtolam.

¶ Finit Argumentum in Epiſtolam ad Philippenſes.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD PHILIPPENSES Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO. capitis primi.

Paulus & Timotheus ſerui Ieſu chriſti: ſcribunt ſalutemque precantur omnibus credentibus in CHRISTVM IESVM qui ſunt in Philippis ciuitate congregati, & ſingulariter presbyteris atque diaconis, qui ſunt inter ipſos. b Gratia ſit vobis & pax, à Deo omnium noſtrum patre & à domino noſtro Ieſu Chriſto. c Gratias ago Deo meo, quoties memor ſum veſtri, id quod facio ſemper in orationib⁹, quas ſine intermiſſione facio pro vobis, qui unque per noſtram prædicationem credidiſtis, cum gaudio ſpirituali & alacritate mentis, deprecando dominum pro iis quæ adhuc vobis ſunt neceſſaria. d Gratias, inquam, ago de hoc quòd participes facti ſitis Euangelii Chriſti, à prima die, ſtatim vt prædicationem noſtram audiſtis, credendo & proficiendo & perſeuerando in eadem vſque nunc: e Confidens & ſperans quoniam ipſe qui dedit vobis boni operis initium, dabit & profectum, & conſummationem vſque in diem aduentus Chriſti. f quemadmodū merito & iure optimo debeo hoc de vobis

TEXTVS Epiſtolæ ad PHILIPPENSES beati Pauli Apoſtoli.

TEXTUS. CA. primum.

Paulus & Timothe⁹ ſerui Jeſu xp̄i / oībus ſcīs in xp̄o Jeſu / qui ſūt philippis cū epiſcopis & diaconibus.

b Grā vobis & pax a deo patre noſtro / & dño Jeſu chriſto. c Gratias ago deo meo in oī memoria veſtri ſēꝑ in cūctis orationib⁹ meis / ꝓ omnibus vobis / cum gaudio deprecationem faciens:

d ſuper cōmunicatione veſtra in euāgelio xp̄i a prima die vſque nunc:

e confidens hoc ipſū / qꝛ qui cepit in vobis opus bonū pficiet vſque in diē chriſti Jeſu /

f ſicut eſt mihi iuſtū hoc ſentire p̄ro omnibus vobis.

g eo q̃ habeã vos i corde: ⁊ in vinculis meis/ ⁊ in defenſiõe ⁊ confirmatione euã gelij.

h ſocios gaudij mei omnes vos eſſe.

i Teſtis enĩ mihi eſt deus quomodo cu piã oẽs vos eſſe i vi ſceribus Jeſu xp̃i.

a Et hoc oro vt cha ritas veſtra magis ac magis abũdet/ in omni ſcientia/ ⁊ in oi ſẽſu vt probetis potiora:

b vt ſitis ſinceres ⁊ ſi ne offẽſa/ in die xp̃i repleti fructu iuſti tie p̃ Jeſũ xp̃z in glo riã ⁊ laudẽ dei.

c Scire aũt volo vos fratres/ q̃ que circa me ſũt magis ad p̄fe ctũ venerũt euãgelij

d ita vt vincula mea manifeſta fierent in xp̃o/ in oi pretorio/ ⁊ in ceteris omnib⁹:

e vt plures e frĩb⁹/ in dño ↄfidẽtes i vin culis meis/ abũdãti us auderẽt ſine timo re verbũ dei loqui:

f Quidã quidẽ/ ⁊ p̃p ter inuidiã ⁊ cõtẽ tionem.

ſperare atque exiſtimare, g eo quod vos geſtem per nimium charitatis affectum in intimis cordis mei, etiam in vinculis iſtis non perdens veſtri amorem, habens vos ad defenſionem & confirmationem Euãgelij, pro cuius prædicatione ſum vinctus. Nam numeroſitas bonorum diſcipulorum, defendit, commendat atq; confirmat doctrinam præceptoris. h Habeo autem vos in corde, inq; defenſione Euangelii, vt ſitis vos omnes, participes gaudii mei, quod & nũc habeo in ſpiritu, & plenius expecto in patria: i Deus enim teſtis eſt, quemadmodum & quantum oẽs vos cupiã iũgere chriſto Ieſu, & in viſcera eius traiicere. a Atque, hoc eſt, quod aſſidua oratione peto à Domino, vt charitatem veſtram faciat ſemper exercere, in plena ſpiritualium ac cœleſtium rerum ſcientia, & in exacto iudicio, veraq; intelligentia, vt diiudicetis, eligendo ſemper meliora: b vt ſitis integri in omnibus virtutibus, & ſine vitio, in diem aduentus chriſti repleti operibus bonis, p̃ Ieſum chriſtum, qui dat omnia in laudem & gloriam Dei patris. c Illud autẽ volo vos ſcire fratres mei (ne deiiciamini in captiuitate mea) quod ea quæ de me aguntur, id eſt captiuitas & perſecutio iſta vſq; adeo nihil officiunt gloriæ euangelii, vt etiã multo magis cedant in profectum, & honorem & diuulgationem eius, d vſq; adeo vt fiãt vincula mea quæ pro chriſto patior, manifeſta in toto prætorio, & in omni loco, in quo narrãtur, quæ hic circa me aguntur. e Vnde fit, vt fidelium cõplures fiduciam accipientes ex vinculis meis in domino, plus etiã ſolito audeant verbum dei proloqui, ſine timore perſequutionum. f Ex eis vero qui prædicant chriſtum, ſunt quidam qui propter inuidiam qua mihi inuident, & malicioſam quandam contentionem, vt habeantur

Apo-

Apoſtoli ſicut & ego hoc faciũt. g Alii vero ex recta & ſincera voluntate propter dei gloriam. h Iſti, inquam, ex amore, quotũ erga deum, tum erga Euãgelium, tum erga nos afficiuntur, ſcientes me in defenſione euãgelii conſtitutũ à deo, ſiue reclusum carcere à perſecutoribus: & quia mihi minus licet, ideo ipſi ardentius prædicant. i Quidã autem (vt dixi) contentioſe & ad inuidiã chriſtum annunciant, non ſyncera volũtate: ſed ad illum finem, vt captiuitas mea aggrauetur, & me reddant odioſiorem. a Quid autem mea, quo affectu hi prædicent? Mihi ſatis eſt, quod annuncietur Chriſti prædicatio quocunq; modo id fiat, ſiue per occaſionem & præter intentionem, propter alium finem quam propter Dei gloriam, ſiue ex veritate & ſynceritate affectus: b In hoc ſemper gaudeo, & gaudere volo, quod ſiue ſic, ſiue ſic, tamen Chriſtus prædicatur. c Confido enim, quoniam deo diſponente, hoc ipſũ mihi ad ſalutem proueniet per adiutorium orationum veſtrarum, & ſuggeſtionem atque directionem ſpiritus Ieſu chriſti, qui facit diligentibus Deum omnia in bonum cooperari: d iuxta quod expecto & ſpero, in nullo me confuſũ iri: e ſed in pleniſſima fiducia, ſicut ſemper glorificatus eſt chriſtus in corpore meo: ita & nunc (ſpero) glorificabitur, ſiue per vitam ſiue per mortem. f Nã mea quidem vita, chriſtus eſt, & mortẽ ego pro lucro reputo: vtpote per quam à pluribus malis redimor, & ad cœleſtia ſummeq; exoptata bona perueniã. g Quod ſi adhuc in corpore viuere me velit dominus, hoc mihi fructum bonorum operum augmentabit h Et ſane, vtrum ex duobus eligere velim ipſe ignoro: cogor tamen ad alterum, habens quidem deſideriũ moriendi ſecundum corpus, & ad Chriſtum migrãdi, id quod mihi quantum

g Quidã aũt & propter bonã volũtatẽ Chriſtũ prędicant. h Quidã ex charitate ſcientes qm̃ in defenſione Euangelij poſitus ſum

i Quidã aũt ex cõtẽtione chriſtũ annunciant / nõ ſincere / exiſtimãtes preſſurã ſe ſuſcitare vinculis meis. a Quid enim? dũ omnimodo: ſiue per occaſionẽ / ſiue p charitatẽ xp̃s annuncietur.

b & in hoc gaudeo / ſed & gaudebo. c Scio enim qz hoc mihi proueniet ad ſalutẽ p veſtrã orationẽ / & ſubminiſtrationẽ ſpiritus Jeſu Chriſti.

d ſcd̃m expectationẽ & ſpẽ meã / quia in nullo cõfundar / e ſed in oi fiducia / ſicut ſep̃ / & nunc magnificabitur xp̃s in corpore meo / ſiue p vitã ſiue p mortem. f Mihi enim viuere chriſtus eſt / & mori lucrũ. g Quod ſi viuere in carne hic mihi fructus operis eſt. h & quid eligã ignoro / coartor autẽ e duobus / deſideriũ habẽs diſſolui & eſſe cũ xp̃o multomagis melius & abundo.

(quantum quidem ex mea parte) multo melius foret atque gratius. i Attamen vt in corporis vita adhuc permaneam magis neceſſarium eſt propter vos omnes qui per me credidiſtis Deo. a Et hoc fiducialiter ſperans, credo quod ſuperſtes permanebo, adhuc aliquantum tempus, donec placitum erit domino, omnibus vobis diſcipulis meis: hoc eſt ad veſtrum maiorem profectum, & vt gaudeatis in fide veſtra abundantius,

i permanere aũt in carne neceſſariuȝ ꝓpter vos.

a Et hoc confidens ſcio qꝫ manebo ⁊ ꝑmanebo oib⁹ vobis ad profectuȝ veſtrũ ⁊ gaudium fidei:

b Vtique gaudium veſtrum & exultatio ſit abundantior in Chriſto Ieſu, propter me & aduentum meum, cum venero ad reuiſendum vos, ſi ita domino viſum fuerit. Verumtamen (quando certam omnino dei voluntatem, aut futurorum circa nos euentum, nõ plene cognoſcimus) quomodocunque eueniat.

b vt gratulatio vr̃a abũdet in xp̄o Jeſu in me ꝑ meũ aduẽtũ iterum ad vos/

c Vos tantum curate, vt ſecundum formam euangelii digne viuatis vt ego gaudeam in vobis, ſiue cum ipſe venero & videro ſiue cum abſens in vinculis manẽs audiero, quòd fortiter perſtatis in vno ſpiritu, vnius animi non diſcordes, pariter laborantes in fide Euangelica, ita vt perſeueretis & operemini in ea & non deficiatis propter terrorem aduerſariorum veſtrorum.

c Tãtũ digne euangelio xp̄i cõuerſamini/ vt ſiue cũ venero ⁊ videro vos/ ſiue abſens de vobis' qꝫ ſtatis in vno ſpũ/ vnanimes collaborãtes fidei euangelij/ ⁊ in nullo terreamini ab aduerſarijs/

d Quæ quidem aduerſatio atque perſecutio, quam vobis inferunt: ipſis quidem inferentibus eſt cauſa ęternæ damnationis, Vobis autem (deo diſponente) occaſio erit ſalutis veſtræ.

d que illis eſt cauſa perditiõis/ vobis autem ſalutis/

e Et hoc ipſum dei munus eſt, Deique eſt hęc ordinatio. Quoniam vobis donatum eſt, nõ ſolum in Chriſtum credere ſed etiã, vt pro ei⁹ amore patiamini, quod eſt ſingulare munus, & non niſi electis amicis conceſſum.

e ⁊ hoc a deo qꝫ vobis donatũ eſt pro xp̄o nõ ſolũ vt in eũ credatis/ ſed etiã ꝓ illo patiamini/

f Idem enim certamen cum infidelibus perſecutoribus habuiſtis, quale & olim vidiſtis de me, cum apud vos eſſem, & virgis cæſus in carcerem coniicerer, & nunc auditis iterũ de me quõ vinctus ſum pro chriſti nomine.

f Jdẽ certamẽ habẽtes quale ⁊ vidiſtis in me/ ⁊ nunc audiſtis de me.

ELVCIDATIO CAP. II.

a Nunc igitur, ſi qua eſt conſolatio quam mihi vultis impendere, ſi mihi vllũ vultis ſolatiũ atq; refrigeriũ charitatis præſtare in tribulationibus iſtis. ſi vlla mihi ſpiritus ſocietate vultis coniungi. ſi mihi viſcera miſerationis oſtendere: nõ aliud à vobis poſtulo, niſi vt impleatis & pficiatis gaudium meum, quod de veſtris bonis principiis iampridem concepi: b hoc eſt vt idem ſentiatis abſque diſſenſionibus, habentes mutuam charitatem in inuicem, vnius animi atque affectus, in fidei negocio idẽ penitus ſentientes. c Nihil agatis ex contentione ſiue ambitione, neque ex vana gloria: ſed omnia agite in humilitate, tanquam ſubiecti inuicem, proximos ſemper vt ſuperiores reuerentes: d Non conſyderantes ſinguli propria commoda tantum, aut quæ in vobiſipſis ſunt bona, ſed magis etiam quę aliorum. Sic enim & humilitas fouetur, & charitas. e Sit autem in vobis ille affectus pro exemplo, quem & in Chriſto Ieſu comperimus: f Qui cum eſſet eiuſdem cum Deo patre ſubſtantiæ, & eiuſdem naturę: non voluit tamen patris gloriam ſibi rapere quam in omnibus ſemper quæſiuit dum ſuper terram viueret, propriam contemnẽdo, nec mũdanis honoribus, tanquam patri æqualis honorari petiit ſuper terram. Cum tamen gloriam omnem & omnem honorem iure optimo & merito, vtique accipere potuiſſet, vtpote filius patri conſubſtantialis & coæqualis per omnia. g Propter noſtrũ tamen ſalutis profectum, & exemplum humilitatis nobis præbendum, humiliauit abiecitque ſe metipſum, et obſcurauit obtexitque omnem illam diuinitatis gloriam, aſſumendo ſeruilẽ ſpeciem carnis noſtræ ſecundum veritatem aſſumptæ humanæ naturæ ſimilis factus hominibus:

TEXTUS. CA. Secundum.

a Si qua ergo conſolatio in Chriſto / ſi quod ſolatiũ charitatis / ſi que ſocietas ſpiritus / ſi qua viſcera miſeratiõis: implete gaudiũ meum /

b vt idem ſapiatis / eandem charitatem habẽtes / vnanimes idipſum ſentientes.

c Nihil per contentionem / neq; per inanem gloriam: ſed in humilitate ſuperiores ſibi inuicem arbitrantes /

d non que ſua ſunt ſinguli conſyderantes / ſed ⁊ ea que aliorum.

e Hoc enim ſentite in vobis / quod ⁊ in Chriſto Jeſu.

f Qui cum in forma Dei eſſet / non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe equalẽ Deo.

g Sed exinaniuit ſe metipſum / formam ſerui accipiens in ſimilitudinem hominum factus.

et habitu inuentus vt homo.

h Humiliauit ſemet ipſū/ factus obediēs vſq; ad mortē mortem autem crucis:
i Propter quod et Deꝰ exaltauit illū: & donauit illi nomē quod eſt ſuper omne nomen:
a vt in nomine Jeſu omne genu flectatur celeſtium/ terreſtrium/ & infernorū:
b & omnis lingua cōfiteatur/ quia dominus noſter Jeſus Chriſtus in gloria eſt Dei patris.
c Jtaque chariſſimi mei/ ſicut ſemper obediſtis/ non in preſentia mea tantum/ ſed multo magꝭ nūc in abſentia mea/ cū metu & tremore veſtrā ſalutē opamini.
d Deus eſt enī/ qui operatur in vobis/ & velle et perficere/ pro bona volūtate.
e Omnia aūt facite/ ſine murmurationibꝰ & heſitationibus
f vt ſitis ſine querela/ ſimplices/ filij Dei ſine reprehenſiōe/ in medio nationis praue & peruerſe:

minibus: ſpecie, figura, atq; diſpoſitione, per omnia, vt cæteri hominum, viſus & conſpectus. h Humiliauit ſeipſum, ex patris obedientia, vſq; ad mortem, & illam quidem ignominioſiſſimam, mortē crucis. i Qua humilitate promeruit exaltari à patre, et donari ſibi, clarificari, atque prædicari nomen diuinitatis, quod ſupergreditur omne nomen: a Ita vt modo poſtquam eius diuinitas clarificata atq; manifeſtata eſt à patre, diuinū illi omnis creatura rationalis exhibeat honorem, & genuflexionē (id eſt reuerentiam & obedientiā) nomini eius. Omnis, inquā, creatura, ſiue cœleſtis illa fuerit, ſiue ſuper terrā, ſiue ſubtus terram: id eſt, angelica, humana, & diabolica: b & omnis lingua confiteatur palā, quod dominus noſter Ieſus Chriſtꝰ, qui tā vilis olim fuit reputatus, nunc in gloria reſidet patris ſui, eidē per omnia ſibi coæqualis. c Itaq; chariſſimi mei, ſicut hactenꝰ ſemper obedientes fuiſtis, non ſolū me præſente apud vos: Ita & nunc dū abſens ſum à vobis, multo magis obediētes eſtote, & omni ſolicitudine curate, opera ſalutis operari. Ecce enim Deum in hoc adiutorē habetis, ſi nō ſit defectus ex parte veſtri. d Nam Deus eſt qui operatur intra vos, cooperāte veſtra voluntate, vt velitis bonū, & etiā perficiatis: id eſt, deſyderiū operis boni, & ſimul ipſius operis conſūmationē. Idque facit pro ſuo beneplacito, nō ex vllo debito. e Omnia autem opera veſtra facite, nō murmurando contra Dei iudicia, et non diffidendo de Dei auxilio, in omnibus quę vobis obuenerint: f vt inueniamini tales de quibus conqueri nemo iure poſſit, & nullam duplicitatem habentes, ſed integri & veraces: ſitiſq; filij Dei irreprehenſibiles, & ſine crimine in medio infideliū, qui ſunt generatio praua, in omni malitia, & peruerſa, quoniam pro creatore creaturā peruer

peruerſi homines colunt. g Inter quos lu=cere debetis vos fideles, ſicut lumina ſuo lumine mundum illuſtrantia, vt ambulent in lumine veſtro, & alliciantur ex claritate conuerſationis veſtrę ad viam bonam, etiam qui in tenebris ſunt: h cuſtodientes in vobis, per fidem & obſeruationem operis, verbum vitæ quod prædicamus: vnde erit mihi gloria, in die aduentus Chriſti. i Tunc enim palā fiet, quod ſolicitudo mea diligentiſſima, et labores mei, nō fuerint inanes, nec ſine fructu. Iam enim ego obtuli domino ſacrificium & oblationem acceptiſſimā omniū veſtrum fidem, omnes vos fideles efficiens.

g inter quos luceatis, ſicut luminaria in mundo,

h verbū vite cōtinētes, ad gloriā meā in die Chriſti,

i quia non in vacuum cucurri, neq; in vacuum laboraui.

a Quod ſi ſupra hanc oblationem, placuerit domino, vt etiam ego ipſe immoler, et fiā oblatio ei per mortem, nequaquā contriſtabor: ſed gaudeo propter meum lucrū. & omnib⁹ vobis congratulor et congaudeo, qm̄ vos ex hoc fructū capietis, et efficiemini in fide Chriſti & patientia, meo exemplo confirmati. b Et vos quoq; debetis in hoc gaudere propter bonū veſtrum, & mecum gaudere, propter gloriā meam, ſiquidē ſic domino placuerit. c Spero aūt (ſi voluntas domini fuerit) me breui miſſurū ad vos Timotheū, vt cū cognouero per eū, quę apud vos aguntur, ſim animo bene conſolatus. d Hunc aūt potiſſimum volo mittere, qm̄ neminē apud me habeo, tam vnius mecum propenſiq; animi, in idē opus miniſterii, qui ſic pro ſalute veſtra ac cæterorum diſcipulorum zelat ex integro affectu ſpiritus, ſicut hic Timotheus. e Nam plurimi ex iis qui videbantur magna facturi, orta tribulatione mea diſcedentes, ſua priuata incommoda, gloriæ Chriſti præponunt. f Eius autem fidem, vel hoc ſatis probat, quod ita collaborauit mihi in prędicando Euangelio quemadmodum fili⁹ patri, promptiſſimus ad omnia, quęcūque ei iniungo

a Sed etſi immolor ſupra ſacrificiū & obſequiū fidei veſtre, gaudeo, & cōgratulor omnibus vobis.

b Idipſū aūt & vos gaudete, & congratulamini mihi.

c Spero aūt in dn̄o Jeſu, Timotheum me cito mittere ad vos, vt et ego bono animo ſim, cognitis que circa vos ſunt.

d Neminē em̄ habeo tā vnanimē, q ſyncera affectione pro vobis ſolicitus ſit.

e Omnes em̄ q̄ ſua ſunt querūt, nō que Jeſu Chriſti.

f Experimētū autē ei⁹ cognoſcite, quoniam ſicut patri filius, mecum ſeruiuit in Euangelio.

f Hunc igitur ſpero me mittere ad vos/ mox vt videro que circa me ſunt.
g Confido aũt in domino/ quoniã ⁊ ipſe veniã ad vos cito.
h Neceſſariũ aũt eꝛiſtimaui Epaphꝛoditũ fratrẽ/ ⁊ coopera toꝛẽ/ ⁊ cõmilitonem meũ/ veſtrũ aũt Apoſtolũ/ ⁊ miniſtrũ neceſſitatis mee mittere ad vos.
i Quãquidẽ oẽs vos deſyderabat/ ⁊ meſtus erat ꝓpterea ꝗ audieratis illum infirmatum.
a Nã ⁊ infirmat⁹ eſt vſqꝫ ad moꝛtẽ/ ſꝫ Deus miſert⁹ eſt eius.
b Non ſolũ aũt ei⁹/ verumetiam ⁊ mei/ ne triſtitiam ſuper triſtitiam haberem.
c Feſtinanti⁹ ergo miſi illũ/ vt viſo illo/ iterꝫ gaudeatis/ ⁊ ego ſine triſtitia ſim.
d Excipite itaqꝫ illũ cũ oĩ gaudio/ in domino/ ⁊ eiuſmodi cũ honoꝛe habetote:
e qm̃ propter opus Chꝛiſti vſqꝫ ad moꝛtẽ acceſſit/ tradẽs animã ſuã/ vt impleret id quod ex vob; deerat/ erga meum obſequium.

TEXTUS. CA. Tertium.

a De cetero fratres mei/ gaudete in dño Eadem vobis ſcribere/ mihi quidem nõ

iungo in negocio Chriſti: f Hunc igitur, tã probatum & tam dignum Chriſti ſeruum, ſpero me ad vos miſſurum, mox vt cognouero certius aliquid, quid de me ſit futurum. g Confido autem (volente domino) meipſum quoque cito venturum, ad inuiſendum vos. h Neceſſarium autem mihi fuit viſũ, vt remitterem ad vos Epaphroditum fratrẽ meum, & cooperatorem in prædicatione Euangelii, & commilitonem meum in ſuſtinẽdis pariter aduerſis: veſtrum autem Apoſtolum, & Epiſcopum, per quem adminiſtraſtis mihi neceſſaria. i Quoniam ipſe quidẽ omnes vos ſpiritu deſyderabat, & contriſtatus erat ex eo quod audieratis illum infirmatum, metuens ne vos id graui⁹ contriſtaret. a Neque falſum eſt, quod audieratis. Nam & infirmatus eſt vſque ad mortis periculũ, ſed dominus pepercit ei. b Non ſolum autem ei, ſed & mihi pepercit, ne me ſupra modum affligeret, & triſtitiam accumularet triſtitiæ. c Mox autem vt ſanitatem recuperaſſet, feſtinaui eum remittere ad vos, vt viſo eo gaudium veſtrum redintegretur, & ego ſim ſine triſtitia: quoniam veſtra triſtitia me contriſtat, & veſtrum gaudium me lætificat. d Excipite itaque illum benigne & reuerenter, & qui tales ſunt habete in honore & reuerentia, obediendo eis: e quoniam propter opus Chriſti, pietatis, & miſericordiæ, vel mortis ſe periculis obiectare nõ timuit, exponens periculo vitam ſuã, vt pro vobis omnibus (quod per voſipſos non poteratis abſentes) mihi obſequeretur atque miniſtraret in neceſſitatibus meis.

ELVCIDATIO CAP. III.

a CAeterum fratres, moneo vos vt ſemper in dño ſitis gaudẽtes. Eadem mihi ſcribere vobis, quæ & aliis ſcribo Eccleſiis, aut quæ vobis alias ſcripſi, aut præſens

alias

alias docui: mihi quidem non eſt moleſtum, eo quod vobis cognoſcam eſſe vtile & neceſſarium. b Attendite a canibus, qui veſtrā libertatem volunt per inuidiam dirumpere, & conſyderate ſubdolos & infideles operarios Pſeudoapoſtolos. Obſeruate circunciſos iſtos, docentes circunciſionem, vt ne acquieſcatis dogmatibus eorum. c Nos enim ſum⁹ vere populus circunciſus, ſpirituali circunciſione, qui ſpiritu ſeruimus Deo, abſcindentes omnes carnis concupiſcentias, & gloriamur atque placemus nobis in fide Chriſti Ieſu, nō habentes fiduciam neque complacentiam in carnalibus obſeruantiis, ſicut carnales faciūt Iudei. d Quanquam nihilominus etiā ego habeam vnde poſſim gloriari (ſi liberet) in iis in quibus illi ſolent ſe iactare. e Si quis enim alius videtur ſibi glorioſus ex carnis propagatione, vel carnali legis obſeruatione, mihi forſitā magis in his liceret gloriari, citra mendacium: f qui ſū circunciſus legitime ſuo tempore, octaua die, non aduena, nec ex filiis proſelytorum, ſed ex ſemine Iſrael, de tribu non ignobili Beniamin. g Hebręus ex hebræis natus, ſecundum legis quidē obſeruationem ſectę Phariſaicæ, quæ erat aliis ſectis commendatior: quantum ad æmulationem, adeo feruid⁹ pro lege, vt perſequerer Eccleſiam Chriſti, quam nunc vere ſcio eſſe Dei: h ſecundum iuſtitiam quæ ex lege haberi poterat, ita conuerſatus vt non poſſit me quiſpiam arguere transgreſſæ legis. i Sed quæ hactenus in Iudaiſmo, velut magna & precioſa ſtudui congregare, poſtquam Chriſti veritatem agnoui, reputaui vt impedimenta veritatis percipiendę. Qui enim inhæſerit vmbræ, impeditur à cōtemplatione veritatis. a Imo vero omnia prorſus, ſiue legalia, ſiue terrena, ego exiſtimo impedimentum præſtare veritati Euangelicæ

pigrum, vobis autē neceſſarium.

b Uidete canes, videte malos operarios videte conciſionem.

c Nec enim ſumus circunciſio, qui ſpiritu ſeruimus Deo, & gloriamur i Chriſto Jeſu, & nō in carne fiduciā habētes:

d Quanquam & ego habeam confidentiam in carne.

e Si quis alius videtur confidere in carne, ego magis,

f circūcis⁹ octaua die, ex genere Iſrael, de tribu Beniamin,

g Hebreus ex Hebreis ſecundū legē Phariſeus, ſecundū emulationem perſequēs Eccleſiā Dei,

h ſecundū iuſtitiā que in lege eſt conuerſat⁹ ſine querela

i Sed que mihi fuerunt lucra hec arbitratus ſum propter Chriſtū detrimēta.

a Uerumtamen exiſtimo omnia detrimentū eſſe ꝓpter ex

mineutem ſcientiaȝ Jeſu Chriſti domini mei.

gelicæ, & velut detrimenta abiicienda, propter illam præclaram fidem & cognitionem Chriſti Ieſu domini mei, & ſanctorum myſteriorum eius,

b Propter quem/ omnia detrimentum feci / et arbitror vt ſtercora/

b propter cuius amorem atque fidē, omnia penitus reputaui impedimenta à lucro ſpirituali & velut ſtercora nihili pendo ad veram ſalutem conſequendā,

c vt Chriſtum lucri faciam/ vt ꝛ inueniar in illo/ nō habēs meam iuſtitiam/ que ex lege eſt/ ſed illaȝ que ex fide Chriſti Jeſu/ que ex Deo eſt iuſtitia in fide.

c Vt Chriſtum mihi & eius iuſtitiam veram lucrari valeam: Vt per fidem illius iuſtificatus, inueniar non habens iuſtitiam meā (hoc eſt ex meis operibus, in obſeruatione legis operatis) ſed eam iuſtitiā qua iuſtificatur homo per fidē Chriſti Ieſu, quæ iuſtitia ex Deo gratis nobis confertur, & gratis per eam iuſtificamur, in fide viua, non ex operib⁹ legis.

d ad cognoſcenduȝ illum/ ꝛ virtutem reſurrectionis eius/

d Quę fides hoc mihi pręſtat, vt cognoſcam Chriſtum & virtutem ac myſterium reſurrectionis eius, per quam nobis etiam credentibus, ſpem dat reſurgendi:

e ꝛ ſocietatem paſſionis illius:

e vt inſuper cognoſcam ſocietatem & communionem, qua communicant credentes, merito paſſionis ei⁹

f configuratus morti eius/

f vt inueniar, inquam, configurat⁹ ſimilitudini mortis eius per veteris vitæ omiſſionē, & nouitatem vitæ melioris,

g ſi quomodo occurram ad reſurrectionem/ que eſt ex mortuis.

g vt ſuo tempore Chriſto ad iudicium venturo vna cum cæteris ſanctis valeam in gaudio occurrere, & obuiam pergere à mortuis reſurgendo.

h Non quod iam acceperim/

h Hęc autem dico, non quod me putem iam accepiſſe, quod expecto, præmium reſurrectionis,

aut iā perfect⁹ ſim.

aut vſquecadeo eſſe in configuratione mortis eius perfectum, vt vel cadere ab eō non poſſim, vel vlterius non proficere:

i Sequor autem/ ſi quo modo comprehendam in quo ꝛ cō prehenſus ſum in Chriſto Jeſu/

i ſpem tamen habens bonā, tam ad brauium obtinendum quam ad perfectionis cōſequutionem, viriliter curro: ſi quo modo comprehendam aliquando, & aſſequar quod quæro, quemadmodum olim me Chriſtus inſequutus eſt & comprehendit, quando pergēti ad perſequutionem membrorum ſuorum in luce & virtute apparens me ſibi captiuum

uum abduxit, in ſeruitutem ſuam. a Fratres (aperte fateor) licet Apoſtolus ſim, non tamen arbitror me comprehendiſſe, ſic quaſi de brauio iam certus aut ſummum perfectionis faſtigium conſecutus. b Vnum autem iſtud eſt, ad quod laboro. Nempe vt ea quæ retro ſunt (id eſt priores legis obſeruantias item cunctaterrena bona) nihili pendens, ad ea vero quę anteriora ſũt (id eſt potiora gratię & cœleſtia bona) meum deſiderium excitans ſolicite, diligenter, atque feruenter contendam ad ſcopum perfectionis, qui nobis eſt præfixus: atque ita conſequenter, ſi illum attigerimus, ad brauium quod à deo deſuper proponitur, in vocatione noſtra, omnibus chriſti fidelibus. c Quicunque ergo veri & perfecti fideles eſſe volumus, hoc nobis eſt ſẽtiẽdum, ne quis putet ſe in hac vita perfectũ aut penitus ſecurum. d Et ſi quid aliud amplius ſapueritis, & hoc ex dei vobis munere reuelatum agnoſcite. e Verũtamen ad id ad quod nunc peruenimus quodque nobis iam reuelatione compertum eſt, neceſſe eſt vt quantum ad hanc partem, cõcordi ſimus ſententia, & neceſſe eſt vt in eodem permaneamus canone fidei, quem à deo iam didicimus. f Eſtote autem imitatores mei & obſeruate eos vt ſint vobis in exemplum & imitationem, qui ambulant ſecundum exemplum noſtrum, quod habetis cognitum, eo quod vidiſtis meam conuerſationem inter vos. g Nec id ſine cauſa admoneo, multi enim pſeudoapoſtoli paſſim circumeunt, & ambulant & conuerſantur, quos ſepius denunciaui vobis, & etiam nũc cum lachrimis denuncio eſſe inimicos Crucis CHRISTI: quoniam & libertati quam illa peperit prædicando aduerſantur, & humilitatem atque auſteritatem & continentiã quãilla docet, aſpernãtur, cõtrario modo vi

a Fres ego me nõ arbitror ꝯprehendiſſe

b Unũ aũt quę q̃dẽ retro ſũt obliuiſcẽs

ad ea vero q̃ ſũt priora extendens meipſũ ad deſtinatũ perſequor ad brauium ſuperne vocationis dei/ in chriſto Jeſu

c Quicũq; ergo perfecti ſumꝰ: hoc ſentiamus.

d & ſi quid aliter ſapitis/ & hoc vobis deus reuelabit:

e Uerũtamẽ ad qđ peruenimus/ vt idẽ ſapiamꝰ: & in eadẽ ꝑmaneamus regula.

f Jmitatores mei eſtote fr̃es: & obſeruate eos q̃ ita ãbulãt/ ſicut habetis formã noſtram.

g Multi eĩ ambulãt quos ſepe dicebam vobis/ nũc aũt & flẽs dico: inimicos crucis Chriſti:

h quorum finalis interitus/ i quorum deus vẽter eſt ⁊ gloria in confuſione ipſorum/ qui terrena ſapiunt.

do viuentes: h quorum finalis retributio mortis æternæ damnatio erit, i Qui omnia ad ventrem referunt, & gulæ atque luxuriæ ſeruiunt: & id quod ſibi gloriam reputant, erit in confuſionem ipſorum: qui affectu prorſus terreni ſunt, & terrena quærunt.

a Noſtra aũt cõuerſatio in celis eſt. Uñ etiã ſaluatorẽ expectamus dñm noſtrũ Jeſum Chriſtum/ b qui reformabit corpus humilitatis noſtre/ cõfiguratũ corpori claritatis ſue/ c ſecundum operationem virtutis ſue qua etiã poſſit ſibi ſubijcere omnia.

a Nos autem in cœlis conuerſamur dum non niſi cœleſtia quærimus & ſapim⁹ Atq; ob hoc fiducialiter expectamus aduentum Domini noſtri Ieſu Chriſti, de cæleſtib⁹ ad iudicium, vt ſit nobis ſaluator: b qui immutabit corpus hoc viliſſimum quod nũc nos gerimus aſſimilans id corpori ſuo glorioſo, per immortalitatis donum, c ſecundum virtutem & operationem illam diuinitatis, qua etiam poteſt omnia ſubiicere. d Nam per virtutem diuinitatis fecit vt chriſto homini poſt iudicium ſint plene ſubiecta omnia, tam cœleſtia quàm terreſtria.

TEXTUS CAP. Quartum.

a Itaq; fratres mei chariſſimi ⁊ deſideratiſſimi gaudiũ meũ corona mea/ ſic ſtate in dño chariſſimi.

ELVCIDATIO CAP. quarti.

a Proĩde fratres mei, quos & ſũme charos, & ſũme habeo in chriſto deſyderatos, in quibus gaudeo, & ꝑ quibus mercedem expecto æternæ retributionis, ſic ſtate (precor) vt decet eos qui tantam ſpem habent in fide & operibus Deo dignis.

b Euodiã rogo/ et Syntychen deꝑcor idipſũ ſapere i dño.

b Vos quoque ô Euodia & Syntyche nominatim deprecor, vt idem ſapiatis in fide Chriſti, ſicut oportet.

c Etiã rogo ⁊ te germane cõpar/ adiuua illas que mecũ laborauerunt in Euãgelio/ cũ Clemente et ceteris adiutoribus meis quorũ nomina ſunt in libro vite.

c Et te rogo mi germane collaborator, qui tam ingenue in negocio Chriſti mihi cooperaris, vt adiuues illas ſi habuerint in vlla re tuo auxilio opus, quę laborauerunt mecum in negocio euangelii, cum Clemente & cæteris coadiutoribus meis, quorum nomina deus ad ſalutem, in ſua ęterna prædeſtinatione (vt ſpero) deſcripſit.

d Gaudete in dño ſẽ

d Gaudete ſemper in do

in Domino ſpirituali gaudio: & rurſus (vt magis inculcem) repeto, vt gaudere ſtudeatis. e Veſtra modeſta, & benigna, & manſueta conuerſatio luceat coram omnibus hominibus etiam infidelibus, f Scientes quoniam dominus prope eſt, vt conſpiciat, atque vt iudicet cōuerſationem noſtram. g Pro nulla re temporali vos angat atque affligat ſolicitudo, ſed ab omni ſolicitudine liberi, iugiter in oratione eleuati, & attentiori obſecrationi intenti, agentes gratias de præteritis bonis acceptis, facite vt petitiones veſtræ pro iis quæ adhuc deſideratis, exaudiantur apud dominum. h Et pax illa cœleſtis, quę eſt à deo in cordibus fidelium, quæ nequit comprehendi qualis ſit aut quanta, ipſa conſeruet voluntatem veſtram, atque intellectū vt permaneant in Chriſto Ieſu. Mox enim vt pax Dei perditur cor et ītelligētl i à Deo decidūt. i Cæterū fratres hortor vos, vt ab oī īpudicitia & vanitate auertētes animū, ſectemini ea quæ ſunt veritatis, pudicitiæ, iuſtitię quæcunque ad ſanctitatem faciunt, & quæcūque amorem fraternum nutriunt at bonam famam promouent, quæ indubie multum cōfert profectui Euangelii. a Denique quicquid eſt virtutis, quicquid eſt diſciplinæ laudabilis hæc, inquam, et his ſimilia amodo meditanda ſunt vobis, quæ & didiciſtis à nobis & accepiſtis per fidem, & audiſtis per noſtram prædicationem & vidiſtis in conuerſatione noſtra. c Hæc, inquam, agite, dimiſſis priſtinis operibus malis, & Deus à quo omnis pax vera, quique pacem diligit & in pace habitat, faciet manſionem ſuam in vobis. d Gauiſus ſum autem vehementer in Domino, quum iam rurſum video vos reuireſcere, ad exhibenda mihi priſtina miſericordiæ obſequia ſicut ſolebatis mihi ex affectu compati, & opere ſubuenire. f habeo autem

iterū dico gaudete

c Modeſtia veſtra nota ſit oib⁹ hoib⁹. f Dñs em̄ prope eſt.

g Nihil ſoliciti ſitis ſed in oi oratione ⁊ obſecratione cū gratiarū actione petitiones veſtre inoteſcant apud deum.

h Et pax dei que exuperat oēƷ ſenſū cuſtodiat corda veſtra ⁊ intelligentias veſtras in chriſto Jeſu.

i De cetero fratres q̄cūq; ſūt vera quecūque pudica queꝰcūque iuſta quecunq; ſctā quecūq; amabilia quecunq; bone fame:

a ſi qua virt⁹ ſi qua laus diſcipline: hec cogitate que ⁊ didiciſtis ⁊ accepiſtis ⁊ audiſtis ⁊ vidiſtis in me.

c Hec agite ⁊ deus pacis erit vobiſcuƷ.

d Gauiſ⁹ ſū auteƷ in dño vehemēter, qm̄ tandē aliquando refloruiſtis pro me ſentire ſicut ⁊ ſentiebatis occupati autem eratis.

tem vos excuſatos,quod aliquantulum in-
termiſeritis officiū hoc,eo quod credā vobis
defuiſſe mittendi oportunitatem. g Neq;
vero hæc dico,quaſi ego de mea penuria cō
querar. Iam enim experientia frequenti edo
ctus,didici ſufficiētiā habere in iis quæ mihi
contingunt:id eſt,præſētibus eſſe contentus,
ſiue multum id fuerit,ſiue parum. h Scio et
in paupertate & in abundantia exteriori te
nere modū,& contentus eſſe in vtroq;. i Iā
ad oīa ſū inſtructus atq; paratus, & ad oīa
indifferēs,potēs in ſatietate atq; eſurie(.i.ſiue
in abundantia ſiue in penuria) medium te-
nere & contentus eſſe. a Quicquid mihi ob
uenerit,omnia poſſum ī bonū vertere,per ci9
virtutem qui me confortat,hoc eſt chriſti.
b Nihilominus bonam rem feciſtis vos,cō-
municantes mihi in tribulationibus pro chri
ſto conſtituto,participantes merito tribula-
tiōis meæ. c Propter quod ego gaudeo,ob
bonum veſtrum. c Scitis autem vos Phi-
lippenſes quum inciperem euangelium præ
dicare in vobis proficiſcenti mihi à macedo
nia quod nulla eccleſiarum mihi quicquam
contulit,dando temporalia bona in ſtipēdiū
pro ſpiritualibus acceptis niſi vos ſoli. d
Nam & mihi in Theſſalonica metropoli ci
uitate conſtituto,ſemel atq; iterum vos neceſ
ſaria victui & vſui quotidiano miſiſtis.
e Neq; hoc replico,quia quæro dona veſtra
ſed quia deſidero vobis multum fructum ac
creſcere in ſupputatione veſtra,coram Deo,
ex frequenti charitate & miſericordiæ ope
ribus,quæ mihi præſtatis. f Ego vero ha-
beo omnia,& omnia poſſideo:quia dum ni-
hil quod in mundo eſt præter ſolam neceſ-
ſitatem deſidero,præ regibus & principibus
fœliciter abundo. g Deniq; repletus ſū ex
veſtra largitate,iis quæ mihi miſiſtis per E-
paphroditum:mihi ſane gratiſſima:quę nō
dubi-

g Nō quaſi ꝓpter penuriā dico. Ego eñ didici ī quib9 ſū ſufficiens eē.

h Scio ꝛ humiliari ſcio/ ꝛ abūdare.

i vbiq; ꝛ in oībus inſtitut9 ſū/ ꝛ ſatiari ꝛ eſurire/ ꝛ abundare ꝛ penuriā pati.

a Oīa poſſū in eo q̄ me cōfortat.

b Uerūtamē bñfeciſtis cōmunicātes tribulationi mee.

c Scitis aūt ꝛ vos philippenſes/ quod in principio euāgelii/ qñ profectus ſū a Macedonia/ nulla mihi eccleſia cōmunicauit in ratiōe dati ꝛ accepti/ niſi vos ſoli/

d qꝛ ꝛ Theſſalonicā ſemel ꝛ bis in vſum mihi miſiſtis.

e Nō quia quero datū/ ſed requiro fructū abūdantem ī ratione veſtra.

f Habeo aūt omnia/ ꝛ abundo.

g Repletus ſum acceptis ab epaphrodito/ q̄ miſiſtis in odorē ſuauitatis/ ho-

to, quin & Deus velut hoſtiam ſibi oblatam ſibiq́ʒ beneplacentem, accipiat. h Deus autem meus, cui ſeruio ſemper, impleat omnia veſtra ſancta & ſalutaria deſideria, quemadmodum optime potens eſt, ſecundum diuitias gloriæ ſuæ, per chriſtum Ieſum. i Ipſi autem deo qui eſt pater omnium noſtrum ſit gloria in ſæcula ſæculorum. Amen. a Salutate omnes fideles in Chriſto Ieſu. Salutãt vos fratres qui mecũ ſunt. b Salutant vos omnes hic fideles, peculiariter qui de familia ſunt Cæſaris apud quos familiarius ago. c Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro fratres, Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Philippenſes beati Pauli Apoſtoli

ſtiã acceptam ꝛ placentem deo.
h Deus aũt me⁹ impleat oẽ deſideriũ veſtrũ ſcdʒ diuitias ſuas i gloria i xp̃o Jeſu.
i Deo aũt ꝛ patri noſtro gl'ia i ſecula ſeculorum Amen.
a Salutate oẽs ſanctũ in xp̃o Jeſu. Salutãt vos qui mecũ ſunt fratres.
b Salutãt vos oẽs ſcti maxime aũt q̃ de domo Ceſaris ſũt
c Gratia dñi noſtri Jeſu xp̃i cũ ſpiritu veſtro Amen.
Finit textus Epiſtole ad Philippenſes beati Pauli apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDA. IN EPI. AD COloſſenſes beati Pauli Apoſtoli

COloſſenſes per ſe apoſtolus nõ docuerat ſed ab Epaphra, qui tũ apud apoſtolum agebat, quũ hæc ſcriberet, & Archippo qui in eos accepit miniſteriũ, fuerant in fide chriſti edocti. Quos Paulus de ſeductorib⁹ pſeudoapoſtolis (quorum aliqui per legis prædicationem, alii per ſæcularis ſapientiæ doctrinam ſeſe iactitabant) ſemper ſolicitus, eos præcauere iubet: ne vllis ſe perſuaſionib⁹, ſiue horũ, ſiue illorũ, ſinãt à firmitate ei⁹ fidei in qua edocti fuerãt, amoueri. In ipſo itaq́ʒ epiſtolæ exordio gratias agit deo, ſuper bono eorũ profectu: ſimul & poſtulãs, vt in bono perficiãtur, in oĩ gaudio & lõganimitate per chriſtum ſu per quẽ facta ſunt & reſtaurata vniuerſa, eo quod in ipſo totius diuinitatis plenitudo inhabitet, vt per ſanguinẽ crucis ſuæ in pacem bonã cõponeret omnia: quomodo & ipſos dicit à ſuis peccatis emundatos, Deo eſſe reconciliatos, ſi modo in euangelio quod ſuſce-

ſuſceperant in finem vſq; permaneant. Cuius ſe iuxta dei diſpoſitionem miniſtrum, adimplētem ea quæ deſunt paſſionum chriſti, corripientem quoq; & docentē omnem hominem, ad perfectionē veræ iuſtitiæ, gloriatur. Secundo vero cap. ſuam declarat ſolicitudinem, quam pro oībus gerit, qui faciem eius non viderant: vt bene inſtructi in charitate dei, non ſe decipi patiantur in ſublimitate ſermonum, aut per philoſophiam, aut per varias traditiones obſeruantiarum Iudaicarum, ſed in Chriſto ſolo permaneāt, in quo per fidē circuncisi ſunt, circunciſione ſpūali, per baptiſmū regenerati: vbi & declarat, quomodo per chriſti mortem remiſſionem ſimus cōſequuti peccatorum noſtrorum, deleto eo quod contra nos erat chyrographo peccati: Propter quod eos qui ſic per chriſti mortem ſunt in veram libertatem aſſerti, non vltra vult elementis huius mundi & carnalibus obſeruantiis inſiſtere: eoſque, vt per ſimulationem religionis, & fictæ humilitatis, non ſinant decipi, præmonet attentius. Magis autem tertio cap. rurſum eos iubet affectum cordis erigere, mortificatis ſuper terram mēbris, vt peccatis non viuant: quæ illic particulatim multa enumerat, & à quibus nominatim dehortatur, omne quod ad veterem hominem attinet abiici iubens, & nouum induere hominem, qui eſt in ſancta virtutum cōnexione, in miſericordia, benignitate, manſuetudine, & aliis eiuſmodi. Super omnia charitatē commendat, & pacem & gratitudinem, & verbum dei, vt in ipſis habitet abundanter, faciantq; oīa ad gloriā Dei, in gaudio ſpirituali. Poſt hæc circa finem tertii capitis, & initium quarti, vxoribus ac viris, filiis ac parentibus, ſeruis ac dominis, quomodo ſe erga inuicem gerere debeāt præſcribit. Mox autem poſt quarti ca. initium, ad omnes ſermonem conuertens, orationi eos inſtanter inuigilare, atque etiam pro ſe ſpeciatim orare iubet, pro euāgelicæ p̄dicationis fructu. exhortatus deinde, vt in ſapientia erga infideles ambulent, & vt ſermonem ſemper ſale conditum loquātur, ad familiaria ſermonem conuertit, de eo quē ad ipſos miſit Tychico & Oneſimo: de Epaphra cui teſtimoniū bonum perhibet. Salutationibusq; hinc inde poſitis, demum Archippum ſui commonefaciens miniſterii, ita claudit Epiſtolam.

¶ Finit argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD COLOſſenſes Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO, capitis primi.

PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſecundum diuinæ electionis beneplacitum, & Timotheus frater, ſalutem dicunt ſanctis fidelibus Chriſtianis, Coloſſas in Chriſto Ieſu congregatis. b Sit vobis gratia & pax, à Deo patre noſtro. Gratias agimus Deo, qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti non intermittentes veſtri memoriam in orationibus noſtris: c dum audimꝰ rectam in Chriſto fidem veſtram ab aliis cō̃mendari, & miſericordiæ dilectionem, quā exhibetis in omnes ſanctos propter ſpem & expectationem cœleſtium bonorum, quæ in cœlis vobis ſeruantur occulta, ſuo tempore reddenda, d quam ſpem audiſtis per verbum veriſſimum, verbum ſancti euangelii: e quod in vobis quoq; eſt prædicatum, ſicut in omnibus mundi partibus eſt, & inhabitat: imo & fructum facit bonorum operū, & creſcit per dilatationem & diuulgationē in cæteros, f quemadmodū & inter vos audio factum eſſe, ſtatim vt audiſtis & intellexiſtis gratiam Euangelii in veritate prædicationis

TEXTVS Epiſtolæ ad COLOSSENSES beati Pauli Apoſtoli.

TEXTUS. CA. primum.

Paulus apoſtolꝰ ieſu xp̄i p̲ volūtatē dei ⁊ Thimotheus frater: his qui ſunt Coloſſis ſctis ⁊ fidelibus frīb⁹: i xp̄o Jeſu.
b Gratia vobꝭ ⁊ pax a deo patre noſtro. Gratias agimꝰ deo ⁊ patri dn̄i noſtri ieſu xp̄i: ſemper p̲ vobis orantes:
c audientes fidē veſtrā in chriſto ieſu: ⁊ dilectionē quā habetis in ſāctos oēs: p̲pter ſpē que repoſita eſt vobis i celis.
d quam audiſtis in verbo veritatis euāgelij: e Quod puenit ad vos ſicut ⁊ in vniuerſo mūdo eſt: ⁊ fructificat ⁊ creſcit.
f ſicut ⁊ in vobis ex ea die qua audiſtis ⁊ cognouiſtis gratiā dei in veritate:

g ſicut didiciſtis ab Epaphra chariſſimo cõſeruo noſtro/ q̃ eſt fidelis pro vobis miniſter chriſti Jeſu q̃ etiam manifeſtauit nobis dilectionem ueſtrã in ſpiritu.

h Jdeo ⁊ nos ex qua die audiuim⁹ nõ ceſſamus ꝑ vobis orãtes ⁊ poſtulantes/

i vt ĩpleamini agnitione volũtatis ei⁹ in omni ſapiẽtia ⁊ intellectu ſpũali:

a vt ambuletis digne deo/ ꝑ oĩa placẽtes/ in oĩ opere bono/ fructificantes ⁊ creſcentes in ſcientia dei/

b in oĩ virtute cõfortati/ ſcd̃m potẽtiã claritat; ei⁹ in oĩ patientia ⁊ lõganimitate/

c cũ gaudio gratias agentes deo patri/ q̃ dignos nos fecit in partem ſortis ſanctorũ/ in lumine:

d qui eripuit nos de poteſtate tenebraꝝ ⁊ tranſtulit in regnũ filij dilectionis ſue.

e in quo habem⁹ redẽptionẽ ⁊ remiſſionẽ peccatorum.

f qui eſt imago dei inuiſibilis/ primogenitus oĩs creature.

g qm̃ in ipſo cõdita

cationis, g ſicut edocti eſtis ab Epaphra chariſſimo cooperatore noſtro, qui fideliter miniſtrat in negocio Chriſti, ad veſtræ ſalutis ꝓmotionẽ: qui etiã manifeſtauit nobis ſpiritualẽ charitatẽ veſtrã, qua et erga deũ et erga nos cæteroſq; fideles, eſtis affecti. h Ideo & nos ex eo tempore quo primũ auditu accepimus hæc bona de vobis, non ceſſamus ꝓ vobis orare & poſtulare: i vt plenius atq; abundantius cognoſcatis voluntatem Dei, idque in perfecta ſapientia cœleſtium myſteriorum, atq; intelligentia ſpirituali diuinorum mandatorum. a quo ſic poſſitis conuerſationem ducere dignam Deo, ei in omnibus placentes, fructum faciendo bonorũ operum, & augmentum indies ſumentes in ſcientia ſpirituali, atq; ſalutari, quæ eſt cognitio Dei. b confortati autem in perfecto ſpiritus robore à domino (iuxta quod potens eſt in gloria maieſtatis ſuę) ad tolerandum patienter quæuis aduerſantia, & longanimiter expectandum repromiſſa ventura bona, c in gaudio ſpirituali ſemper gratias pro omnibus agentes deo patri noſtro, qui ſecũdum ſuam miſericordiam nos dignos reputauit, & idoneos fecit ad participandum cũ ſanctis, in ſorte atq; hæreditate ęternæ beatitudinis, in lumine claritatis atque viſionis diuinæ. d Qui etiam violenta manu extorſit nos de ditione diaboli, peccati, mortis, & inferni, quæ omnia tenebræ ſunt, ac tranſtulit nos in regnum atque gloriam filii, ſibi ſingulariter prædilecti, per quem conſequuti ſumus redemptionem à captiuitate noſtra, & peccatorum omnium remiſſionem: f Qui eſt conſubſtantialis & perfecta ſimilitudo dei patis æterni, quem nemo vidit vnquam neque videre poteſt, ante omnem creaturam in ęternitate de patre genit⁹, verbum patris patri coæternum: g in quo velut in exem

plari

plari, & per quem velut efficientem, creata ſunt, quæcunque ſunt in cœlo & in terra, viſibilia atque inuiſibilia, & throni, & dominationes, & principatus, & poteſtates, cæterique angelorum ordines, atque multomagis cætera corporea: h Omnia, inquam, per ipſum vt efficientem & in ipſo, vt verbo atque exemplari, creata ſunt, i Et ipſe eſt in æternitate ante omnia, & omnia in ipſo perdurant. a Et ipſe eſt caput eius corporis, quod eſt eccleſia, eſtque principium ſalutis omnibus, & primitiuus atque præcipuus tam dignitate quàm tempore, & in reſurrectione mortuorum, vt ſit inter omnes electos vnus ipſe primatum tenens, velut cõſubſtantialis filius inter adoptiuos. b Quoniã ſic decretum fuerat, & ab æterno placitũ diuinitati, vt ipſa habitaret in eo, non ad mẽſuram (quomodo in cæteris ſolum adoptione filiis) ſed ſecũdum plenitudinem, counita naturæ humanæ in vnitate ſuppoſiti, atque vt per eum omnia reconciliarentur ſibi, c pacem componens per ſanguinem quem in cruce effudit, inter cœleſtia ſimul atque terreſtria, id eſt, ãgelos & homines, quos prius offenſa dei diſſociauerat. d Et vos quoque cum olim fuiſſetis alieni facti per gentilitatis conuerſationem, & inimici dei affectu peruerſo atque cogitatione vacantes operibus malis: e nunc tamen pacem fecit habere ſecum per fragile corpus ſuum, morti illud tradens, f vt nos efficeret ſanctos, ab omnibus peccatis emundatos, ſine macula & ſine crimine ante conſpectum ſuum in veritate. g Erit autem hoc ſi modo, (vt ſpero) permanetis in fide vera bene fundati atque inſtructi, ſtabileſque ac bene firmi, minimeque vacillantes, vt nullis peruerſorum ſuaſionibus dimoueamini à ſpe promiſſa vobis in euãgelio quod audiſtis: h Quod ipſum etiã

ſunt vniuerſa in celis ⁊ in terra/ viſibilia ⁊ inuiſibilia: ſiue throni: ſiue dñationes/ ſiue principat⁹/ ſiue poteſtates: h oĩa per ipſũ/ ⁊ in ipſo creata ſunt: i ⁊ ipſe eſt ante oẽs ⁊ oĩa in ipſo cõſtãt/ a ⁊ ipſe ẽ caput corporis eccleſie/ q̃ eſt principiũ/ primogenitus ex mortuis/ vt ſit in oĩb⁹ ipſe primatũ tenẽs/ b q2 in ipſo cõplacuit oẽm plenitudinem diuinitatis inhabitare/ ⁊ p eũ reconciliare oĩa i ipſũ c pacificãs p ſãguinẽ crucis eius/ ſiue q̃ i terris ſiue q̃ in celis ſunt. d Et vos cũ eſſetis aliquãdo alienati ⁊ inimici ſenſu/ in operib⁹ malis/ e nũc aũt reconciliauit in corpore carnis ſue/ p mortem. f vt exhiberet vos ſãctos ⁊ imaculatos ⁊ irreprehẽſibiles coram ipſo: g ſi tamen permanetis in fide fundati ⁊ ſtabiles: ⁊ imobiles a ſpe euãgelij quod audiſtis h Quod p̃dicatũ eſt in vniuerſa creatura

& in

ſub celo eſt:
i cuius factꝰ ſū ego paulꝰ miniſter/ q̄nūc gaudeo in paſſiōibꝰ ꝓvobis ⁊ adimpleo ea que deſūt paſſionū xp̄i in carnemea pro corpore eius quod eſt eccleſia.

b cuius factꝰ ſū ego miniſter/ ſcd̄ʒ diſpēſationē dei/ que data ē mihi i vobis/ vt impleā verbum dei c miſteriū quod abſconditū fuit a ſeculis ⁊ generatiōibus/

d nūc aūt manifeſtatū eſt ſanctis eiꝰ/ q̇bus voluit deus notas facere diuitias glĭe ſacramēti huiꝰ i gētibꝰ quod ē xp̄s in vobis ſpes glorie e quē nos annunciamꝰ corripiētes oēʒ hoīeʒ/ ⁊ docētes in oi ſapientia/
f vt exhibeamꝰ oēm hominem ꝑfectuʒ in Chriſto Jeſu:
g in quo laboro certando ſcd̄ʒ operationem eius/ quā operat̄ inme/ in virtute.

prędicatum eſt in vniuerſo orbe terrarum, & in omnibus terræ partibus quę ſub cœlo ſunt: i Cuius ego Paulus à deo ſum miniſter conſtitutus & prædicator, qui nunc gaudeo in paſſionibus quas pro veſtra & omnium fidelium ſalute perpetior, & reſiduū paſſionum chriſti adimpleo in carne mea, a ꝓ corpore eius integrando, & eccleſia ſancta in vnum congreganda. Quemadmodum eñ Chriſtus per ſuam propriam paſſionem, corpus eccleſię redemit: Ita per paſſiones apoſtolorum, velut membrorum ſuorum, congregauit redemptam atq; in vnum corpus collegit. b Cuius eccleſiæ ordinatus ſū ego miniſter & apoſtolus, ſecundum dei prouidā diſpoſitionem, quæ mihi commiſit in vobis miniſterium implendi, & penitus explicandi euangeliū dei, c quod eſt ſecretū quoddā plenum ſanctitate, quod ab æterno quidem in diuina prædeſtinatione fuit abſconditum hominibus & angelis vſq; modo ignotū. d nunc vero factū eſt manifeſtū electis ſanctis eius quibus Deus voluit notam facere ſuperabundantem gloriam myſterii huiꝰ inter gētes: quod myſterium eſt Chriſtus dominus, qui in vobis eſt, & habitat. per quem ſperamus etiam gloriam futuram ſuo tempore cōſequi. e Quem nos prædicantes annūciamꝰ hominibus, corripientes eos vt à vitiis priſtinis recedant, & ſapienter edocentes quomodo ad nouæ vitæ opera exurgant, f laborantes quantum in nobis eſt, vt omnem hominem efficiamus perfectum in fide Chriſti Ieſu: g Ad quod omnem laborem impendo, cum multa inſuper ſolicitudine, & perſecutionum laboribus viriliter certando ex operatione dei, quam pro me & in me ſua virtute operatur, non autem ex propriis meis viribus.

ELVCIDATIO CAP. II.

a Olo enim vos ſcire quam ſolicitus ſim ego pro vobis Coloſſenſibus, & pro Laodicenſibus, & in vniuerſum pro omnibus apud quos ego ſecũdum corpus nunquam fui præſens, vt ſaltẽ abſentes, ſint corde & ſpiritu conſolati, b vt ſint inſtructi atq; edocti in charitate Dei, & in copioſiſſima illa ac prædiuite plenitudine intelligentię ſpiritualis, quæ eſt in agnitione myſterii humanæ redemptionis, à Deo patre, & per Chriſtum exhibiti: c In quo Chriſto inhabitat ab æterno, omnis plenitudo ſapientiæ & ſcientiæ ſpiritualis. Eſt enim patris verbum et æterna ſapientia, à quo omnis ſapientia deriuatur. d Dico autẽ me ſolicitum eſſe pro vobis, nimirum vt vos cautos reddam atq; prouidos, ne ſinatis vos decipi per verba ſublimia: ſiue per ſapiẽtiã philoſophiæ ſæcularis, ſiue per eloquẽtię mundanæ venuſtatem. e Quanq̃ enim corporali pręſentia abſens ſũ à vobis, ſpirituali tamen cura pręſẽs verſor in medio veſtrũ, gaudens dũ video & contemplor in ſpiritu, ordinem bonum qui in vobis eſt, & proceſſũ profectus veſtri, & firmitatem fidei veſtræ, qua creditis in Chriſtum. f Sicut ergo de Chriſto Ieſu domino noſtro & audiſtis & credidiſtis, ſic ſecundum eius exemplum & doctrinam ſtudete conuerſari, g ipſi vt radici cohærentes, tanquam rami, vt ab eodem ſpiritu vegetemini & ſuper ipſum per fidẽ & ſpem ſuperædificati, & firmi facti in fide ſecundum quod inſtructi eſtis. h magnas & copioſas gratiarũ actiones per illum ſemper reddentes patri. i Iterum dico attẽdite vobis, ne vos ſinatis à quopiam ſeduci, per philoſophiam, ſæcularem mundi huius, & ſuperſtitioſam, vanam, atq; fallacem doctrinam orum quæ ab hominibus traduntur atq; docentur

TEXTVS. CA. Secundum.

a Uolo eñ vos ſcire qualez ſolicitudinẽ habeã pro vob; / ⁊ pro ijs qui ſũt Laodicie ⁊ quicunq; nõ viderũt faciẽ meã in carne / vt conſolentur corda ipſorum.

b Inſtructi in charitate ⁊ in oẽs diuitias plenitudinis intellectus / in agnitione myſterij Dei patris ⁊ Chriſti Ieſu / c In quo ſunt oẽs theſauri ſapiẽtie et ſcientie abſconditi. d Hoc aũt dico / vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonum /

e Nam etſi corpore abſens ſum / ſed ſpiritu vobiſcũ ſũ gaudens ⁊ videns ordinez veſtrum ⁊ firmamẽtũ eiꝰ / q̃ in Chriſto eſt fidei veſtre.

f Sicut ergo accepiſtis Ieſũ Chriſtũ dominũ in ipſo ambulate.

g radicati ⁊ ſuperedificati in ipſo.

⁊ cõfirmati in fide ſicut ⁊ didiciſtis /

h abundãtes in illo in gratiarũ actione.

i Uidete ne quis vos decipiat per philoſophiaz ⁊ inanẽ fallaciã / ſecundum traditionem hominuz.

a ſecundum elementa mundi ⁊ non ſecūdum Chriſtum/

b quia in ipſo inhabitat oīs plenitudo diuinitatꝭ corporaliter.

c ⁊ eſtis in illo repleti q̄ eſt caput omnis principatus ⁊ poteſtatis.

d in quo ⁊ circūciſi eſtis/ circūciſiōe non manu facta/ in expoliatiōe corpis carnꝭ

e ſed in circunciſione Jeſu Chriſti.

f conſepulti enim in baptimo/

g in quo ⁊ reſurrexiſtis per fidem operationis Dei/ q̄ ſuſcitauit illū a mortuis

h Et vos cū mortui eſſetis in delictis et preputio carnis veſtre/ ꝯuiuificauit cuꝫ illo/ donans vobis omnia delicta/

a delens quod aduerſus nos erat chirographuꝫ decreti/ quod erat contrarium nobis:

b Et ipſum tulit de medio affigēs illud cruci/ ⁊ expoliās pricipatꝰ ⁊ poteſtates/

centur, non à Deo: a & ſecundum naturæ curſum corporaliumque rerum conditiones procedunt, atque corporalibus obſeruantiis inſiſtunt, & non ſecundum Chriſtum, cuius virtutem non agnoſcunt. b Cum in ipſo Chriſto inhabitet diuinitas ipſa, ſine menſura ad omnem plenitudinem, humanitati counita in vnitate perſonæ, per quam poteſt etiam illa quę longe virtutem naturæ ſuperexcedant. c Et vos eſtis repleti in illo, qui vos inhabitat omnibus bonis. Qui eſt ſupereminens omnibus cœleſtibus ſpiritibus, principatibuſque ac poteſtatibus dominatur. d In quo credentes, circunciſi eſtis, circunciſione non corporali, neque manu ſcindentis facta, quę fit, in eo quod corpus iſtud carneum circuncidimus extrinſecus, e ſed circunciſione ſpirituali, & vere Chriſtiana, quæ conſiſtit in præciſione vitiorum, & concupiſcentiæ continentia. f Hanc autem circunciſionem Chriſti accipimus, quando in baptiſmo configuramur ſepulturę Chriſti. g In quo baptiſmo vel Chriſto, etiā reſurrexiſtis à veteri vita ad nouā, per fidē operationis Dei, qui illum à mortuis reſuſcitauit: id eſt, per fidem operantem opera Dei, vel per fidē quā Deus operatur in vobis, vel per fidē qua credimus operationem Dei, in ſuſcitando Chriſtum à mortuis. h Et vos cum olim eſſetis mortui propter peccata veſtra, & carnalem vitam, quam in præputio ſeu gentilitate vixiſtis, cum illo ad vitam reſuſcitauit de morte, dimittendo vobis omnia delicta. a Imo delens penituſque reſcindens chirographum illud diuini decreti, quod aduerſū nos in pœnam peccati fuerat conſtitutum. b Et vt omnem prorſus obligationem tolleret à nobis, tulit ipſum de medio, deſtruxitque penitus, in cruce exoluēs delicta vniuerſa, ad quę nos obligabamur, expolianſque principes tenebrarū

nebrarum malignos,præda quam aliquanto tempore occupauerat,confidenter atq; palam eoſdem traduxit(id eſt,mire confudit,et exemplum fecit eſſe confuſionis) c triumphum inſuper agens velut victor de illis,ſiue quos vicit principibus,ſiue quos eripuit e lectis patribus captiuis. d Idque per proprium corpus,& in proprio ſanguine. Cum igitur tanta ſitis à Chriſto libertate,tam magnifice donati, non ampli⁹ debetis ſuſtinere, vt quis vos iudicet in cibi potuſue ſumptione,vt iccirco vos putetis condemnatos,quod cibum ſumpſeritis lege vetitum. Neque in obſeruandis ſecundum legem diebus feſtis, aut in aliqua parte,quemadmodum in agni manducatione,pars diei(id eſt,veſpera)obſeruari debebat,neque ĩobſeruatione nouilunii aut ſabbatorum. e Quæ omnia tantum ſunt figuræ & ſigna eorum,quæ ventura erant in tempore gratiæ. f Corpus vero ipſum, & quod ſignificatur per hæc ſigna,ad Chriſtum ſpectat,& ipſa ſunt, quæ Chriſt⁹ peregit in corpore ſuo, redemptionis myſteria. g Nemo vos ſeducat,volens conuerſari tanquam angelus, artificioſa ſua & compoſita hypocriſi miram quandam humilitatem,& nouam religionem ſimulando, quas tamen virtutes penitus ſecundum veritatẽ non nouit, h propter quod etiam fruſtra intumeſcit in animo ſuo,cum habeat verę religionis nihil, ſed ficta & ſimulata ſint eius omnia. i Neque qui eiuſmodi eſt in Chriſto capite manet,qui odit omnem fictionem, & amat veritatem. a Ex quo capite dependet totum Eccleſiæ corpus,quod per ſpirituales connexiones atque iuncturas, per mutuas adminiſtrationes conſtituitur atque compingitur,& in augmento ſpirituali proficit, augmentum debitum ſumens. b Nunc igitur ſi CHRISTO conſepulti eſtis,

traduxit confidenter palam:

c triumphans illos in ſemetipſo.

d Nemo ergo vos iudicet in cibo aut potu/

aut in p̃te diei feſti/

aut neomenie/ aut ſabbatorum:

e que ſunt vmbra futurorum/

f corp⁹ aũt Chriſti.

g Nemo vos ſeducat volens in humilitate ⁊ religione angelorũ: que non vidit,ambulans/

h fruſtra inflatus ſenſu carnis ſue.

i et non tenens caput/

a ex quo totum corp⁹ p nex⁹ ⁊ ꝯiunctiones ſubminiſtratũ ⁊ ꝯſtructum/ creſcit in augmentũ Dei

b Si ergo mortui eſtis cum Chriſto ab

elemēt̄ʒ hui⁹ mūdi: c quid adhuc tanq̄ꝫ viuentes mundo/ decernitis?

d Ne tetigeritis neqꝫ guſtaueritis/ neque contrectaueritis/ e que ſūt oīa in interitū/ ipſo vſu/ ſecū dū precepta ⁊ doctrinas hominum: f que ſunt rationeʒ quidem habentia ſapientie in ſuperſtitione ⁊ humilitate/

g ⁊ non ad parcendum corpori/

h non in honore aliquo ad ſaturitatem carnis.

TEXTUS. CA. Tertium.

a Igitur ſi conſurrexiſtis cum Chriſto/ que ſurſum ſunt querite vbi Chriſt⁹ eſt in dextra Dei ſedens.

b que ſurſū ſūt ſapite/ nō q̄ ſuper terrā.

c Mortui eīm eſtis/ ⁊ vita veſtra eſt abſcondita cum Chriſto in Deo.

d Cū aūt Chriſtus apparuerit vita veſtra/ tunc ⁊ vos apparebitis cum ipſo

& ad exemplum Chriſti mortui, mundanis atque carnalibus obſeruantiis, c quænam hæc eſt dementia, vt adhuc quaſi eiſdē mortui non ſitis dogmatizari atque decerni vobis ſinatis de lege vetitis, ab his qui vos monent dicentes. d Illud non licet tangere, hoc non licet guſtare, aliud nec contrectare, aut contingere, atque id genus alia. e Quę omnia in interitum fiunt vtentibus atqꝫ obſeruantibus, ſi in eis ſpem ſuam locauerint: quæ ſunt ſecundum traditiones & dogmata humana, f quę ſecundum ſpeciem quidem videntur in ſe aliquid habere ſapientiæ, propter ſimulatam ab eius doctoribus, eximiam religionem & fictam humilitatē, g & quum videntur corpori ſuo non parcere, ſed auſtere illi cibos certos interdicere, quod etiam magnum videtur. h Neque tamen in honorem aliquem hoc illis reputatur, quod non permittant corpora ſua quantum opus habeant refici, atqꝫ expleri ſine diſtinctione, iis quæ dominus permiſit, cū gratiarum actione. Magis enim confuſio eſt illis quod libertatem quam eis Chriſtus donauit nolunt acceptare vt pro ſua neceſſitate reficiantur iis quæ creauit ad vſū hominū Deus.

ELVCIDATIO CAPITIS III.

a Taque ſi cum Chriſto conreſuſcitati
1 eſtis, à morte peccatorum ad vitā ſpiritus reducti, iuſtū eſt, vt deinceps quęratis quæ in cœlis ſunt, vbi Chriſtus eſt cū patre in æterna et æquali gloria imperiū tenēs. b Cœleſtia ſapite, iiſqꝫ ſolis affectū et cor apponite, terrena prorſus obliti. c Mortui enim eſtis mundo, & omnibus quæ ſuper terram ſunt. Et nunc quidem vita viuitis, Chriſto configurati, ſed latet in Deo abſcondita. d Cum autem tempus erit, vt ſe Chriſt⁹ vita veſtra reuelet in gloria ſua, in die illo & vos cum eo apparebitis palā omnibus, in eadem

gloria, & tunc patebit omnibus vita veſtra quę nunc latet, donec in corpore agitis, quando mortui potius ſecundum corpus reputamini. e Studete igitur membra veteris hominis, quæ terrena ſunt mortificare, ab operibus concupiſcentiæ prioribus ea ſubtrahẽdo: f extirpando fornicationem, & quãlibet carnis immundiciam, omnem libidinoſum ardorem, & quamlibet malam concupiſcentiam, & peculiariter auaritiam, quę per omnia conuenit cum idolorum cultura. g Propter quę vitia atque ſimilia, venire ſolet ira & indignatio Dei, ſuper homines incredulos & inobedientes mandatis Dei. h Quomodo & vos quondam conuerſati eſtis, cum adhuc vitiis & concupiſcentiis operam daretis. i Nunc autem poſtquam mortui eſtis iiſdem, ſit vobis cura abiiciendi huiuſmodi omnia: Imo & iram animi, & omnem indignationem ſigno aut vultu aut verbo oſtenſam, maliciam quamlibet aduerſus alterum, conuicium quoq; ex animi malitia prodiens: & omnem turpem ſermonem, atq; indecentem, ne loquamini per os veſtrum. a Nolite inuicem vobis, ſiue verbo, ſiue opere, mentiri. b Magis autem exuite & abiicite prorſus veterem hominem, cum operibus ſuis malis (id eſt, concupiſcentiam malam cum omnibus vitiis atq; peccatis) nouum hominẽ aſſumendo, cum ſuis actibus, c qui ſecundũ ſuam nouitatem acquiritur, per veram agnitionem Dei, in fide cum ſpe & charitate, ad expreſſam aſſimilationem, & conformitatẽ Dei, qui creauit illum. Per veram namq; Dei cognitionem, fide, ſpe, & charitate homo interior Deiformis efficitur, & imago creatoris per concupiſcentias deturpata, ſic innouatur. d Quantum vero ad Deum creatorẽ, aut quantum ad interiorem imaginem, non eſt vlla diſtinctio, quantum ad ſalutis priuilegium:

in gloria.

e Mortificate ergo membra veſtra que ſunt ſuper terram:

f fornicationem/ immundicia/ libidinẽ/ ꝯcupiſcentiã malã/ et auariciã/ q̃ eſt ſimulachꝛoꝝ ſeruit⁹/ g propter que venit ira Dei/ ſuper filios incredulitatis/ h in quibus ambulaſtis aliquando/ cũ viueretis in illis/

i Nunc autem deponite et vos omnia iram/ indignationẽ/ malitiã/ blaſphemiam/ turpẽ ſermonẽ de ore veſtro.

a Nolite mentiri inuicem/

b expoliantes vos veterem hominem/ cum actibus ſuis/

c et induentes nouum eum qui renouatur in agnitione Dei/ ſecundum imaginem eius qui creauit illum/

d vbi non eſt maſculus et femina Gentilis et Judeus/ circũ

ciſio et preputium/ Barbar⁹ et Scytha ſeruus et liber:

e ſed omnia et in omnibus Chriſtus.

f Induite vos ergo ſicut electi Dei ſancti et dilecti viſcera miſericordie / benignitatẽ/ humilitatẽ modeſtiã/ patientiã

g ſupportãtes inuicem/ et donantes vobiſmetipſis / ſi quis aduerſus aliquẽ habet querelam/

h ſicut et Dominus donauit vobis/ita et vos.

i Super oĩa autem hec charitatẽ habete/ quod eſt vinculũ perfectionis.

a Et pax Chriſti exultet in cordib⁹ veſtris/

in qua vocati eſtiſ in vno corpore et grati eſtote.

b Verbũ Chriſti habitet in vobiſ abũdãter/ i oĩ ſapiẽtia/docẽtes et cõmonẽtes voſmetipſos/in pſalmiſ/hymniſ/et cãticiſ ſpiritualib⁹ / in grã cãtantes in cordib⁹ veſtris Deo.

c Omne quodcunq̧

legium:neq̧ ex ſexu,inter maſculum & fœminam,neq̧ ex natione inter Gentilẽ & Iudæum,neq̧ ex obſeruatione inter circunciſũ & incircunciſũ,neq̧ ex patria, inter Barbarum & Scythã.Neq̧ ex conditione,inter ſeruum & liberum: e ſed eſt Chriſtus vnus, omnia in omnibus, quem ſolũ oportet in interiori homine attendere,ſine conſyderatione eiuſmodi temporaliũ diſtinctionũ. f Curate igitur vt induamini,ſicut decet ſanctos & electos Dei, & peculiariter dilectionẽ viſceroſam,et compaſſiuam miſericordiã,manſuetudinẽ ac lenitatem,humilitatem, & in omnibus rebus ſanctã modeſtiam, g cũ patientia ſuſtinentes ac ferentes inuicem,inuicẽ q̧ dimittentes,ſi quẽ contingat ab altero offenſum, iuſtã habere cauſã iræ, exemplo Domini: h qui ſicut nobis dimiſit, ita & nos viciſſim dimittere inuicẽ debemus iis, aduerſus quos querelam habemus. i Super oĩa autem ſectamini charitatẽ,quę eſt virtutum perfectiſſima,& totius perfectionis vinculũ, in qua oẽs virtutes colligãtur, & velut coniũtur. Omnes enim virtutes in radice charitatis vnũ ſunt,& ipſa omnes cuſtodit,atque colligatas cõſeruat. a Et pax Chriſti,pax vera,exultet,triumphet,dominetur,et ſuperuincat in ſpiritu veſtro: in qua,& ad quam vos Deus ſua gratia vocarit, ex conturbatione ſęculi,& ſęcularium deſyderiorũ tumultu:& grati eſtote Deo,de vocatione veſtra, cæteriſq̧ omnibus in vos collatis beneficiis. b Verbum Chriſti intra vos inhabitet abũdãter,maneatq̧ & fructificet in vera ac perfecta cœleſti ſapiẽtia, Docete atq̧ cõmonete voſipſos & voſinuicẽ ,in pſalmis et hymnis & cãticis,nõ carnalibus,aut laſciuis,ſed ſpiritualib⁹:non in carnis laſciuia,quẽadmodũ qui choreas ducũt, ſed in gratia cantãtes domino,in tripudio et exultatiõe ſpũs. c Omne quod

ne quod facitis,ſiue loquendo, ſiue opus operando,qualecunqueſit ad gloriam & honorem domini noſtri Ieſu chriſti facite,ſemper in omnibus & de omnibus gratias agentes Deo patri,per chriſtum:quoniam à patre nobis omnia per Chriſtum bona procedunt.

d Vt vero tandem ad mores particularius deſcendam primo loco vxoribus præcipio atq; denũcio,vt ſubditæ ſint viris ſu is in domino,ſicut decet:id eſt amore dei & propter præceptũ eius,ex animo. e Deinde & vos ò viri,ne contemnite,quas ex domini præcepto habetis ſubditas vxores veſtras:ſed diligite eas in veritate,& nolite amaritudinẽ aduerſus eas habere. f Filij obedite parẽtib⁹ veſtris per omnia,quoniam ſic domino placitum eſt,& ſic mandauit. g Viciſſim patres, nolite ſuperfluis contentionibus filios veſtros irritare,vt non ad impatientiamcõcitati in malum veniant. h Serui per omnia præſtate obedientiam dominis veſtris temporalibus,non ad oculũ tantum ſeruientes,quaſi ad placẽdum hominibus,ſed in cordis ſimplicitate timentes dominum,& illi ſoli placere quęrẽtes. i Quicquid agitis ex aĩo ſimpliciter agite,tanq̃ ante conſpectũ dñi ad placẽdũ ei nõ aũt ad fauorẽ tãtũ humanũ vobiſipſis conciliandũ:ſcientes quod dominus eſt,qui vobis retribuet pro opere veſtro æternæ hæreditatis pręmium. Propter quod chriſto ſemper vt præcipuo domino ſeruite in omnibus. a Nam qui fecerit iniuſtitiam recipiet mercedem ſuam condignã,quiſquis is fuerit,ſiue ſeruus,ſiue dominus. b Et nõ attendit deus perſonam, in ſuo iuſto iudicio.

facitis/in verbo aut in opere/ oia in nomine dñi noſtri Ieſu chriſti gratias agentes deo ⁊ patri per ipſum.

d Mulieres ſubdite eſtote viris ſicut oportet in domino.

e Uiri diligite vxores veſtras/⁊ nolite amari eſſe ad illas.

f Filij obedite parẽtibus per oia: hoc eñ placitũ eſt domino.

g Patres nolite ad indignationẽ prouocare filios veſtros/ vt nõ puſillo aio fiãt.

h Serui obedite per oia dñis carnalibus nõ ad oculũ ſeruientes/ quaſi hominib⁹ placentes/ ſed in ſimplicitate cordis timentes dominum.

i Quodcũq; facitis ex animo operamini/ ſicut dño/ ⁊ nõ hominib⁹/ ſcientes q̃d a dño accipietis retributionem hereditatis: dño xp̃o ſeruite: a Qui eñ iniuriã facit recipiet id quod inique geſſit. b ⁊ nõ eſt perſonarũ acceptio apud deũ

¶ ELVCIDATIO CAPI. IIII.

a DOmini cũ ſeruis ſuis agant,vt iuſtitia & ęquitas poſtulat:Cõſiderãtes ſe quoq; dominũ habere in cœlis,qui pro ſeruis aduerſum ipſos iudicabit, ſi inique

TEXTUS CAP. quartum.

a Dñi quod iuſtũ eſt ⁊ equũ ſeruis preſtate: ſcientes/ quod et vos dñũ habetis in celo.

b Orationi inſtate/ vigilãtes in ea: gratiarum actione. c orãtes ſimul ⁊ pro nobis vt deus aperiat nobis oſtiũ ſermonis ad loquendũ myſteriũ Chriſti ꝓpter quod etiã vinctus ſũ) vt manifeſtẽ illud/ ita vt oportet me loqui. d In ſapiẽtia ambulate ad eos qui foris ſũt tẽpus redimentes.

e Sermo veſter ſẽp in gratia ſale ſit cõdit⁹ vt ſciatis / quõ oporteat vos vnicuiq; reſpondere.

f Que circa me ſunt oĩa vobis nota faciet Tychicus chariſſim⁹/ ⁊ fidelis miniſter ⁊ cõſeru⁹ in dño g quem miſi ad vos ad hoc ipſũ vt cognoſcat que circa vos ſũt ⁊ cõſolet̃ corda vr̃a/ cũ Oneſimo chariſſimo ⁊ fideli fratre/ q̃ ex vobis eſt/ q̃ oĩa que hic agũtur nota facient vobis/

h Salutat vos ariſtarchus cõcaptiu⁹ me⁹/ ⁊ Marcus ꝯſobrinus Barnabe de quo accepiſtꝭ mãdata: a ſi venerit ad vos ſuſcipite illũ/ ⁊

ſi inique eos modo tractauerint. b Vniuerſi vero eſtote in orationibus aſſidui & vigilantes atq; ſoliciti, cũ gratiarum actione, c memores etiam noſtri in orationibus veſtris, vt deus oportunitatem nobis faciat ad prædicandum verbum dei, & myſteriũ chriſti, ob cuius prædicationem etiam vinctus ſũ vt illud audacter & intrepidè manifeſtum faciam, ſicut ex officio me loqui oportet.

d Debetis autem caute admodum & prudenter conuerſationem veſtram inſtituere, inter infideles, tempus dum habetis redimentes, ne pereat: id eſt in operib⁹ bonis bene expendentes, ne per vos ſcandalizati infideles blaſphement Chriſti nomen, vtque per vos ad chriſtum valeant conuerti. e Sermo veſter quemcunq; protuleritis, ſit ſale ſapientiæ atq; diſcretionis cõditus, vt ſit gratus audientibus, & fructum queat efficere: diligenter attendentes, qualis ſermo cui conueniat, ne cuiquam præter decorum loquamini, ne quenquã veſtro incondito, intempeſtiuo, aut indiſcreto ſermone offendatis. f Quæ autẽ circa me & de me aguntur, omnia vobis faciet nota Tychicus chariſſimus frater, & fidelis miniſter conſeruus quoq; & operari⁹ meus, omniumq; veſtrum, in domino. g Quem ad vos in hoc ipſum nunc mitto, harum literarum portatorem, vt quo in ſtatu res veſtræ ſint perdiſcat & conſoletur ſpiritum veſtrum in verbo ſuo, vna cum Oneſimo chariſſimo & fideli fratre, qui à vobis ad me acceſſit in vinculis conſtitutum. Hi (inq̃) omnia quæ hic de me aguntur, indicabunt vobis. h Salutat vos Ariſtarchus concaptiuus meus, & Marcus Barnabæ conſobrinus, de quo mandatum accepiſtis: a Si illũ contingat ad vos venire, benigne eum ſuſcipite. Et Ieſus cuius cognomen eſt Iuſtus: qui ſunt ex Iudæis credentes. b Hi ex circunciſione ſoli

ſoli ſunt adiutores & cooperatores mei in prædicatione regni cœleſtis, qui mihi ſuo adiutorio atque obſequio, impenderunt, impendũtq; ſolatium. c Salutat vos Epaphras. qui à vobis huc acceſſit, verus Christi ſeru⁹ licet nunc corpore à vobis abſens, ſẽp tamẽ ſpiritu ſolicitus, ac peruigil in orationibus, pro vobis: quibus precatur deũ, vt ſtetis īmobiles & perfecti in fide, & pleni in voluntate dei, nihilque omittentes eorum quæ ſunt diuinæ voluntatis. d Hoc enim de eo teſtimonium aſſero, quod multo zelo & cura ſolicitus eſt, multũque laborat pro veſtra ſalute, & pro fidelibus qui ſunt Laodiciæ, & qui Hierapoli. e Salutat vos Lucas medic⁹ chariſſimus, & Demas. f Salutate fideles Laodicenſes, veſtros finitimos, & egregium illũ Nympham, ſalutatione bene dignum, cum ſua ſancta familia, quam merito eccleſiam poſſum nominare. g Et cũ lecta fuerit apud vos epiſtola hęc, curate, vt & in Laodicẽſiũ Eccleſia legatur: & ea quam ad Laodicenſes ſcripſi, in veſtra eccleſia recitetur. h Nominatim vero Archippo veſtro doctori, ex meo nomine dicite: Vide ſolicitus, vt miniſterium tuum quod accepiſti ſecundum voluntatem & imperium domini, impleas diligenter. i Salutationẽ vobis ꝓpria mea manu ſubſcribo, huiuſcemodi. a Memores eſtote vinculorum meorum, vt vos in patientia & fide corroboremini. b Gratia vobiſcum.

AMEN.

Ieſ⁹ q̇ dr̄ iuſt⁹ / qui ſunt ex circũciſione b hi ſoli ſunt adiutores mei in regno dei / q̇ mihi fuerũt ſolatio. c Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt / ſeruus xp̄i Ieſu / ſẽp ſolicit⁹ ꝓ vobis in orōnib⁹ / vt ſtetis perfecti ⁊ pleni in omni volũtate dei / d Teſtimoniũ eñ illi phibeo / quod hꝫ multũ laborẽ ꝓ vobis / ⁊ ꝓ ijs q̇ sũt Laodicie / ⁊ qui Hierapoli / e Salutat vos Lucas medic⁹ chariſſim⁹ ⁊ Demas / f ſalutate frẽs q̇ ſũt Laodicie ⁊ Nimphã ⁊ que in domo ei⁹ eſt eccleſiam / g Et cũ lecta fuerit apḋ vos epiſtola hec / facite vt ⁊ i Laodicẽſiũ eccleſia legaẗ: ⁊ ea que Laodicẽſiũ eſt / vobis legaẗ. h Et dicite Archippo / vide miniſteriũ quod accepiſti in dño vt illud ipleas. i Salutatio mea manu pauli. a Memores eſtote vinculorũ meoꝝ. b Gratia dñi noſtri Ieſu chriſti vobiſcũ. Amen.

℄ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Theſſalonicenſes priorem Beati Pauli Apoſtoli.

VSqueadeo perfecti erãt in Chriſto, hi ad quos nunc Apoſtolus ſcribit Theſſalonicenſes, vt pro eius fide etiam perſecutiones patienter tolerarent à ſuis cõciuibus, ratione Chriſtiani nominis ſibi illatas. Erat autem Theſſalonica (à qua Theſſalonicenſes dicti ſunt) ciuitas metropolis Macedoniæ: Vnde fiebat, vt virtutis illorum non ſolum fama, ſed etiam æmulatio late ſpargeretur, proueniretque ex eorum bono fructus plurimus. Apoſtolus itaque gaudens de bonis eorum profectibus, conſolatoriam atque exhortatoriam eis ſcribit hanc epiſtolam: primum quidem ſuo more gratias agens, de iis quæ à Deo donata ſunt illis, ac deinde quæ de eis per famam bonam cognouit, ad eorum ponit commendationem. Secundo autem capitulo, volens eos ad perſecutionum tolerantiam animare, ſuas proponit paſſiones, propter quas quum nunquam ipſe omiſerit prædicare verbum veritatis, eo quod Deo ſeruiret non hominibus: oportet, vt nec ipſi propter perſequutiones & tribulationes corporales, à fide recta deficiant: Vbi & amorem nimium, quo illos ſe dicit proſequi, & diligentiam ac ſolicitudinem, qua inter eos præſens fuerat conuerſatus, reducit ad memoriam: vt vel eos ſic ad ſui imitationem, & in fide Chriſti perſeuerantiam inducat inque eis contineat. Deinde & exemplum proponit Eccleſiarum Iudęæ, & Iudæorum ab antiquis diebus peruerſitatem, manifeſtat. Se vero dicit conatum fuiſſe ſemel atque iterum, vt ad eos poſſet inuiſendos accedere, propter amoris ſui affectionem, licet minus ſucceſſiſſet. Vnde tertio capite, eo quod per ſe non potuit ad illos accedere, Thimotheum ſe dicit miſiſſe: ad cognoſcendum quomodo ſe inter ipſos res fidei haberet, & ad confirmandos eos in patientia. Ex cuius reditu, bona renunciantis de eorum patientia, ac perſeuerantia, plurimum fuit conſolatus: eo quod nihil in hoc mundo prius haberet profectu diſcipulorum ſuorum, pro quo etiam contiñuo deprecationem ſubiungit. De hinc quarto capitulo monet eos, vt ſecundum doctrinam & præcepta viuãt Apoſtolorum, fugientes fornicationem, & iuſtitiam, & omnem immũ

immunditiam commendansque eos de charitate quam erga fratres exhibent, à malo ocio eos dehortatur, ad laborem manuum honeſtum eos exhortans: vt non vagabundi & ocioſi circumambulent, quod multorum ſolet eſſe malorum occaſio. Poſt hæc ad ipſorum conſolationem, de mortuorum reſurrectione eos inſtruit, modum ſimul & ordinem reſurrectionis eis manifeſtans. Vltimo tandem capitulo, de aduentu diei nouiſſimi & iudicij extremi, eos commonefacit: quod ſicut fur in nocte ſit venturus, propter quod non dormire nos oportet lucis filios, quemadmodum infideles filij tenebrarum faciunt, ſed vigilare in operibus bonis, vt ſemper cum domino ſimus. Demum eos ad mutuam conſolationem peculiariter ad præpoſitorum reuerentiam, ad inquietorum compreſſionem, & alia eiuſmodi, quæ morum ſunt exhortans, & pro eorum perfectione ac perſeuerantia Dominum deprecans, ita claudit Epiſtolam.

¶ Finit Argumentum in Epiſtolam ad Theſſalonicenſes priorem.

TEXTVS Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes prioris beati pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD THESSALOnilenſes priorem Beati Pauli Apoſtoli.

TEXTUS. CA. primum.

a PAulꝰ ⁊ Syluanꝰ/ ⁊ timothêꝰ eccleſie Theſſalonicēſiū in deo patre noſtro/ ⁊ dn̄o noſtro Jeſu chriſto/

b Gr̄a vobis ⁊ pax.

c Gr̄as agimꝰ deo ſẽp p oibus vobis memoriā veſtri facientes/ in orationibus noſtris ſine intermiſſione/

d memores operis in fidei veſtre ⁊ laboris et charitatis/ et ſuſtinentie ſpei dñi noſtri Jeſu xp̄i ante deū et patrē noſtrum.

e Scientes fr̄es dilecti a deo/ electionē veſtram/

f Quia euangelium noſtrū non fuit ad vos in ſermone tātū

ELVCIDATIO, capitis primi.

a PAVlus, Syluanus, & Timotheus ſcribunt, ſalutẽque precantur Eccleſiæ Theſſalonicenſium quæ eſt congregata in fide Dei patris, & Domini noſtri Ieſu Chriſti. b Sit vobis gratia & pax à Deo patre & Domino noſtro IESV CHRISTO. c Non ceſſamus agere gratias Deo, de beneficiis in omnes vos collatis, habẽtes veſtri memoriã in oratiõibus noſtris ſine intermiſſione: d dum recordamur opꝰ quod in fide operamini, & laborem veſtrũ, atque charitatem fraternitatis quam habetis in ſanctos, & perſeuerantiam veſtram qua patienter expectatis ſpem cœleſtium bonorum, quæ eſt per Chriſtum Ieſum Dominum noſtrum, habentes ante oculos Deum & patrem omnium noſtrum. e Nos (inquam) agimus gratias, eo quod certam habeamus (fratres à Deo ſingulari beneficio dilecti) veſtram vocationem, ſcientes eam veram & à Deo fuiſſe, qui vos eo quod dilexit vocauit, f Quoniam prædicatio noſtra qua vobis annunciauimus Euangelium ſalutis, non fuit tantum per verbum vocis humanæ

manæ,ſed affuit & virtus diuina,& ſpirit⁹ ſanctus,cum abundantia donorum ſuorum: g quemadmodum ipſi & vidiſtis & ſcitis qualiter inter vos me geſſerim , aut qualia fuerim operatus, vt vos ſaluaremini credentes. h Et vos non degeneres filij,neque ſegnes diſcipuli,mox imitatores noſtri effecti eſtis: Neque noſtri ſolum,ſed etiam Chriſti (qui eſt exemplar primum omnis perfectionis) i in eo quod verbum fidei excepiſtis credentes , cum gaudio ſpiritus , etiam in multa tribulatione vobis, propter fidem Chriſti ab infidelibus illata: a adeo vt ſitis facti exemplum fidei & patientiæ, omnibus fidelibus habitantibus in regione Macedoniæ,cuius eſt ciuitas veſtra Metropolis,et in regionibus Achaię vicinis. g Nam verbum domini à vobis reſonat,& per vos ſpargitur atque diffunditur non modo in Macedonia tota & viciniore Achaia : ſed in omni loco fidelium, fides veſtra qua credidiſtis in Deum viuum,relatu peruenit,atque auditu diuulgata eſt. h Ita vt non ſit nobis neceſſe, quicquam de veſtris loqui virtutibus coram aliis eccleſiis,ad ædificationem. d Iam enim audierunt vbique cum admiratione patientiæ veſtræ : & iam norunt enarrare de nobis, quonam modo ad vobis prædicandum ipſi acceſſerimus, e & de vobis quomodo ab idolis auerſi ſitis cõuerſi ad deũ, vt illũ colatis deũ viuũ et verũ, f vt expectetis aduentum filii eius de cælis, quo veni et iudicare viuos & mortuos: quem ſuſcitauit ex mortuis ſaluatorem populorum, g qui magna violentia, p paſſionis ſuæ amaritudines,nos rapuit & ſubtraxit damnationi,quæ ſuper nos erat ventura ſi in peccatis manſiſſemus,& quę veniet ſuper omnes impios atque incredulos.

ſed in virtute ꝛ ſpũ ſancto: ꝛ in plenitudine multa:
g ſicut ſcitis/ quales fuerimus in vobis,ꝑpter vos.
h Et vos imitatores noſtri facti eſtis/ ꝛ domini/
i excipientes verbũ in tribulatione multa cum gaudio ſpũs ſancti/
a Ita facti ſitis forma omnibus credẽtibus in Macedonia ꝛ Achaia.
b A vobis em̃ diffamatus eſt ſermo dñi non ſolũ in Macedonia ꝛ in Achaia/ ſed in oĩ loco fides vr̃a que eſt ad deuz profecta eſt.
c Ita vt nõ ſit vobis neceſſe quicquaz loqui.
d Ipſi em̃ de nobis annunciant/ qualez introitum habuerimus ad vos.
e quõ conuerſi eſtis ad deum a ſimulachris ſeruire deo viuo ꝛ vero/
f ꝛ expectare filium eius de celis/ quẽ ſuſcitauit ex mortuis Jeſum/
g qui eripuit nos ab ira ventura.

ELVCIDATIO CAPITIS II.

a Deno-

a Nã & ipſi ſcitis fratres introitũ noſtrũ ad vos, quia nõ inanis fuit.

a E noſtro quidem acceſſu ad vos, prædicationis gratia, ipſi didiciſtis experientia quod non ſine efficacibus teſtimoniis diuinę virtutis fuerit, nec ex vanitate aut ſuperbia: b ſed antequam accederem⁹ ad vos per multas tribulationes probati, & in Philippis & peculiariter multa dira & ignominioſa perpeſſi, ſicut audiſtis & ſcitis, nihilominus confidentes in domino auſi fuimus prædicare vobi idem illud, pro quo iã tanta paſſi fueramus, Euangelium Dei: Idq́ multa ſolicitudine, & labore plurimo. Agimus autem audacter in Euangelio Dei, nihil reueriti perſequutiones, ob teſtimonium bonę conſcientiæ: c ſcientes quod noſtra prædicatio atq́ doctrina non eſt erronea, neque ex errore naſcitur, vt diſciplinæ ſæculares nõnullæ. Neque immunda eſt, neque ex immundicia naſcitur, quemadmodum nonnullæ Philoſophorum doctrinæ atque gentilium. Et hęc ipſa noſtra exhortatio non eſt in dolo ad ſeducendum homines à libertate Euangelii, cuiuſmodi eſt doctrina Pſeudoapoſtolorum: d ſed loquimur in veritate euangelium Dei, ſynceriter & pure, quemadmodum nobis illud Deus prædicandum credidit atque commiſit, quos ad hoc ipſum probatos reputauit & dignos fecit. e Ita inquam, loquimur, vere & fideliter: non vt placeamus hominib⁹, principalem ibi finem conſtituentes, ſed vt deo placeamus, qui ſcrutatur intima ſpiritus noſtri, ad retributionẽ. f Neque enim aliquando vſi ſumus ſermonibus adulatoriis, quemadmodum ipſi optime noſtis g Neque propter auaritiæ cupiditatẽ, aut lucri gratia vobis p̃dicauim⁹, cuius rei mihi Deus teſtis eſt. h Neque propter laudem hominum, neque veſtram, neq́ aliorum. Quum tamen potuiſſemus à vobis merito

D

b Sz ãte paſſi multa, & cõtumelijs affecti ſicut ſcitis in Philippis,

fiduciã habuim⁹ in deo noſtro, loqui ad vos euangelium dei in multa ſolicitudine,

c Exhortatio eñi noſtra non de errore neq́ de immũditia,

neq́ in dolo.

d ſed ſicut probati ſumus a deo vt crederetur nobis euangelium.

e Ita loquimur, nõ quaſi hoib⁹ placentes, ſed deo qui ꝓbat corda noſtra.

f Neq́ eñi aliquando fuimus in ſermone adulatiõis, ſicut ſcitis neq́ in occaſione auaritie, deus teſtis eſt. h Neq́ querentes ab hoib⁹ gloriam, neq́ a vobis, neque ab alijs, cum

& honorem, & ſumptum (quę magiſtris debentur) exigere tanquam Apoſtoli Chriſti, ratione officii Apoſtolici, atque ſuſcipere.

i Sed propter Euangelii fructum conuerſati fuimus velut paruuli inter omnes vos, neque honorem, neq; aliud quicquam deſiderantes à vobis. a Quemadmodum nutrix filios quos in ſua cura habet educandos omni cura ſtudioſiſſime enutrit, atq; curat: Ita nos nimia charitate vobis affecti cupiebam⁹ tradere vobis: non ſolum euangeliū dei, verbo prædicando: ſed etiam vitam noſtram, pro vobis mori parati; b qm̄ chariſſimos vos habuimus ratione fidei & bonæ voluntatis veſtræ. Neq; dubito, quin memores ſitis adhuc laborū & fatigationū, quos veſtri cauſa ſuſcepimus. Cum nocte ac die aſſidue operis aliquid agentes præter prædicationē publicam, & exhortationes priuatas, etiam operi manuum inſiſtentes: ſic ſolicite prædicauimus inter vos euangelium dei, ne quemquam veſtrum grauaremus, ocioſe aut oneroſe panem alienum manducantes. c Vos conſcis eſtis & magis Deus, quam immaculate & iuſte (ita vt nemo conqueri de nobis iure poſſit) conuerſati fuerimus inter vos qui deo crediſtis, d Sicut ſcitis, qualiter non ſolum publice docuerimus, ſed etiam ſingulos veſtrum, tanquam pater filios deprecando, exhortando, cōſolando obteſtabamur vos & vehementiſſime commonebamus, vt conuerſationem dignam veſtra vocatione duceretis, qua vos deus vocauit per fidem, ad retributionem regni & gloriæ ſuæ, ſi per manſeritis in vocatione veſtra: e Atq; ob hæc tanta vobis, partim præſtita, partim ꝓmiſſa beneficia, non ceſſamus à gratiarum actione: f quoniam cum audiſſetis, ex noſtra prædicatiōe ſermonē in quo auditur & dicit̄ myſteriū dei, accepiſtis illud credētes nō

vt

poſſem⁹ oneri eē vt Chriſti apoſtoli/

i ſed facti ſum⁹ paruuli in medio veſtrū

a Tāq; ſi nutrix foueat filios ſuos ita deſiderantes vos cupide volebamus tradere vobis nō ſoluʒ euāgeliū dei ſʒ etiā animas noſtras/

b qm̄ chariſſimi nobis facti eſtis/

c Memores em̄ eſtis fratres laboꝛ noſtri ⁊ fatigatiōis/ nocte ac die operātes/

Ne quemq; veſtrum grauaremus/ predicauim⁹ i vobis euangelium dei/

c Uos teſtes eſtis ⁊ de⁹/ q̄ ſācte ⁊ iuſte ⁊ ſine querela vobis q̄ credidiſtis affuim⁹.

d ſicut ſcitis/ qualiter vnumquēq; veſtrum pater filios ſuos deꝑcātes vos ⁊ cōſolantes teſtificati ſum⁹/ vt ābularetis digne deo/ q̄ vocauit nos in ſuū regnum ⁊ gloꝛiam.

e Ideo nos gr̄as agim⁹ deo ſine intermiſſione/

f qm̄ cū accepiſſetis a nobis verbuʒ audit⁹ dei accepiſtis illud non vt verbū hominū/ ſʒ ſicut eſt vere

verbum dei/
g qui operat̃ in vo-
bis qui credidiſtis/
h vos ei imitatores
facti eſtis (fratres)
eccleſiarũ dei que
ſũt in Judea in xp̃o
Jeſu qui eadẽ paſſi
eſtis τ vos a contri
bulib⁹ veſtris/ ſicut
τ ipſi a Judeis:
i qui τ dominum oc
ciderunt Jeſum/
τ prophetas/ τ nos
perſecuti ſunt/
τ deo non placent/
a et oibus homini
bus aduerſantur/ p
hibentes nos genti
bus loqui vt ſalui
b vt impleant pecca
ta ſua ſemper.
c Peruenit eñi ira
dei ſuper illos vſq̃
in finem.
d Nos autem/ fra
tres/ deſolati a vo
bis/ ad temp⁹ hore
aſpectu non corde
abundãtius feſtina
uimus faciẽ veſtrã
videre cũ multo de
ſiderio:
e quoniam voluim⁹
venire ad vos ego
quidem Paulus et
ſemel τ iterum/ ſed
impediuit nos Sa-
tanas.
f Que eſt eñi noſtra

vt ab hominibus, ſed vt verbum à Deo pro
diens, ſicut eſt, vere verbũ Dei, et tanquã deo
vobis loquente, ſic fidem habuiſtis noſtræ p̃
dicationi. g Qui Deus, in vobis qui credi
diſtis operatur, vt credatis: ſicuti & in nobis
operatur, vt illud digne prędicemus. h
Vos enim fratres, facti eſtis *imitatores* eccle
ſiarum fidelium, quæ ſunt in Iudæa in Chri
ſto Ieſu congregatæ: quia pro amore nomi-
nis Chriſti, ſimilem vos perſecutionem ſuſti
nuiſtis à veſtris conciuibus, qualem & illi
ſuſtinuerunt priores à fratribus ſuis Iudæis
ſecundum carnem. i Qui quidem Iudæi
(ne nouum aliquid iam videantur aduerſũ
ſanctos agere) & Dominum Ieſum, ſuum
Meſſiam occiderunt & qui hunc prænuncia
bant ad ſe miſſos Prophetas: & nos (qui e-
undem prædicamus) Apoſtolos eius, perſe-
qui non deſinunt, & Deo non placent,
a & vniuerſorũ ſaluti propter inuidiã obſi
ſtunt, quęrentes impedire nos, ne gentibus ſa
lutem prædicemus. Ita ſane vt impleant mẽ
ſuram patrum ſuorum ſemper, patrum ſuo
rum delictis ſua adiicientes grauiora. c
Nam ſub ira Dei ſunt, propter ſuam obſti-
nationem, & perſeuerabunt vſque in finem
ſæculi, quando reliquiæ Iſrael ſaluæ fient.
d Nos autem (fratres) priuati, ad tempus
modicum, aſpectu ac conſolatione corpora-
lis pręſentiæ veſtræ, amplius laborauimus
cum multo deſiderio, ad videndum præſen-
tiam veſtram. e ne vero nos puteris hæc
vrbanitatis tantum gratia dicere, ſcitote q̃d
voluimus venire ad vos, peculiariter quidẽ
ego Paulus, iam altera vice ſed impedimen
tum nobis ſuſcitauit inuidus diabolus.
f Nam quid eſt aliud vnde remuneratio-
nem ſperem, aut de quo gaudeam ante Do-
minum, aut propter quod coronam immor
talitatis æternam expecto: niſi vos qui per
meam

meam prædicationem credidiſtis? g vtiq; vos coram iuſto iudicio domini noſtri Ieſu Chriſti in die aduentus eius, eritis gloria noſtra et gaudiũ. Hoc eſt, ii de quibus & ꝑ quibus tunc gloriabor & gaudebo, pro laboribus, quos in vobis inſtituendis exhibui, remunerationem ſuſcipiens.

g Vos em̃ eſtis gloria noſtra ꝛ gaudiũ.

ELVCIDATIO CA. III.

a O B nimium ergo deſyderii noſtri feruorem, cum amplius non ſuſtineremus veſtrarum rerum eſſe ignari, complacuit nobis Thimotheum fratrẽ noſtrum & miniſtrum Dei, in Chriſti prædicãdo Euangelio, nobis interim ſine eo Athenis remanentibus, ad vos mittere, ad confirmandum corda veſtra, atque ſuis exhortationibus conſolandum pro ſtabilitate atque incremento fidei veſtræ, vt nemo tribulationibus iſtis, quas vobis veſtri contribules inferunt: deuictus, recedat a fide ſuſcepta. b Iam enim edocti eſtis & ſcitis, quod in hoc nos Deus vocauit, dum fideles fecit : vt per varias tribulationes ad regnum pertingamus. c Nam et de nobiſipſis, cum præſentes eſſemus apud vos prædicabamus vobis, perſequutiones nobis imminere, ſicut & factum eſt, & iam auditu cognouiſtis. d Propter hoc, inquam, quoniam in tribulationib⁹ agitis, miſi Timotheum vt cognoſcerem certo de conſtantia fidei veſtræ: Ne forte nobis abſentibus tentator diabolus vos tentauerit, & deuicerit, noſtroſque labores (quantum ad veſtram ſalutem) irritos fecerit. e At vero nunc, poſteaquam a vobis ad nos rediens Timotheus, ſignificauit nobis de ſtabilitate fidei veſtræ, & charitatis vigore, & quia noſtri ac noſtræ doctrinæ memores eſtis in bonum, ita nobis affecti, vt deſyderetis etiã plurimum noſtri præſentiam, quemadmodũ & nos veſtram: f In his, non modicum conſolati

TEXTVS. CA. Tertium

a Propter quod nõ ſuſtinẽtes amplius placuit nobis remanere Athenis ſolis, miſimus Timotheũ fratrem noſtrũ ꝛ miniſtruʒ Dei in Euãgelio Chriſti ad cõfirmandos vos ꝛ exhortandos, pro fide veſtra, vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.

b Ipſi em̃ ſcitiʒ quod in hoc poſiti ſumus. c Nã ꝛ cũ apud vos eſſemus, predicabam⁹ vobis paſſuros nos tribulatiões, ſicut ꝛ factũ eſt ꝛ ſcitiʒ d Propterea ꝛ ego amplı⁹ nõ ſuſtinens miſi ad cognoſcẽdũ fidẽ veſtrã: Ne forte tentauerit is qui tẽtat, ꝛ inanis fiat labor noſter.

e Nunc aũt veniente Timotheo ad nos a vobis ꝛ annunciãte nob' fidẽ ꝛ charitatẽ veſtrã, ꝛ q: memoriã noſtri habetiʒ bonã, ſemper deſyderãtes nos videre ſicut ꝛ nos ꝗ ꝙ vos f Ideo conſolati ſum⁹ fratres in vobis,

in omni neceſſitate et tribulatione noſtra/ per fidē veſtrā g quoniam nunc viuimus ſi vos ſtatis in domino.
h Quā enim gratiarū actionē poſſum⁹ Deo retribuere ꝓ vobis in oi gaudio/ q̄ gaudem⁹ ꝓpt̄ vos ante dn̄z Deū noſtrum/ i die ac nocte abundātī⁹ orātes/ vt videam⁹ faciē veſtrā/ ⁊ ꝯpleamus ea que deſunt fidei veſtre.
a Ipſe ei De⁹ ⁊ pat̄ noſter et dn̄s Jeſus Chriſtus/ dirigat viam noſtram ad vos.
b Uos aūt dn̄s multiplicet/ ⁊ abūdare faciat charitatē vr̄am in inuicē ⁊ i oēs quēadmodū ⁊ nos in vobis/ ad ꝯfirmāda corda vr̄a ſine q̄rela/ in ſc̄titate/ aū Deū ⁊ p̄rez nr̄z in aduētu dn̄i nr̄i Jeſu Xp̄i cū oib⁹ ſc̄tis ei⁹/ Amē.

TE. CA. Quartuz

a De cetero fr̄es rogam⁹ vos ⁊ obſecram⁹ in dn̄o Jeſu/ vt quēadmodū accepiſtis a nobis/ quō oporteat vos ābulare et placere Deo/ ſic ⁊ ābuletis/ vt abūdetis magis
b Scitis ei que precepta tradiderī vobis per dominū Jeſū
c Hec eſt eīm voluntas Dei ſc̄tificatio veſtra: vt abſtineat vos a fornicatione/

lati ſumus, de vobis hæc audientes, licet in multis neceſſitatibus atque tribulationibus verſaremur propter certitudinem veſtræ fidei, quam ex hiſce ſignis, aperte adhuc integram cognoſcimus. g Quoniam illud nos quaſi vitam, & quaſi in humanis omnibus reputamus præcipuum, ſi vos firmi ſtatis in fide Dei. h Et nunc quomodo condignam poſſimus Deo gratiarum actionem retribuere, pro omnibus vobis, propter vniuerſum gaudium quo gaudemus de vobis, corā Deo noſtro. i Quē aſſiduis precib⁹ oram⁹, vt opportunitatē nobis faciat veniēdi ad vos, vt abūdātī⁹ inſtruamini et cōpleamini doctrina prędicatiōis noſtrę, in eo quod adhuc docēdum ſupereſt, vtque plenius vos edoceamus myſteria fidei veſtræ. a Ipſum autem precor Deum qui eſt pater noſter, & dominum Ieſum Chriſtum, vt dignetur iter noſtrum dirigere ad vos. b Interim autem vos dominus creſcere & abundare faciat charitate, erga ſanctos, ad inuicem, atque etiā in omnes, quemadmodum & nos abundam⁹ erga vos charitate, vt confirmetur ſpiritus veſter, ſitque irreprehenſibilis in ſanctificatione perfecta coram Deo & patre noſtro, in die quando adueniet dominus noſter Ieſus Chriſtus, cū omnibus ſāctis ſuis in gloria ſua. Amen.

ELVCIDATIO CAPITIS IIII.

a C Aeterum fratres, rogam⁹ vos & obſecrātes exhortamur, in domino Ieſu: vt ſic conuerſemini, quemadmodum à nobis audiuiſtis, quomodo oporteat vos vitam omnē inſtituere, & Deo placere, vt in bonis amplius proficiatis. b Scitis enim, quæ pręcepta vobis tradiderim per dominum Ieſum, à quo ea accepi, & in cuius virtute ea tradidi vobis obſeruanda. c Nā Dei beneplacitum eſt, vt vos ſanctificemini & ſancti ſitis, abſtinendo ab iis, quæ vos poſ-

ſent

ſent reddere coinquinatos: d vt ſciat vnuſ
quiſque ſuum corpus cuſtodire, in ſanctitate
& honore, impollutum, non permittendo ip
ſum paſſionibus malæ concupiſcentiæ inho
norari atque corrumpi, quemadmodum gē
tes faciunt, Deum neſcientes. e Et nemo
per vim opprimat, aut in negocio vel tra-
ctatu fallaciter decipiat fratrem ſuum: quo
niam hæc omnia Deus iudicabit in iudicio, ſi
cut cum eſſemus apud vos prædiximus vo-
bis, & in verbo domini teſtificati ſumus. f
Non enim vocauit nos Deus ad fidem ſuam,
vt in immundicia peccatorum noſipſos pol
luamus, ſed vt in ſanctitate vitam ducam⁹.
g Itaque qui hæc præcepta tranſgredi non
veretur, ſciat ille, non me hominem tantum
ſe contemnere, ſed magis Deum, cui⁹ ſūt præ
cepta, ego vero tantum denunciator ac prę-
co eorundem. h Qui Deus, etiam ſpiritum
ſuum ſanctum dedit in cordibus noſtris, qui
nobis prębet adiutorium, ad obſeruationem
præceptorū eius. i De charitate vero fra-
terna, non eſt neceſſe, vt quicquam ſcribā vo
bis. a Iam enim â Deo edocti eſtis, vt in-
uicem veritate & opere diligatis: b quem
admodum ipſa veſtra opera monſtrant, quę
in omnes fratres per vniuerſam Macedoniā
miſericorditer in charitate exhibetis. c Ro
gamus inſuper vos fratres, vt ad profectum
quotidianum in ſpiritualibus bonis diligen
ter laboretis, ac vt ſtudeatis quieti eſſe, ſuum
quiſque negocium agentes. d & operemi
ni manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis:
vt honeſta appareat, & decens conuerſatio
veſtra, etiam erga infideles, & ne cogamini
aliena, vel deſyderare, dum propriis labori-
bus ſuſtentamini. Nam ocioſos, penuria fu-
res facit. e Præterea, de mortuis ſcire
vos volo rei plenam veritatem: vt non ſic
inconſolabiliter triſtitia deiiciamini, quo-

d vt ſciat vnuſquiſq;
vrm vas ſuū poſſide
re in ſāctificatiōe et
honore/ nō i paſſiōe
deſyderij ſicut ⁊ gē-
tes q̄ ignorāt Deū
e Et ne quis ſupgre
diat neq; circūueniat
i negocio frēz ſuū/
qm vindex eſt domi
n⁹ de his oib⁹/ ſicut
predixim⁹ vobis et
teſtificati ſumus.
f Non enim vocauit
nos Deus in immū
diciam/ ſed in ſancti
ficationem.
g Itaq; qui hec ſper
nit / non hominem
ſpernit/ ſed Deum.
h qui etiam dedit
ſpiritum ſuum ſan-
ctum in nobis.
i De charitate aūt
fraternitatis nō ne
ceſſe habuimus ſcri
bere vobis.
a Ipſi ei vos a Deo
didiciſtis/ vt diliga
tis inuicem.
b Etei illud facitis
in omnes fratres/ in
vniuerſa Macedoīa
c Rogam⁹ aūt vos
fratres/ vt abūdetis
magis/ ⁊ operā detis
vt quieti ſitis/ ⁊ vt ve
ſtrū negociū agatis
d ⁊ operemini manib⁹
vrīs/ ſicut p̄cepimus
vobis: ⁊ vt honeſte ā
buletis ad eos qui
foris ſunt/ vt nulli⁹
aliquid deſyderetis.
e Nolumus aūt vos
ignorare / fratres /
de dormientibus/ vt
non contriſtemini/

ſicut ⁊ ceteri q̃ ſpē non habent.

f Si enim credimus q Jeſus mortu9 eſt et reſurrexit, ita et Deus eos qui dormierunt, per Jeſum adducet cum eo.

g Hoc enim vob; dicimus in verbo dñi, quia nos q̃ viuim9, qui reſidui ſumus,

h in aduentu dñi, nõ preueniem9 eos qui dormierunt.

i Quoniam ipſe dominus, in iuſſu ⁊ in voce Archangeli,

⁊ in tuba Dei, deſcẽdet de celo.

a et mortui qui in Chriſto ſunt reſurgent primi.

b Deinde nos qui viuimus qui relinquimur ſimul rapiemur cum illis in nubibus, obuiam Chriſto in aera,

c ⁊ ſic ſemper cũ domino erimus.

d Itaq; cõſolamini inuicẽ in verbis iſtis.

TEXTUS. CA. Quintum.

modo illi qui ſpem futurę reſurrectionis nullam habent. f Nam quia credimus (vt verum eſt) Chriſtum a mortuis ſurrexiſſe: ſic & de reliquis qui in domino mortui ſũt credere debemus, quod Deus pater adducet eos per Chriſtum vna cum eo, in nouiſſimo die. g Hoc enim vobis vt certum & firma fide tenendum dicimus, tanquam verbũ domini quod illi qui viui tunc relicti erunt, quoſque dies illa ſuperſtites inuenerit (de quorum numero poſſibile eſt vt nos quoq; futuri ſimus, propter quod me illis quoque connumero) h in aduentu domini ad iudicium, nullo modo priores erunt in reſurgendo, iis qui multo ante mortui ſunt. i Quoniam ipſe dominus, tanquam imperator habens poteſtatem iudicium faciendi, per imperium iuſſionis ſuæ, per miniſterium vocis archangeli et angelorum ſub eo conſtitutorũ, ac tubæ quę perſonabit ad reſurrectionem mortuorum, deſcendet a patris dextera in qua nunc reſidet glorioſus, ad inferiora aeris huius loca, a & qui in Chriſto mortui ſunt, reſurgent dignitate priuilegioque eximio priores obuiam procedẽtes iudici in aſſumptis corporibus glorificatis. Qui vero ſine Deo mortui ſunt, reſurgent quidem & ipſi, ſed propter miſeriam poſteriores: quoniam in terra remanebunt, ſententiam horribilem cum formidine expectantes. b Item etiam & illi qui tunc viui reperientur atque ſuperſtites fideles, ſimul cum illis qui multo ante mortui fuerant, diuina virtute ſubleuabũtur, vt procedant obuiam Chriſto in aeris ſuperiorem locum, c & ſic ſemper omnes pariter fideles, ex tunc cum domino erimus. d In his itaque verbis veriſſimis & certiſſimis inuicẽ vos cõſolari debetis, ne ſupra modũ gẽtilium more, ſuper mortuis contriſtemini.

ELVCIDATIO CAP. V.

a De tem

D a E temporibus autem venturis, & temporum articulis (fratres) nō fuit neceſſe vobis multa ſcribere curioſius, b Ipſi enim, quātum hac de re ſcire conuenit, iam ſcitis. Nempe quod dies illa aduentus domini, ſic veniet cum non putatur, quomodo fur ſolet in nocte, ea potiſſimū hora qua neſcitur, aduenire. c Cum enim exiſtimauerint ſe ſecuros & ſine periculo, tunc ſubito eos opprimet mors, & perditio, & veniet is dolor inæſtimabilis, cuiuſmodi eſt dolor parturientis (quem cum certo expectet mulier, horam tamen neſcit, ſed plerunque opprimit etiam nihil cogitantem) et nō euadent. Hæc autem non dicta ſint ad terrorem veſtrum. d Vos enim non eſtis increduli, in nocte verſantes, vt vos dies illa deprehendere valeat, tanquam fur, imparatos atque dormientes. e Omnes enim vos in luce eſtis atque in die, propter fidem veſtram. f Non autem ſumus in nocte incredulitatis, neque in peccatorum tenebris. g Propter quod neque dormiendum eſt nobis, aut ceſſandum ab operibus bonis, quemadmodum faciunt cæteri qui non credunt: ſed vigilantes expectemus aduentum domini, & ſimus ſobrii, in omnibus noſtram concupiſcentiam frenantes. h Tempus enim dormitionis & dormientiū, nox eſt, & inebriari ſolent potiſſimū nocte hoīes. i Atq; ob hoc nos qui in nocte non ſumus, ſed in die, nequaquam conuenit eiuſmodi noctis actionibus inuolui, ſed ſobrii eſſe debemus: a aſſumentes pro indumento atque defenſione fidē & charitatem, velut loricam: quę ex bonis actionibus componitur, quas fides per dilectionem operatur: b aſſumentes item ſpem æternæ ſalutis in galeam, quæ id quod in homine ſummum eſt, tutatur atque defendit. Idque omnino conuenit, c quoniam non voca-

a De temporib⁹ autem ꝛ momentis: fratres, non indigetis vt ſcribamus vobis. b Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet.

c Cum enim dixerint pax ꝛ ſecuritas, tūc repentinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in vtero habentis, ꝛ nō effugiēt

d Vos autē fratres, non eſtis in tenebris, vt vos dies ille tanquā fur cōprehēdat. e Oēs enim vos filii lucis eſtis, atq; filii diei f Non ſumus noctis neque tenebrarum. g Igitur nō dormiamus, ſicut ꝛ ceteri.

ſed vigilemus et ſobrii ſimus, h Qui enim dormiunt nocte dormiūt, ꝛ q̇ ebrii ſunt nocte ebrii ſunt. i Nos autē qui diei ſum⁹, ſobrii ſimus,

a induti loricam fidei ꝛ charitatis,

b ꝛ galeam ſpem ſalutis.

c Quoniā nō poſuit

nos Deꝰ in irã, ſʒ in acquiſitiõe ſalutꝭ per dñʒ nrʒ Ieſũ Xp̃m. d q̃ mortuꝰ eſt ꝓ nobis, vt ſiue vigilemꝰ ſiue dormiamꝰ ſimul cum illo viuamus. e Propter quod ↄſolamini inuicem, ⁊ edificate alterutruʒ: ſicut ⁊ facitis. f Rogamꝰ aũt vos frẽs, vt noueritꝭ eos q̃ laborãt int vos, ⁊ preſũt vobꝭ in dño, ⁊ monẽt vos vt habeatꝭ illos abũdãtiꝰ in charitate, ꝓpter opꝰ illoꝝ, ⁊ pacẽ habete cum eis. g Rogamꝰ aũt vos fratres corripite inquietos, conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos, patiẽtes eſtote ad oẽs. h Videte ne quꝭ malũ pro malo alicui reddat, ſʒ ſẽꝑ quod bonũ eſt ſectamini i inuicẽ ⁊ in omnes. i Sẽꝑ gaudete, ſine intermiſſiõe orate i oibus grãs agite. a Hec eſt ei volũtas Dei, in Chriſto Ieſu in omnibꝰ vobis. b Spiritum nolite extinguere, prophetas nolite ſpernere. c Omnia autem probate, quod bonũ eſt tenete. d Ab omni ſpecie

vocauit nos Deus, vt iræ ſuæ redderet obnoxios, aut iram ſuã in nobis manifeſtaret: ſed vt acquiramus ſalutem æternam, per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, d qui mortuus eſt pro nobis ſaluãdis, ad hoc vt ſiue viuentes corporaliter, ſiue moriẽtes, ſemper cũ illo vita ſpiritus viuamus. e Ob hoc conſolantes exhortemini inuicem, & ad ſpiritualem profectũ adiuuate, ſicut & confido vos recte facere. f Rogamꝰ autem vos fratres, vt obſeruantes agnoſcatis eos qui laborant inter vos, & qui præſunt vobis in domino, & monent vos atque etiam corripiunt, vt illos non ſolum non odio habeatis, ſed etiam abundantiori dilectione proſequamini, propter opus adminiſtrationis eorum. g Rogamꝰ igitur vos fratres, vt eos qui inter vos inordinate atq; vagabunde obambulant etiam acrius admoneatis: eos qui ſunt parui atque puſilli animi, cõſolemini: infirmiores & imperfectos, ſuſtineatis: & in vniuerſum erga omnes ſitis patientes. h Cauete ne quis malum reddat pro malo cuiuis hominũ, ſed ſemper ſtudete benefacere, non ſolum inuicẽ, ſed etiam omnibus hominibus. i Semper gaudete in domino, nunquam intermittite orationem, de omnibus ſemper Deo gratias agite. a Hoc enim eſt beneplacitũ Deo per Chriſtum Ieſum, de omnibus vobis: nimirũ vt ſemper gaudentes atque orantes, perſtetis in gratiarum actione. b Nolite impedimẽtum præbere habitanti in vobis ſpiritui ſancto, neque vllum ſpiritus donum velitis delere: peculiariter vero prophetiæ donum ne ſpreueritis, quod eſt donum inter cętera magis Eccleſiam ædificans. c Omnia autem probate, & examinando diiudicate. Quod vero fuerit, iudicio eorum quorum intereſt iudicare, bonum comprobatum, id teneatur: quod ſecus, reiiciatur. d Ab omni non tantum

tum malitia, ſed etiam eo quod ſpeciem ha-
bet mali, cauete vobis: vt omnem tollatis oc
caſionem ſcandali, quantum eſt in vobis.
e ipſum autem deum, à quo eſt pax omnis,
qui pacem diligit, eamq; inhabitat precor:
vt per omnia plene vos ſãctos efficiat, vt ſpi
ritus veſter integer atq; incorruptus vitio,
cuſtodiatur. Itemq; anima & corpus (id eſt,
portio rationis ſuperior & inferior) atq; cor
poris ſenſus infimus, & in vniuerſum omnes
corporis & animæ vires, in diem aduentus
domini noſtri Ieſu Chriſti, De Dei quidẽ ad
iutorio, nihil eſt diffidendum. f Fidelis eſt
eñ qui etiam perficiet quod cœpit, ſi nos nõ
deſimus gratiæ eius. g Fratres orate ꝓ no
bis. Salutate fratres omnes, per ſanctæ pa-
cis oſculum. h Diſtincte vobis præcipio, at
que per dominum iuramento vos conſtrin-
go: vt liceat epiſtolam hanc omnibus fratri
bus legere, qui id requiſierint, & nemo fideli
um expoſcens prohibeatur. i Gratia do-
mini noſtri Ieſu Chriſti, ſit & maneat cum
omnibus vobis. Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam priorem ad Theſſalonicenſes beati Pauli Apoſtoli.

abſtinete vos.
e Ipſe aũt de⁹ pacis ſanctificet vos per oĩa, vt integer ſpũs veſter & anima & corpus, ſine querela in aduentu dñi noſtri Ieſu Chriſti ſeruet. f Fidelis eſt qui vocauit nos q̃ etiã faciet. g Fratres, orate ꝓ nob. Salutate frẽs oẽs in oſculo ſãcto. h Adiuro vos per dñm vt legatur epiſtola hec omnib⁹ ſanctis fratribus. i Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

Finit text⁹ epiſtole prioris ad Theſſalonicenſes.

ARGVMENTVM ELVCI. IN EPI. AD THESSAlonicenſes beati Pauli Apoſtoli ſecundam.

QVemadmodum ſolẽt peruerſi homines aliorũ benedicta facile peruertere, ita vidẽtur fuiſſe apud iſtos Theſſalonicenſes, qui ex verbis apoſtoli perterrefaciebant ſimplicium animos, quaſi iam in proximo eſſet dies iudicij extremus. Cuius dicti occaſio videri poteſt ex eo ſumpta quod dicitur priori epiſtola: quoniã dies domini ſicut fur in nocte, ita veniet. Apoſtolus igitur de hac re plenius eos inſtruere, & perturbatos quorumdam animos conſolari volens, hanc ſcribit eis ſecundam epiſtolam. In qua primum gratias agens Deo, eorum & charitatem & patientiam collaudat: eorum quidem qui nunc perſecutionẽ patiuntur, fœlicem retributionem, eorum autem qui ſanctos perſequuntur, vindictam in nouiſſimo die, & pœnam venturam ꝓponens ſimul & orans Deum, vt eos faciat ſua vocatione ſemꝑ digne viuere ad gloriã Chriſti. Poſt hoc ſecundo capite, ad principale propoſitum accedens, rogat eos, vt nulla ratione ſe terreri aut perturbari permittant falſis confictiſqꝫ rumoribus, de nouiſſimi diei aduentu in proximo imminenti: de quo conſequẽter eos veritatem edocet dicens primum diſceſſionem debere fieri, et filium perditionis antichriſtum reuelari: de cuius aduentu qualis ſit futurus, & eorum qui ei ſunt credituri, deceptione, eiuſqꝫ ꝑ Chriſti ſententiam & virtutem interemptione & condemnatione, plura diſſerit: gratiarum actionem, de bona eorum electione exhortationem ad Apoſtolicarum traditionum obſeruantiam, et deprecationem pro confirmatione in bono, ſimul ſubnectens. Tertio deinde capitulo, pro ſe & profectu prędicationis ſuæ, diſcipulorum orationem poſtulat, bene confidens de eis. Denunciat autẽ cum ſeueritate, vt intendant correctioni eorum qui vagabundi & ocioſi obambulãt, nihil operis agentes, ſed paraſitorum more alienum panem in ocio manducantes, quales audiuit nonnullos inter eos ſuſtineri: & ſic eos vult puniri, vt cæteri ab eorum conſortio ſe ſeparent, quo confuſi emendent delictum: ſic tamen, vt non odio habeantur quaſi inimici, ſed vt in charitate fraterna hæc eis punitio & correctio adhibeatur. Poſt quæ, pace eis optata & ſalutatione in ſignum appoſita, ita terminat epiſtolam.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD THESSALONICENſES poſteriorem Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO. capitis primi.

Pa Aulus & Syluanus & Timotheus ſcribunt Eccleſiæ Theſſalonicenſi in Deo patre & Chriſto Ieſu congregatæ. b Sit vobis gratia & pax à Deo patre omnium credentiū & Domino Ieſu Chriſto: c Debemus ſine intermiſſione Deo gratias agere pro vobis ratione beneficiorum in vos collatorum, quemadmodum iuſtum eſt: d quoniam creſcit indies fides, & augmentum ſumit charitas veſtra, qua vos mutua proſequimini dilectione: e Ita vt nosipſi cum gloria & gaudio prædicemus in cæteris fidelium eccleſiis, ad earum ędificationem exemplum patientiæ veſtræ, & fidei conſtā tiam quam demonſtraſtis in tolerantia omnium perſequutionum atq; tribulationum, f quas vos deus permittit ſuſtinere, vt ex hoc demonſtret ſuum iuſtum iudicium: Nempe vt vos, ex patientia digni inueniamini, ſecundum iuſtum illud Dei iudicium, regno Dei æterno atque corona gloriæ, pro cuius fide & conſecutione nunc patiamini tribulationes iſtas: qui vero vos affligunt, digni inueniantur perditione æterna. g Si tamen iuſtum

TEXTVS Epiſtolæ ad Theſſalonicenſes poſterioris beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS. CA. primum.

P a Aulꝰ ⁊ Syluanꝰ ⁊ Timotheꝰ/ eccleſie Theſſalonicenſium i deo patre noſtro / ⁊ dn̄o Ieſu xp̄o. b Gratia vob; ⁊ pax a Deo patre noſtro / ⁊ dn̄o Ieſu chriſto.
c Gratias agere debemus ſemper ꝓ vob; fratres ita vt magnū eſt/ d qm̄ ſuper creſcit fides veſtra ⁊ abūdat charitas vniuſcuiuſq; veſtrū in inuicem/
e Ita vt ⁊ nosipſi in vobis glorıemur in Eccleſiis dei ꝓ patiētia veſtra/ ⁊ fide ī omnibꝰ pſecutionibus veſtris ⁊ tribulationibus/
f quas ſuſtinetis in exemplū iuſti iudicii dei vt digni habeamini regno dei ꝓ quo ⁊ patimini.
g ſi tamē iuſtum eſt

apud deū retribue
re retributionē ijs
qui vos tribulant.

h ⁊ vobis qui tribu
lamini requiē nobiſ
cum.

i In reuelatione dñi
Ieſu de celo/ cū an=
gelis virtutis eiꝰ in
flamma ignis/
a dantis vindictā ijs
qui nō nouerūt deū

b ⁊ qui nō obediunt
euangelio dñi noſtri
Ieſu chriſti.
c Qui penas dabūt
in interitu eternas
a facie dñi ⁊ a gloria
virtutis eius:
d cū venerit glorifi
cari in ſctis ſuis/ ⁊ ad
mirabilis fieri i oī=
bus qui crediderūt
e q2 creditū eſt teſti
monium noſtrū ſup
vos in die illo.
f In quo etiā oramꝰ
ſēper ꝓ vobis/ vt di
gnetur vos vocatio
ne ſua deus noſter/
⁊ impleat oēm volun
tatē bonitatis ſue/ ⁊
opꝰ fidei in virtute:

g vt clarificet nomē
dñi noſtri Ieſu chri
ſti in vobis ⁊ nos in
illo ſcdm gratiā dei
noſtri/ ⁊ domini Ie=
ſu Chriſti.

iuſtum eſt hoc coram Deo iudice (ſicut omni
no conſtat iuſtiſſimum eſſe) vt retribuat eis
ipſe tribulationem in illo die qui vobis nunc
tribulationes ſine cauſa inferunt, propter no
men eius: h vobis autem qui tribulamini
nunc in præſenti tempore, vt tunc reddat
requiē ſempiternam vna nobiſcum vt quo
modo ſocii eſtis paſſionum, ita ſitis in futuro
& conſolationis. i Tunc (inq̄) quando re=
uelabitur in gloria maieſtatis ſuæ dominus
Ieſus de cœlo veniens, cum angelis miniſtris
ſuis executoribus voluntatis ſuæ perditurꝰ
impios per flammam ignis, a qui Ieſus vin
dictam faciet per ignis huius miniſterialem
executionem, aduerſus eos qui noluerunt a=
gnoſcere deum dum viuerent, fide & operi
bus bonis, b & qui noluerunt obedire euā
gelio domini noſtri Ieſu chriſti. c Qui terre
nas exoluent pœnas, mortem æternam ſuſti
nentes, iudicio & diffinitione domini iudicā
tis in gloria virtutis ſuæ, d quando veniet
glorioſus fieri in ſanctis ſeruis ſuis, eis gloriā
communicando, & admirabilis apparebit in
glorificatione fidelium ſuorum, e quoniā te
ſtimonio prædicationis noſtræ vos credidi=
ſtis, in diem illum, vt tunc ſalui ſitis. f Pro
quo etiam orare non ceſſamus de vobis, vt
Deus vos habeat & faciat dignos hac voca
tione, qua iam vocati eſtis, faciendo vos di=
gnam ſibi vitam ducere, & complere vos fa
ciat atq; perficiat in vobis omne ſuum bene
placitum, quod eſt in omni bonitate atq; in
omni virtute, & impleat in vobis operatio
nem fidei veſtræ congruam per virtutem
ſpiritus ſui, g ad eū finem, vt nomen domini
noſtri Ieſu Chriſti in vobis credentibus glo=
rificetur, & vos glorificemini per illum ſe=
cundum gratiam & miſericordiam Dei pa=
tris & domini noſtri Ieſu chriſti, quam nobis
pater per filium exhibuit.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

a Rogamus autem vos fratres per aduentum Domini noſtri Ieſu chriſti ad iudicium, & per congregationem qua nos omnes in illo aduentu ad ipſum congregabimur, vt nõ facile à veſtro iudicio in quo per nos inſtructi eſtis, recedatis neque terreamini, ſi qui ſe fingunt per ſpiritum prædicere quod inſtet dies domini: ſiue ſermone hoc præſentes prędicent, ſiue abſentes per epiſtolam ipſum agant, noſtro nomine falſo ſcriptam, vel aliter quàm volebamus intellectam. b Hoc, in q̃, rogo vt non vos ſinatis in huiuſmodi erroneas perſuaſiones induci. c Quoniam iuxta rei veritatem dies domini non veniet, niſi ante venerit defectio Romani imperii, atq; etiam fidei et charitatis pene in vniuerſis: d & niſi prius manifeſtatus fuerit ille homo ſceleratus atq; impius, quem poſſidebit æterna perditio: qui aduerſabitur (blaſphemando, & alios blaſphemare cogendo) e imo ſuperbe efferet ſe, ſupra omnem deum: non ſolum verum, ſed etiam aduerſus & ſuper eos, qui ſolo nomine dii appellantur.
f Adeo vt in templo quod deo erat ſacratũ thronum ſit ſibi collocaturus, exhibituruſq; ſeipſum vt deum, volens omnibus diis relictis ſolus adorari. g Non tenetis memoria quod hæc dicebamus vobis, quum eſſemus præſentes apud vos? h Et nunc ex his noſtris verbis facile poteſtis intelligere, quid demoretur aduentum eius (id eſt, vel chriſti ad iudicium, vel Antichriſti ad regnum ſuum)
a nimirũ hoc, quod in ſuo tempore debet reuelari Antichriſtus, quod quidem tempus nondum videtur impletum. b Nã nunc quidem interim vſque dum ille veniat, figura quidem illius iniqui & peſſimi forſitan regnat

TEXTVS. CA. ſecundum.

a Rogam⁹ aũt vos f̃res per aduentum dñi noſtri Jeſu xp̄i ⁊ noſtre cõgregationis in ipſũ/ vt nõ cito moueamini a vr̃o ſenſu/ neq; terreamini/ neq; per ſpm̃/ neq; p epiſtolam/ tãq̃ p nos miſſam/ quaſi inſtet dies domini.

b Ne quis vos ſeducat vllo modo/
c Quoniam niſi venerit diſceſſio primũ

d ⁊ reuelat⁹ fuerit hõ pcti/ fili⁹ perditionis: qui aduerſat̃/

e ⁊ extollitur ſupra oẽ quod dicitur de⁹ aut quod colit:

f ita vt in tẽplo dei ſedeat oſtendens ſe tanq̃ ſit deus/

g Nõ retinetis quod cũ adhuc eſſẽ apud vos/ hec dicebã vobis? h Et nũc q̇d detineat ſcitis/

a vt reueletur in ſuo tempore.
b Nã myſterium iam operat̃ iniquitatis/

gnat, aut dominatur. Nam Antichriſti multi ſunt, & omnis perſequutor aut hæreticus myſterium & figura Antichriſti eſt. a Illud tantum curandum eſt, vt quiſquis nunc tenet rectam fidem atq; charitatem Dei, pergat tenere, ac perſeueret, nec dimittat donec deficiat Romanum imperium, atque fides chriſtiana pene in vniuerſis. b Et tunc ille iniquus reuelabitur & iniquitas eius patefiet per Chriſtum dominum, qui illum interficiet palam omnibus, per ſententiam oris ſui, adueniens contra ipſum (ſiue per ſe ſiue per angelos executores) vt deſtruat per fulgurationem ſuam in magna gloria, c illum impium qui adueniet ad perſuadendū hominibus non virtute diuina armatus, ſed adiutorio diaboli innixus, cuius miniſterio miras virtutes videbitur ædere, d ſigna magna & prodigia faciēs, ſed mēdacia (quæ etiam ſi vera fuerint nonnulla in re, tamen ad mendacium ſuadebunt) vt ſeducat homines ad iniquitatem à virtute, f homines (inquam) perditos & filios damnationis, eo quod Chriſti charitatem atque veritatē noluerunt fide recipere, ad ſuam ſalutem. g Propter quod permiſit venire illis operationem huiuſmodi, quę in errorem eos induceret, vt crederent falſitati: vt condemnētur omnes qui maluerunt iniquitati credere quàm veritati. h Nos vero ſcientes vos ab hoc periculo dei gratia liberatos, debemus ſemper gratias agere Deo pro vobis ô fratres mei, quos Deus in veritate dilexit, atque etiamnum diligit: debemus (inquam) agere gratias Deo, i eo quod ipſe vos ab æterno elegerit: vt eſſetis inter Chriſto credentes, velut primitiui & temporis primitate, & fidei præcellentia, ad veſtram ęternam ſalutem. a Elegit (inquam) vos ſanctificādo per ſpiritum ſuum, in hoc quod veritati credidiſtis ſan-

a tantū vt qui tenet nunc, teneat, donec de medio fiat.

b Et tūc reuelabit᷑ ille iniquus, quē dominꝰ Ieſus interficiet ſpū oris ſui & deſtruet illuſtratione aduentus ſui,

eum cuius eſt aduētꝰ ſcd̄ʒ operationes Satane.

d In oī virtute, & ſignis & prodigijs mēdacibus, & omni ſeductiōe iniquitatꝭ, f ijs qui pereūt: eoq̄ charitatem veritatis non receperūt vt ſalui fierent.

g Ideo mittet illis deꝰ opationem erroris, vt credant mendacio, vt iudicentur oēs qui nō crediderunt veritati ſed cōſenſerūt iniquitati.

h Nos aūt debemꝰ gratias agere deo ſemꝑ ꝓ vobis fratres dilecti a deo,

i quod elegerit vos deus primitias i ſalutem,

a in ſctificatiōe ſpūs & in fide veritatis in qua & vocauit vos,

ſancti Euangelii, ad quam vos Deus vocauit, per miniſteriũ prædicationis noſtræ, vt acquiratur gloria domino noſtro Ieſu Chriſto: hoc eſt vt nomen eius glorificetur per fidem credentium. c Itaque fratres, quando ſic vocati eſtis, permanete viriliter, in fide ac vocatione veſtra, obſeruate præcepta atque ordinatiões quas vobis tradidimus, ſiue per verba pręſentes, ſue per epiſtolam abſentes. d Ipſe autem dominus noſter Ieſus Chriſt⁹, & Deus pater noſter qui dilexit nos, & dedit nobis in ſpe conſolationem, non vtique tẽporalem, ſed ęternam atque cœleſtem, & ſpẽ vere bonam per gratiam quam interim tenemus donec veniat gloria quã expectam⁹: e Ipſe (inquã) veſtra corda exhortaionib⁹ ſuis internis conſoletur, atque corroboret in omnibus operibus, atque ſermonibus bonis: vt nec propter tribulationes inſtantes, nec propter operum ſigna, nec propter verba miranda Chriſtianæ fidei amittatis confeſſionem.

b per euangeliũ noſtrum, in acquiſitione glorie dñi noſtri Jeſu chriſti.
c Jtaqꝫ fratres ſtate ⁊ tenete traditiões quas didiciſtis, ſiue ꝑ ſermonẽ, ſiue ꝑ epiſtolã noſtram.
d Jpſe aũt dñs noſter Jeſus chriſt⁹, ⁊ deus ⁊ pater noſter qui dilexit nos ⁊ dedit cõſolationẽ eternã, ⁊ ſpem bonam in gratia,
e exhortetur corda veſtra ⁊ ꝯfirmet i oi opere ⁊ ſermone bono.

ELVCIDATIO CAP. tertii.

C a Aeterum fratres petimus vt oretis Deum pro nobis, vt liceat nobis iniunctum prædicationis munus debite peragere, vt verbũ dei velociter proficiat, atque late diffuſum clarificetur, ſicut apud vos iam habitat & prædicatum eſt: b & vt expediamur dei adiutorio ab iis qui nos impediunt, moleſtis ſiue abſurdis hominibus, atque auerſis à deo cuiuſmodi ſunt carnales Iudæi, & idolatræ Gentiles. c Non enim omnes credunt Euangelio, ſed ii tantum quibus datũ eſt. d Fidelis autem eſt deus qui vos quos elegit & iam olim vocauit, in futuro etiam cõfirmabit in bono, & ne in malum cadatis ſer-

TEXTUS. CAP. tertium.

a De cetero fr̃es orate ꝓ nobis vt ſermo dei currat, ⁊ clarificetur ſicut ⁊ apud vos,
b vt liberemur ab importunis ⁊ malis hominibus.
c Non enĩ omniũ eſt fides.
d Fidelis autem deus eſt q̇ cõfirmabit vos ⁊ cuſtodiet a malo.

e Confidim⁹ aũt de vobis fratres in dño qm̃ quecunqꝫ p̄cipi-mus, ⁊ facitis ⁊ facietis. f Dñs aũt dirigat corda veſtra, i charitate dei ⁊ patientia Chriſti.

g Denunciam⁹ aũt vobis fratres inoie dñi noſtri Jeſu xp̄i, vt ſubtrahatis vos ab oi frẽ ãbulãte inordinate, ⁊ nõ ſcd̃m traditionem quam acceperunt a nobis. h Ipſi eñi ſcitis quẽadmodum oporteat imitari nos, i qm̃ nõ inquieti fuimus inter vos: neqꝫ gratis panem mãducauim⁹ ab aliquo, a ſed in labore ⁊ fatigatione nocte ac die operãtes, ne quẽ veſtrum grauarem⁹ b Non quaſi nõ habuerimus poteſtatẽ ſed vt noſmetipſos formã darem⁹ vobis ad imitãdum nos.

c Nã ⁊ cum eſſemus apud vos, denũciabam⁹ vobis qm̃ ſi qs nõ vult operari, nec manducet.

d Audiuim⁹ eñi inter vos quoſdã ambulãtes inquiete, nihil operãtes ſꝫ curioſe agentes:

ſeruabit. e Confidimus aũt fratres, opinionem habentes bonam de vobis, quod omnia præcepta noſtra & traditiones, obſeruatis et & obſeruabitis. f Precor autem deũ in ſpiritus veſtres inter tanta ſeculi mala, in recta charitatis diuinæ ſemita, inque patienti & expectatione aduentus Chriſti deducat & regat ne declinetis à via huius rectitudinis. g Præcipientes aũt denunciamus hoc vobis omnibus: in nomine & virtute Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt non habeatis commercium cum illis nomine ſolo Chriſtianis qui in quiete & vagabunde circumuagantur contra traditionem à nobis præſcriptam. h Illud enim ipſi vos ſcitis, quomodo debeatis noſtrum in hoc exemplum imitari: i quoniam cum apud vos eſſemus, non eramus inordinate vagantes per ocium, neque in ocio panem cuiuſquam manducauimus: a ſed in labore & fatigatione multa, ſemper & nocte & die aliquid boni operis agẽtes, nunc prædicando, nunc manibus laborã do, nunc orando, nunc priuatis admonitionibus exhortando, ne vobis eſſemus oneri, panem ocioſe manducantes. b Neque vero ſic aſſidue laborauimus, etiam vſque ad labores manuum, quaſi non licuiſſet nobis ſine manuum labore victum accipere, ſed vt exemplũ vobis daremus in nobiſmetipſis, quod vobis ſit imitandum. c Nam & olim præſẽtes denunciabamus vobis de eiuſmodi hominibus quibus neceſſe eſt ſibi victum quærere, neceſſariũ eſſe, vt qui vellet manducare laboribus victum quęreret, non autem adulationibus paraſiticis, atqꝫ circũuagationib⁹ d Nam tales quoſdam relatum eſt nobis inter vos exiſtere, qui ſic ſine ordine prorſus incompoſiti & vagabũdi nihil quidẽ operis ipſi facientes, ſed curioſe aliorum omnia per ſerutãtes circumeunt. Et quidem tolerabile, imo

imo laudabile extitiſſet, ſi ob oratiõis aſſiduę inſtantiam, à laboribus manuum abſtinuiſſent. e Huiuſcemodi vero vagabundis p̄cipimus, imo vt vel ſic acquieſcant, eos obſecramus per dominum Ieſum Chriſtum vt in ſilentio & quiete aliquid operis facientes, ſuis laboribus paſcantur. f Vos autem fratres in vniuerſum omnes, nolite à benefaciēdo aliquando ceſſare, aut remiſſius agere, ob aliorum huiuſmodi praua exempla. g Si quis vero ne nunc quidē denunciationi huic noſtræ per hanc epiſtolam factæ voluerint acquieſcere, hunc obſeruantes notate, & cõmuni iudicio vniuerſi eius defugiatis ſodalitium, quo ſic tandem confuſus emendetur. h Nolim tamē vt inimicum odio proſequēdum aut prorſus abiiciendum ſed admonendum ab iis qui gratiam habent, atque conſolandum & corripiendum magna cura, prout expediens videbitur, tanquam fratrē eodē baptiſmate regeneratum. i Ipſe autem deus pacis, det vobis pacem veram & ſēpiternam per omnia in omni loco. a Sit autē dominus cum omnibus vobis per ſuam gratiam, in vobis inhabitans, voſq; adiuuans in bonis agendis, & à malis cuſtodiens. b Salutationem ego Paulus propria manu ſubſcribo, quæ eſt in ſignum & teſtimonium in omni epiſtola à nobis miſſa, quo & à confictis Pſeudoapoſtolorum epiſtolis, noſtræ diſcernantur. Ita ſolitus ſum ſcribere, Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti ſit cum omnibus vobis. Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ſecundam ad Theſſalonicenſes beati Pauli Apoſtoli

e His aũt qui eiuſmodi ſũt denũciam⁹ ⁊ obſecram⁹ in dño Ieſu xp̄o, vt cũ ſilētio operantes ſuum panē manducent.

f Vos aũt fratres, nolite deficere, bene facientes.

g Quod ſi quis non obedierit verbo noſtro p̱ epiſtolam hũc notate ⁊ nõ cõmiſceamini cũ illo, vt confundatur.

h Et nolite quaſi inimicũ exiſtimare, ſed corripite vt fratrē.

i Ipſe aũt de⁹ pacis det vobis pacē ſēpiternam in oĩ loco.

a Dominus ſit cum omnibus vobis.

b Salutatio mea manu Pauli, quod eſt ſignũ in omni epiſtola.

c Ita ſcribo gratia dñi noſtri Ieſu chriſti, cum omnibus vobis. Amen.

Finit text⁹ epiſtole poſterioris ad Theſſalonicenſes Beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENVTM ELVCIDATORIVM IN EPISTO lam ad Timotheum priorem beati Pauli Apoſtoli.

TIMOtheum ætate quidem iuniorem,ſed mo-
rum maturitate fidei præclaritate,& ſcriptu
rarum eruditione pręcellentem,Paulus Apo
ſtolus Epheſijs Epiſcopum abſcedens relique
rat,ad quem nunc ſcribit nondum vīculis al
ligatus,priorem hanc epiſtolam in qua,poſt
ſalutationem,ſtatim eum falſis iubet prædica
toribus ſe opponere:qui varia & fabuloſa ſi
ue ſæcularis ſapientiæ,ſiue iudaicę obſeruationis figmenta præ
dicabant,charitatem & bonam conſcientiam(quæ finis eſt om-
nis præcepti)negligentes:legem tamen bonam eſſe non negans
ſi quis ea vt oportet recte vtatur quoniam lex non niſi propter
iniuſtos poſita eſt ad compeſcendū atq; advlciſcendum.Ipſe au-
tem deo gratias agit magnifice qui ſe pri⁹ blaſphemum & pec
catorum primum dignatus eſt,non ſolum ad fidei gratiam voca
re,verumetiam in apoſtolatus miniſterio conſtituere, ad exem-
plum & conſolationem omnium peccatorum,vt prorſus nemo
deſperet propter peccatorum magnitudinem: Timotheumſimul
commonefaciens,vt Chriſti militiam egregie militet, in fide re-
cta & bona conſcientia,à quibus dum aberrarunt Hymenęus&
Alexander,ſatanæ ſunt traditi.Atq; iſta quidem, capite primo.
Poſt hęc,orari iubet peculiariter pro iis qui ſūt in poteſtate qua-
libet conſtituti,à quibus pendet bonum plurimorum, potiſſimū
autem pax & tranquillitas temporis:& in vniuerſum pro om-
nibus hominibus eo quod Deus omnes velit (quantum in ſe eſt)
fieri ſaluos,qui ſeipſum dedit pro omnibus,in precium redempti
onis.Dehinc viros,ad orandum patrem in ſpiritu, in omni loco,
in cordis puritate,hortatur.Mulieribus autem,ornatum & cul-
tum veſtium ſuperfluum,& docendi in Eccleſia,atq; in virum
dominandi,interdicit officium ,volens eas cultu decenti incedere
in ſilentio diſcere atque in ſubiectione viro obedire, tum quod
de viro primum facta ſit mulier,& propter virum in auxilium
formata.Tum quod ab ipſa fuerit præuaricationis initium.Sal-
uandam autem dicit mulierem per liberorum generationem,ſi
eos in timore Dei educauerit.Poſt hęc tertio capitulo,Epiſcopo-
rum & ſacerdotum atque etiam diaconorum conditiones,qua-
les eſſe debeant dilucide & prolixe demonſtrat,quæ ob hoc ſcri
bit Timo-

bit Timotheo,vt ſciat ex hac Apoſtolica prȩſcriptione quemadmodum in Eccleſia debeat conuerſari,& quales debeat ſuper populum Dei conſtituere,cui magnum pietatis ſacramentum de incarnatione filii Dei eſt creditum ad ſalutem. Dehinc capite quarto,per ſpiritum,de ſeductoribus venturis in nouiſſimis temporibus prædicit,qui ab iis quȩ Deus permiſit licitã,ſũt homines prohibituri:cum tamen omnis creatura bona ſit,per verbum Dei ſãctificata. De his autem præ inſtiuere eum & præmonere iubet populum Dei, vt veræ pietati ſuper omnia intendant, quæ eſt ſperare in Deum,omnium hominum, & maxime fidelium ſaluatorem. Timotheum vero ipſum exhortatur,talem ſe exhibere in conuerſatione,vt gregi ſuo luceat in exemplum, nec iuuentutis occaſione eis veniat in contemptum. Inſtare autem eum iubet lectioni,exhortationi,& doctrinȩ,& munus ſibi iniunctum nõ negligere,vt ſe pariter & gregem ſibi commiſſum ſaluet. Poſt hæc quinto capite, docens eum ſolerter cuique iuxta ſuam conditionem,ætatem & ſexum intendere ſeniores(ſi quando veniant arguendi)monet obſecrando magis quaſi patres, quam acriter obiurgando,corrigendos,vbi id commode fieri poterit. Iuuenes autem vt fratres,adoleſcentulas vt ſorores,in charitate & lenitate, ſalua tamen omnimoda caſtitate,& omni ſuſpitione remota. De Viduis autem,quæ deſolatæ ſunt humano adiutorio, quomodo ipſȩ in Deum ſpem ſuam proiicere, & Eccleſia eas enutrire debeat,conſequenter ordinat,& quales iſtæ ſint futurȩ viduæ,quȩ ad Eccleſiaſticam ſuſtentationem recipiantur, ex operibus præſcribit excludens eas quæ per adoleſcentiæ ardorem ſunt minus probatæ & de quibus propter ardorem concupiſcentiæ,& conuerſationis inſtabilitatem aut imperfectionem,periculum foret, vel in luxuriam cadendi vel à Chriſto ſe auertendi:quas mauult Apoſtolus iungi matrimonio,& ſic in familia ſua regenda,ac liberis educandis occupari, quam in ocio laſciuire, vagabundasq; aut curioſas circumire,in ſcandalum aliorum, aut etiã à ſuo propoſito poſt Satanæ ſuggeſtiones recedere. Et ne grauetur Eccleſia,illas quȩ filios habent, aut tales à quibus poſſint & debeãt ſuſtentari,vult ab his ad quos pertinet, priuatim ſuſtentari. Poſt hæc de preſbyteris bene ſuo officio fungentibus,duplici obſequio (nempe honoris & ſuſtentationis)honorandis,& de accuſatione aduerſus illos niſi ſub duobus aut tribus teſtibus non facile recipienda,edicit. Timotheum vero obteſtatur, vt inuiolatam ſemper iuſtitiam cuſtodiat,in alteram partem non declinando, neq;

manus cuiquam cito imponat. Modicum etiam vini propter ſto machi debilitatem, & malam valitudinem, eidem indulget. Atq; in fine capitis diſcretionem ponit operum, tam bonorum quam malorum, quorum quædam modo manifeſta ſunt, quædam latent, donec tempus veniat quo abſcondi nihil poterit. Vltimo autem capitulo, ſeruis præcipit obedientiam & reuerentiam pręſtare dominis, ſiue infideles illi fuerint, ſiue fideles eos qui diuerſa docent redarguens, velut nihil ſcientes, ſuperbia & inuidia excæcatos, quorum omnis ſimulata pietas ad quæſtum refertur. Dicit autem ſecundum veritatem, in pietate maximū quęſtum ineſſe, iis qui tegumentis & alimentis norunt eſſe contenti, ſine auaritiæ cupiditatibus, periculis vero plurimis illos eſſe expoſitos, quibus diuitiarum ineſt inordinata cupiditas, quam etiam radicem nominat omnis mali. Timotheum vero iſta fugere, & contraria monet ſectari, bonumque certamen ſecundum Deum conuerſando certare: coram Deo ei præcipiens, vt mandatum Dei inuiolatum, bene conuerſando cuſtodiat, vſque in aduentū Chriſti glorioſum. Poſtremo, de iis docens qui diuitias ſæculi habent, quomodo ſuis bene vti ad ſalutem poſſint, ipſumque Timotheum, deuitando abſurdas nouitates, ſæcularis ſapientiæ depoſitum cuſtodire iubens, ita claudit Epiſtolam.

Finit Argumentum in Epiſtolam ad Timotheum priorem Beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD TIMOTHEUMPRIOREM Beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Epiſtolæ ad Timotheum prioris beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO. capitis primi.

Pa AVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti iuxta quod iniunctum eſt ei à Deo ſaluatore noſtro, & Chriſto Ieſu qui eſt ſpes noſtra, ꝑ quem omnia nobis bona ſperamus, prouentura, et quo ipſo frui in futuro expectamus: ſcribit b Timotheo, vere germano, atq; proinde merito dilecto filio: ſecundũ fidem, non ſecundum carnẽ. c Sit tibi gratia & miſericordia, & pax à Deo patre, & Chriſto Ieſu domino noſtro. d Ita facito diligenter, ſicut te rogaui vt faceres, cũ in Macedoniam concederem (nimirum vt Epheſi remaneres Epiſcopus) e ad denunciandũ cũ terrore atq; imperio Pſeudoapoſtolis quibuſdam ne præſumãt aliter quam nos prædicauimus, docere. f Cæteris vero rudioribus, ne aures auditumque præbeant fabuloſis illorum & commentitiis ſermonibus, g aut genealogiarum ſuarum narrationibus curioſis, quarum nullus eſt finis, quibus ſolent Iudęi carnales plurimum inſiſtere in docendo. h Quæ quidẽ, tã fabuloſæ hyſtorię quã genealogiæ curioſi⁹ ſcrutatæ, contentio

TEXTUS. C. A primum.

Pa Aulus Apoſtolus Jeſu Chriſti, ſecundum imperiuz Dei ſaluatoris noſtri, ⁊ Chriſti Jeſu, ſpei noſtre:

b Timotheo dilecto filio in fide.

c Gratia et miſericordia ⁊ pax, a Deo patre, ⁊ Chriſto Jeſu domino noſtro.

d Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi cum irem in Macedoniam:

e vt denunciares q̃buſdam ne aliter docerent,

f neque intenderẽt fabulis

g ⁊ genealogijs interminatis:

h que queſtiões preſtant magis quam

edificationem Dei
que eſt in fide,

i Finis aũt precepti
eſt charitas de cor-
de puro, & cõſcientia
bona, & fide nõ ficta

a A quibus quidã
aberrãtes conuerſi
ſunt in vaniloquiũ:

b Volẽtes eſſe legi
doctores, non intel
ligentes, neque que
loquuntur, neq; de
quibus affirmant.

c Scimus autẽ, qui
a bona eſt lex,
ſi quis ea legitime
vtatur,

d ſcientes hoc quia
lex iuſto non eſt po
ſita,

e ſed iniuſtis & non
ſubditis,

impiis & peccatori
bus, ſceleratis & cõ
taminatis patricidis
& matricidis, homici
dis, fornicariis, ma
ſculorũ cõcubitoribꝰ,
plagiariis, mẽdaci-
bꝰ & periuris, & ſi quid
aliud ſane doctrine
aduerſatur:
f q̃ eſt ſcd'm Euãgeliũ
glorie beati Dei qđ
creditum eſt mihi.
g Gratias ago ei q̃

nes quidem nonnunquam gignunt, & diſce
ptationes:nihil vero profectus aut ſpiritua-
lis ædificationis,quę ex ſimplicitate fidei ma
gis comparantur. i Nam finis vniuerſus
totius legis, & nouæ & veteris, eſt dilectio
Dei atque proximi de mundo corde proce-
dens,& mente ſibi bene conſcia, & fide non
ſimulata. a Quidam autem ab his quæ ve-
ræ pietatis ſunt aberrantes,ad deuia declinã
tes,conuerterunt ſe ad loquendũ vana:id eſt
fabuloſa,falſa,aut ad nihil vtilia. b volen-
tes quidẽ eſſe & haberi doctores legis,cũ nõ
intelligant ſecundũ veritatẽ, nec ipſã quã lo
qui volunt legẽ,neq; ipſa de quibus loquun-
tur legis præcepta. Nam qui neſcit legẽ vm
bram eſſe,& ad Chriſtum referendã, non in
telligit ille legẽ,neq; quæ lex præcipit. c
Illud aũt certũ habemus quod bona eſt lex,
vtpote à bono Deo data, ſi modo ſic ea vta-
mur, quemamodũ vti conuenit & ipſamet
docet:Hoc eſt,vt ad Chriſtum omnia referã
tur,& eo adueniente omnia negligantur,vt
finem conſequuta. d illud ſciẽtes,quod lex
nõ eſt propter iuſtos poſita,nec iuſti (qui ex
libertate quæ legis ſunt faciunt, nõ propter
legis coactionẽ,ſed ob virtutis amorẽ) ſub le
ge ſeruiunt: e ſed propter coercẽdos homi
nes iuſtitiã cõtemnentes,& virtuti atq; legi
naturæ per amorẽ parere recuſãtes, impios
in Deũ, & quouis modo in proximũ peccan
tes,propter grauibꝰ flagitiis oneratos et pro
phanos,propter patrũ atq; matrum cæſores,
propter homicidas,fornicarios,maſculorum
concubitores,plagiarios mãcipia aliena fur-
to ſubducentes,propter mẽdaces et periuros,
& cęteris obnoxios vitiis ſanæ doctrinę con
trariis: f quæ ſana doctrina cõſona eſſe de
bet,& eſt, Euãgelio quo prædicamꝰ gloriã
Dei,ſolius beati, quod mihi eſt commiſſũ vt
prędicẽ in gentibus. g Et ego quidẽ gra-
tias

tias ago Deo, qui me robuſtum atq; validũ ad id officii effecit, in fide Ieſu Chriſti domini noſtri: h quia me fidelẽ duxit atq; dignũ & ex ſua bona gratia idoneũ, cui tantũ munus committeret, conſtituens in Apoſtolatus huius miniſterio me, qui ante aduerſus nomẽ Chriſti blaſphemabam, maledictis illud inſectans & conuitiis, perſequebarq; & palam contumelioſe expugnabã. i Cum vero talis eſſẽ, & omnibus modis potius morte dignus: miſericordiã tamen ſũ conſequutus à Deo in eo quod me ab errore vocauit ad veritatem, a eo quod per ignorantiam illa admiſiſſem, propter incredulitatem meã. Nõ enim ſciebam eſſe Deum, Chriſtum quẽ perſequebar, & obſequium putabam me pręſtare Deo. b Copioſe autem ſuper me gratia Dei effuſa eſt, & claruit in mea conuerſione, cum fide et charitate, quę eſt in Chriſto Ieſu. c Sermo quem nunc loquor tibi, certus eſt & indubitatus, & dignus qui ab omnib⁹ credatur atq; acceptetur. Chriſtus Ieſus venit in mundum hunc, ad ſaluandos peccatores: d quorum ego me pręcipuum omniũ fateor, quantum quidem ex me eſt, ſi non me Deus ſuo benigno aſpectu adiuuiſſet. e Verũ ideo miſericordiam fecit mecum domin⁹, vt in me velut primo et præcipuo exemplo, demonſtraret Chriſtus omnimodam perfectãque ſuam patientiam: in me tolerando, tã miſericorditer conuertendo, & tanto beneficio afficiendo, quem viderat ſui nominis tam ſæuum perſequutorem: f vt in me formam daret omnibus, & ad ſpem animaret noſtro exemplo eos, qui credituri erant in nomine ipſius, vt ſalui fiant in vita ęterna. g Regi autem & creatori omniũ ſeculorũ & omniũ quæ in ipſis ſũt, qui eſt immortalis, & videri humanis nõ poteſt aſpectibus, qui eſt ſolus Deus verus, & præter quem non eſt ali-

me confortauit/ In Chriſto Jeſu domino noſtro/ h quia fidelem me exiſtimauit: ponens in miniſterio/ qui prius blaſphemus fui/ & perſequutor/ & contumelioſ⁹: i Sed miſericordiã Dei ꝯſequutus ſum/ a quia ignorans feci in incredulitate. b Superabũdauit aũt gratia dñi noſtri cũ fide & dilectione/ q̃ eſt in Chriſto Jeſu c Fidelis ſermo & omni acceptiõe dignus quia Chriſtus Jeſ⁹ venit in hũc mundũ peccatores ſaluos facere/ d quorum primus ego ſum. e Sed ideo miſericordiã ꝯſequut⁹ ſũ/ vt in me primo oſtẽderet Chriſt⁹ Jeſus omnem patientiam. f ad informationẽ eor q̃ credituri ſũt illi in vitã eternã. g Regi autem ſeculorum immortali et inuiſibili/ ſoli Deo/ honor & gloria in ſe

cula ſeculoꝝ/ Amen

h Hoc preceptũ cõmendo tibi fili Timothee ſecundum precedentes in te prophetias/

i vt milites in illis bonã militiã/ habẽs fidẽ ⁊ bonã cõſcientiã

a Quam quidaꝫ repellentes circa fidẽ naufragauerunt:

b ex quibus eſt Hymeneus et Alexander / quos tradidi Satane / vt diſcant non blaſphemare.

TEXTUS. CA. Secundum.

a Obſecro igit̃ primum omnium/ fieri obſecrationes/ oratiões poſtulationes gratiaꝝ actiones/ p omnibus hominib⁹/

b pro regibus ⁊ oĩbus qui in ſublimitate conſtituti ſunt:

c vt quietã et tranquillã vitã agamus

in omni pietate ⁊ caſtitate.

d Hoc em̃ bonũ ⁊ acceptũ/ coꝛam ſaluatore noſtro Deo:

e qui omnes homines vult ſaluos fieri

us: ipſi reddamus omnem honorem, & cum claritate omnem gloriam in æternũ, Amen.

h Commendo tibi obſeruandum ò Timothee fili, hoc præceptum vnicum, vt iuxta teſtimonia Prophetarum quæ ſuper te prolata ſunt, priuſquam à me ordinareris in Epiſcopatus miniſterio, viriliter agas, verbo & exemplo illis optimis de te datis teſtimoniis, reſpondendo ac ſatiſfaciendo: i vt milites bonam militiam, viuaſque vitam bonam, fidem tenendo rectam, & conſcientiam ſynceram atque immaculatam. a Quam, ſiue fidem rectam, ſiue conſcientiam bonam, dum quidam repulerunt, in fide periclitati ſunt, & à fide exciderunt. b Ex quorum numero ſunt Alexander & Hymenæus, quos ego excommunicatos ab Eccleſia, Satanę poteſtati tradidi, in afflictionẽ carnis, vt doceantur nõ blaſphemare, & fidei ſanæ nõ aduerſari.

ELVCIDATIO CAP. II.

a Bſecro igitur atque exhortor ante omnia vt fiãt deprecationes pro liberatione à malis, orationes pro conſequutione bonorum, interceſſiones pro aliorum conuerſione & ſalute, & gratiarũ actiones pro acceptis bonis, idque pro omnibus hominibus. b Peculiariter tamen pro regibus & principibus, & qui in regiminis qualibet poteſtate ſunt conſtituti: quoniam ab his, pendet bonum plurimorum. c Futurum eſt enim, ſi illi orationibus noſtris cõuertantur, vt quietam in pace, & tranquillam à perſequutionibus vitam agamus in hoc mundo, ſine impedimento pietati vacantes, & vitæ puritati. d Hoc enim (nempe vt pro omnibus hominibus oremus) non ſolum malum eſt, neque Deo contrarium: ſed etiam Deo beneplacitum & gratum, e qui deſyderat quidem, quantum in ſe eſt, omnium ſalutem, & gratiam dat ſufficientem

entem vniuerſis hominibus, qua valeant ſa lutem conſequi ſi ipſi non deſint, nolentes Deo cooperari. f Et neminem excludit à veritatis cognitione, ſed deſiderat magis vt eum omnes agnoſcant, & in eum credant: quoniam omnes illuminat, venientes in hūc mundum. g Vnus eſt enim Deus, & vn⁹ eſt mediator inter deum & homines, homo Chriſtus Ieſus: qui vt pacem faceret inter deū & homines, tradidit ſemetipſum in redem- ptionis precium pro omnibus hominibus in vniuerſum, nullo excluſo. h Cuius Chri ſti mediatoris, veritatis teſtimonium, confir matum eſt & comprobatum ſuis temporib⁹: Nimirum & ante Chriſti aduentum, per vmbras legis, & Prophetarum oracula, & poſt CHRISTI mortem per prædicatio nem Apoſtolorum, ſignaque ac prodigia ſpiritusſancti, ſermonem confirmantia.

f & ad agnitionē veritatis venire.

g Unus eñ Deus & vnus mediator dei & hoim homo chriſt⁹ Jeſus qui dedit re- dēptionē ſemetipſū pro omnibus.

h Cuius teſtimoniū temporibus ſuis cō firmatum eſt.

i Ad cuius teſtimonii & Euangelii publica tionem, ego conſtitutus ſum & ordinatus à Deo, præco atque Apoſtolus. a Veritatem hoc dicens, loquor puram ſine mendacio ego qui ſum doctor Gentium à Deo deputatus, vt illas inſtruam in fide & veritate non in vmbra aut obſeruantiis carnalibus. b Ita que, vt cœpi dicere in genere de oratione, ita ſpeciatim præſcribens, volo quantum ad viros vt ſine loci reſpectu, vbicunque fue- rit oportunum, orare ſtudeant in ſpiritu & veritate, extendentes ad Deum patrem mē tem & puram voluntatem, in pace ſine ira aut diſceptationibus, quæ orationis exaudi- tionem impediunt. c Item & mulieres vo lo orare, decenti atque modeſto amictu veſti tas, componentes ſe honeſte atq; decenter ſal ua verecundia & caſtitate: ne vel nimia nu ditate in verecundiam vel nimio ornatu o- ſtentent prouocent q; laſciuiam. d Non in tortura criniū artificioſa, aut auro ſuperfluo

in quo poſitus ſum ego predicator & a- poſtolus.

a veritatem dico nō mentior doctor gen tiū in fide & veritate

b Uolo ergo viros orare in omni loco.

leuātes puras man⁹ ſine ira & diſceptati one

c Similiter & mulie res in habitu ornato cū verecūdia & ſo brietate ornātes ſe.

d & nō in tortis cri- nibus aut auro aut

margaritis/ vel veſte precioſa/

aut gemmis precioſis,aut veſtitu ſupra ſuum ſtatum nimium precioſo,aut alias quomodocunque curioſo & ſuperfluo ornatu:

c ſed quod decet mulieres / ꝑmittentes pietatē ꝑ opa bona.

c ſed faciant quo ſuum ſtatū & bonas mulieres decet.prę ſe ferentes pietatem per bona opera,quemadmodum hæ curioſæ laſciuiam promittunt,atq; oſtentant,per ſuū ornatum ſuperfluum.

d Mulier in ſilētio diſcat/ cū omni ſubiectione.

d Mulier in ſilentio et & quiete diſcat,agnoſcendo ſe ſubditam eſſe viro.

e Docere aūt mulieri non permitto/ neq; dominari in virum ſed eſſe in ſilentio.

Docere autem, non ei permitto in eccleſia,vel præſentia virorum fidelium,neque authoritatem ſibi dominii,vendicare in virum:ſed eas ſilere volo,& viris ſuis ſubiectas eſſe.Nam & natura hoc ipſum docet,

f Adā eñ prim⁹ formats eſt deinde eua

f Adam eñ formatus eſt,antequam eſſet ſexus muliebris,deinde vero Eua de latere Adę formata eſt.propter eum in adiutorium.

g Et Adā nō eſt ſeduct⁹/ mulier aūt ſeducta in preuaricatione fuit.

g Neq; prior fuit Adā ſeductus in trāſgreſſione,ſed ab Eua ſeductio radicitus atq; primitus orta fuit. Neque ſic fuit ſeductus Adā vt crederet verum eſſe ſerpentis mēdacium: Mulier autem à ſerpente perſuaſa, credidit ipſum vera loqui.

h Saluabitur aūt ꝑ filiorū generationē

h Habet autem,tametſi non doceat nec dominetur,etiam ipſa,quomodo ſaluari poſſit: nempe ſi filios generet eoſque educare curet, in timore Dei:

b ſi permanſerit in fide & dilectione & ſāctificatione/ cum ſobrietate.

b ſi modo ipſa permanſerit,atque eruditione bona(quantū poteſt)curauerit vt & filii permaneant in fide Chriſti,& dilectione,& ſanctitate,& puritate vitæ,atque ab omni luxu omnimoda continentia.

TEXTUS. CA. tertium.

a Fidelis ſermo.

b Si quis epiſcopatum deſyderat bonū opus deſiderat.

ELVCIDATIO CAPITIS tertii.

a Sermo fide dignus eſt quem loquimur & idubitatus. b Si quis officium epiſcopatus deſiderat, bonum ille hauddubie opus deſiderat quoniam ſuperintendere dominico gregi cum diligentia(quod eſt Epiſcopi officium

cium) bonū opus eſt valde. c Oportet em̄ Epiſcopum aut quemlibet ſacerdotem, eſſe talis vitæ: vt nihil grande aut infirmatorium, aduerſus ipſum iure ac merito poſſit obiici: d qui non niſi vnam habuerit à baptiſmo vxorem, ſobrium, morum grauitate ornatū, prudentem in agendis, conuerſatione & aſpectu pudicum, hoſpitum ac peregrinorum ſuſceptorem, & pauperum prouiſorem, de bonis quæ habet ab eccleſia, ad hoſpitium atque pauperum vſum. e aptum qui dicere poſſit. f Non ſit autem vino multo deditus, neque percuſſor ſiue lingua, ſiue verbere, non contentionum amator, g non turpe ſectans lucrum aut auarus. Sit autem familiæ ſuæ (ſi quam habet) bonus rector. Si ſint ei filii, vt illos habeat ſuo regimini & imperio bene ſubditos, cum omni vitæ puritate. h Qui enim neſcit familiæ vni benè p̄eſſe, quomodo eccleſiæ curandæ ſufficiat, in qua tot ſunt tā diuerſarū conditionum homines? i Neq; ſit recēs baptizatus, vt mox à baptiſmo euehetur ad epiſcopatum, ſed volo moram interuenire inter baptiſmum & ordinationem in Epiſcopum: a ne forte ex hoc ſumens occaſionem ſuperbiendi, qui ſic ſubito promouetur, incidat in iudicium impiorum, partem cum ſuperbo dæmone accepturus. b Oportet inſuper, vt bonam opinionem de eius conuerſatione habeant etiam extranei & gentiles: ne ſi eius vita minus probata fuerit, per ſtat⁹ ſublimitatem, in laqueū & tentationē īcidat diaboli. c Diaconos iiſdem oportet moribus eſſe ornatos, vt ſint & ipſi non plurium vxorum viri à baptiſmo, qui regant bene filios ſuos in bona ſubiectione, non duplices ſermone aut inſtabiles, non vini potatores, non lucrum quęrētes turpe: id eſt, vnde non oportet, aut quomodo non oportet, d plene ſcientes ſacramentum fidei

c Oportet autem epiſcopū irreprehēſibilem eſſe/ d vnius vxoris virū ſobriū/ ornatū/ prudentem/ pudicum/ hoſpitalē/ e doctorem/ f nō vinolentū/ non pcuſſorē/ ſed modeſtum/ nō litigioſum/ g Non cupidum/ ſed ſue domui bene p̄poſitum/ filios habentem ſubditos/ cū omni caſtitate. h Si q̇s aūt domui ſue p̄eſſe neſcit/ quomodo eccleſie dei diligentiam habebit? i Non neophytum. a Ne ī ſupbiā elat⁹/ iudiciū incidat diaboli b Oportet aūt ⁊ illū teſtimoniū habere bonū ab his q̇ foris ſūt/ vt nō in opprobrium incidat/ ⁊ in laqueum diaboli c Diacones ſimiliter pudicos/ nō bilingues: nō multo vino deditos/ nō turpe lucrum ſectātes/ d habentes miſteriū

fidei in conſcientia pura.
c Et hi aũt ꝓbẽtur primum, ⁊ ſic miniſtrẽt, nullũ crimen habentes
f Mulieres ſimiliter pudicas, nõ detrahẽtes, ſobrias.
g fideles in oĩbus.
h Diacones ſint vnius vxoris viri,
i qui filiis ſuis bñ p̄ſint ⁊ ſuis domibus
a Qui eĩ bñ miniſtrauerint gradũ bonũ ſibi acquirent,
b ⁊ multã fiduciã in fide que eſt in Chriſto Ieſu.
c Hec tibi ſcribo fili Timothee, ſperans ad te venire cito.
d Si aũt tardauero vt ſcias quõ oporteat te in domo dei conuerſari
e que eſt eccleſia dei viui colũna ⁊ firmamẽtũ veritatis.
f Et manifeſte magnũ eſt pietatis ſacramentum,
g quod manifeſtum

dei ſuæ, illudq; tenentes ac cuſtodientes, cum vita bona & bona conſcientia. c Et hi priuſquam ordinẽtur, probentur: tam ſuper doctrina fidei quàm in vitæ integritate, & ſi p̄bati inueniantur, tum demum ordinentur, cum nihil aduerſus ipſos poſſit vllius momẽti iuſtè obiici, quod ipſos ab ordinatione p̄hibeat. f Mulieres item oportet eſſe pudicas aſpectu, & conuerſatione, nõ detrahentes neque aliorum mores paſſim carpentes: ſed ſobrias atque vigilantes, g & in omnibus quæ audiunt vel quę acceperunt peragenda fideles. h In Diaconis (vt cœpi dicere) illud præcipue conſideretur, vt non bigami ſint: propter miniſterii ſui dignitatem, quod ſingularem requirit ſanctificationem. i Deinde illud etiam vt filios ſua negligentia non ſinant inobedientes fieri, & propriam familiam debite regant. Alioqui non apti erit miniſterio ſuo. a Qui enim commiſſa ſibi miniſterialiter adimpleuerint, bonum locum apud Deum & magno merito ſibi comparabunt, & de orationis ſuæ gradu, bonum fructum referent: b & magnam merito fiduciam, tales habere poſſunt, propterea quod in fide Chriſti Ieſu, ſuum miniſterium ſibi ab illo commiſſum, fideliter adimpleuerint. c Hæc ita ſcribo ô fili Timothee, non quod deſperem ad te venire: d ſed ſi quomodocunque contingat me differre aduentum, vt ſcias interim quomodo ſit tibi conuerſandũ in domo Dei: hoc eſt in eccleſia Dei viui. e quæ eſt columna & firmamẽtum, cui omnis veritas, & credendorum & agendorum innititur. Nam nec euangelicæ veritati crederetur, ſi non eccleſia tradidiſſet vt Euangelium credendum. f Et omnium confeſſione fideliumque concordi iudicio, mirabile eſt myſterium maxime charitatis Dei erga nos, ipſa Chriſti incarnatio: g quod myſterium

rium ſecundum carnem factum eſt manifeſtum, & per ſpiritus aduentum atq; virtutem iuſtificatum, quod prius fuit vt ſtultitia reputatum angelis viſum eſt gentibus prædicatū, mundus credidit, & ad patris gloriā aſſumptum eſt, quando Chriſtus modo mirabili aſcendit in dextram patris.

eſt in carne & iuſtificatū eſt in ſpiritu/ apparuit angelis p̄dicatū eſt gentibus creditū eſt in mūdo aſſūptū eſt in gloria

¶ ELVCIDATIO CAPI. Quarti

a S piritus vero prophetiæ illud & firmiter denunciat futurum vt in poſterioribus temporibus derelinquant fidem rectam quidam ex iis qui crediderāt, b qui fidem habebunt ſpiritus erroris. i. erroneorū dogmatum ſibilatoribus, c & falſis doctrinis, quarum eſt diabolus author, qui eſt pater omnis mendacij, d quidam (inquam) eorum qui in ſua ficta & ſimulata ſanctitate prædicaturi ſunt falſorum dogmatum mendacia: e qui conſcientiam ſuam habebunt cauterio, hoc eſt, diaboli caractere notatam: quod eſt ſignum mentis obſtinatæ atq; reprobæ, quo à filiis infidelitatis, & perditionis, diſtinguūtur filii ſalutis: f qui prohibebunt nuptias vt prorſus illicitas, ſub ſpecie eximię religionis, g itēq; abſtinere à quibuſdam cibis, tanquā immūdis p ſe & illicitis ſuaptue natura vſui humano, h quos tamen deus in hunc vſū creauit, vt vere fidelibus, & qui veritatem Euangelicę libertatis, plena fide cognouerint, liceat ſine peccato eos ſumere, eiſque vti cum gratiarum actione. i Omnis ſiquidem creatura Dei bona eſt per ſe, nec de ſe quicquam eſt immundum. Et nullus cibus, quaſi natura immundus, eſt abiiciendus aut fugiendus, modo cum gratiarum actione cō digna ſumatur. a Sanctificatur enim oīs cibus

TEXTUS. CAP. quartū.

a Spiritus aūt manifeſte dicit/ q̄ in nouiſſimis tpib⁹ diſcedant quidam a fide/ b attendentes ſpiritibus erroris/ c & doctrinis demoniorum/ d i hipochriſi loquētium mendacium/ e & cauteriatā habētiū ſuā conſcientiā. f ꝓhibētiū nubere g abſtinere a cibis/ h quos de⁹ creauit ad pcipiēdū/ cū gratiarūactiōe/ fidelib⁹ & iis qui cognouerūt veritatem. i Q: ois creatura dei bona eſt: & nihil reiiciēdum/ quod cū gratiarum actione percipitur. a Sanctificatur em̄

per verbuz dei/ ꝛ orationem.

cibus (vt non polluatur eum manducans) per orationem & benedictionem. quæ eſt ꝑ verbum dei, quod ſanctificat omnia. Qui eam ſine oratione, benedictione, & gratiarum actione percipiunt dona Dei: polluunt iſti ſuo abuſu ſeipſos, eo quod donis Dei, modis non debitis, male vtuntur, Cibus autem per ſeſe neminem polluit. Hæc atq; huiuſmodi, quæ ſolidam habent veritatem, fidelibus ſi propoſueris, per verbum prędicationis atq; doctrinæ, comprobaberis bonus & fidelis miniſter Chriſti Ieſu, c qui ab infantia inſtitutus es in ſacris literis, veram fidem continentibus, atque doctrinam veram, quam tu ſemper, ſicuti ſectatus es auide, ita & vere aſſecutus es. d Impias autem, atque prophanas in fidelium ſiue etiam ſuperfluas, & ridiculas, fabuloſaſques doctrinas ne ſecteris. e Exercitare autem ſedulos in ſtudiis atque operibus pietatis, vt illam perfecte conſequaris. f Nam corporalis exercitatio, licet ſimul etiam bona ſit, tamen ad modicum inducit: id eſt, ad corporis edomationẽ, vt ſpiritui nõ fiat repugnans. g Pietas vero qua interius deus colitur & poſſidetur, modis omnibus omnem habet vtilitatem: pro qua re promittitur, & in præſẽti vita gratia Dei; animam viuificans, & in futuro vita gloriæ ſempiterna. h Fide dignus eſt ſermo ille quem de pietate modo diximus, & omni acceptione digniſſimus. i Nam & noſipſi propter pietatis amorem, & labores perpetimur, & hominum conuicia: propterea quod ſperemus & credamus in deum viuum, a quem ſcimus eſſe omnium hominum, quantum quidem ex ipſo eſt, ſaluatorem: cuius paſſionis virtus ſufficiens foret ad omnium peccata tollenda, omneſque vita donandos. b Tamen peculiariter eſt fidelium ſaluator, ad quos ſaluationis eius effectus deueniet à quo erunt

b Hec proponens fratribus/

bon⁹ eris miniſter xp̄i Jeſu.

c enutritus verbis fi dei ꝛ bone doctrine quam aſſequut⁹ es.

d Ineptas aũt ꝛ aniles fabulas deuita.

e Exerce aũt teipſũ ad pietatem.

f Nã corporalis exercitatio/

g pietas aũt ad oĩa vtilis eſt/ promiſſionem habẽs vite que nunc eſt/ ꝛ future.

h Fidelis ſermo ꝛ oĩ acceptione dignus.

i In hoc ei laboram⁹ ꝛ maledicimur/ qꝛ ſperamus in deũ viuum/

a qui ẽ ſaluatoꝛ omnium hominum/

b maxime fidelium/

erunt increduli alieni. c Hæc atque huiuſmodi ſunt, quæ te oportet cum imperio & authoritate denunciare, atque docere. d Vide autem, vt ſic probata ſit conuerſatio tua, & doctrina tam efficax, vt nemo te propter ætatem adoleſcentiæ contemnendum ducat. e Debes enim te exhibere aliis, in exemplum & formam bene viuendi, tam in verbo quàm in conuerſatione in charitatis operibus, in ſpiritus virtute, in fidei ſynceritate, atque in omni vitę puritate: vt ſuppleat perfectio vitæ, quod deeſt ætati. f Donec ad te veniam, vacabis, partim lectiōi ſcripturarum ſanctarum, partim exhortationi & doctrinæ. g Ne permittas ocioſum eſſe talentum tuum, & donum quod à deo accepiſti per impoſitionem manuum Epiſcopalium, quas tibi authoritate Epiſcopali impoſui, ad conſecrationem atteſtantibus iis quibus prophetiæ donum inerat in Eccleſia, te ordinatione dignum, & fidelem fore miniſtrum: h Hæc tibi ſunt meditanda, vt in illis exerciteris: his tibi eſt inſiſtendum, vt tuus profectus fiat omnibus manifeſtus, quoniam in exemplū poſitus es. i Attende em̄ primum tibi, vt teipſum in vita bene componas deinde, vt cæteros doceas. a Atque in his diligenter permaneto. Hoc enim faciens, & tibiipſi, & auditoribus ſalutē cōparabis.

c Precipe hec & doce.
d Nemo adoleſcētiā tuam contemnat:
e Sed eſto exemplū fideliū in verbo in cōuerſatione in charitate in fide in caſtitate.
f Dū venio attēde lectioni exhortationi & doctrine.
g Noli neligere gratiā que in te eſt que data eſt tibi per prophetam cū impoſitione manuum preſbiteri.
h Hec meditare in his eſto vt profect⁹ tu⁹ manifeſtus ſit oīb⁹.
i Attende ei tibi et doctrine inſta i illis
a Hoc ei faciēs & te ipſū ſaluū faciēs & eos qui te audiunt.

ELVCIDATIO CAPITIS quinti.

a SEniores, ſi admonendi erunt aut corrigendi, non feries acrioribus obiurgationibus, ſed propter ætatis reuerētiam, magis vt patres cum māſuetudīe obſecrabis: niſi aliud forte mereatur eorum inueterata nequitia, aut obſtinata peruerſitas. b Iuniores vt fratres adhortaberis. Et mulieres quidem grandæuas, vt matres: Adoleſcentiores autem, vt ſoro

TEXTUS. CA. Quintum.

a Seniorē ne increpaueris ſed obſecra vt patrem.
b Iuuenes vt frēs an⁹ vt matres iuuēculas vt ſorores in oi caſtitate.

b Viduas honora/ que vere vidue ſūt.
d Si qua aūt vidua filios aut nepotes habet/
e diſcat primū domū ſuā regere/ ⁊ mutuā vicem reddere parē tibus/
f Hoc eñ acceptum eſt coram deo.
g Que aūt vere vidua eſt ⁊ deſolata/ ſperet in deū/ ⁊ iſta obſecrationib⁹ ⁊ ora tiōibus nocte ⁊ die.
h Nā que in delitijs eſt viuēs mortua eſt
i Et hoc precipe/ vt irreprehēſibiles ſint
a Si quis aūt ſuorū ⁊ maxime domeſticorū/ curā nō habet fidem negauit/ ⁊ eſt in fideli deterior.
b Vidua eligatur/

ſorores cum oī puritate, vt ſit procul oīs mala ſuſpitio. c Viduas honora quæ ſūt verę viduæ, tam ætate, quàm moribus, habe in honore. d Quod ſi qua vidua filios habet, aut de ſuo genere nepotes, quorum cura ſpectat ad ipſam: huiuſmodi, ne prętextu viduitatis velit familiam ſuam derelinquere: e ſed ſtudeat cum omni diligentia familiā colere, piéque adminiſtrare, & parentibus ſuis reddere viciſſitudinem: ſic alendo ſuos liberos, quomodo ipſa à ſuis eſt enutrita progenitoribus. f Nam hoc naturalis honeſtas dictat & eſt placitum Deo magis, quàm ſi prætextu viduitatis curam deſereret familiæ, cui ipſa eſt neceſſaria. g Illa autem quæ eſt penitus vidua & ſolitaria prorſus, omniquę etiam liberorum & familiæ ſolacio carens, nec habens in hoc mundo ſubſidium, & iactet illa ſpem ſuā in Dominum, & omni cura depoſita, ſtudeat aſſidue Deo ſeruire nocte atque die orationi vigilando. Atque huic de victu neceſſario prouidebitur, per Eccleſiam, & epiſcopum eius diſpenſatorem. h Nā quæ prætextu viduitatis ocio vacant, & delitias ſectantur, etiam viuentes mortuę ſunt. Carne enim mundo viuunt, & ſpiritu mortuæ ſunt deo. i Atque hoc illis denuncia fideliter, vt ſe exhibeāt irreprehenſibiles, ne tale quid poſſit aduerſus ipſas obiici. Alioquin, indignę fuerint beneficio eccleſiaſticæ ſuſtentationis. Nequaquam vero vidua, occaſione vidualis huius profeſſionis, debet curam abiicere familiæ, aut domus ſuæ, donec ei eſt neceſſaria. Si quis enim eorum quæ ad curam ſuam ſpectant, & præcipuè qui de domo & familia ſua ſunt, curam habere recuſat, fidem ille facto huiuſcemodi abnegat, et hac parte etiam infidelibus deterior eſt. Nā Ethnici, naturali edocti pietate ſuorum curam non ſolēt deſerere. b Vt autem vidua eliga-

eligatur digna Eccleſiaſtica ſuſtentatione: primū proſpiciatur, ne ſit infra annum ſexageſimum, deinde perquiratur diligenter, an conuerſatio eius digna ſit beneficio Eccleſię. Id autem poterit cognoſci ex conuerſatione priſtina: c Nempe ſi vxor fuerit vnius tantum viri, vt amore continentiæ ſecundas nuptias reſpuerit, ſi teſtimonium habeat de bona conuerſatione, ab iis cum quibus ipſa eſt conuerſata, d ſi filios ſuos comprobatur recte educaſſe, in timore & diſciplina domini, e ſi ſolita eſt hoſpitio ſanctos & fideles recipere, ſi ſanctorum pedes lauare aduentationum, aut alia id genus hoſpitalitatis ac benignitatis obſequia, ſtuduit exercere, f ſi pro virili tribulatis ſtuduit, vel re vel miniſterio, ſuccurrere, ſi denique oī operi bono fuerit aſſidue intenta. g Viduas aūt quæ & ætate fuerint, & morum inconſtantia, leuitateq; animi adoleſcentiores, deuitabis, renuens huiuſmodi ad eccleſiaſticam ſuſtentationem, & vidualem profeſſionem eccipere. In nonnullis enim iam expertum eſt, non expedire, vt illæ in quibus iuuenilis adhuc feruor ineſt libidinis, & morum leuitas ad ocium recipiātur Eccleſię. h Nam poſt quā cœperint, prę delitiis & ocio, aduerſ⁹ chriſtum laſciuire: hoc eſt, profeſſionis ſuæ pœnitentiam habere, & ſponſi Chriſti tædere: tū rurſum deſyderent nuptias, quas prius per profeſſionem viduitatis deuouerant, i ob noxiæ hac de cauſa damnationi ęternæ: quoniam primam fidem, qua Chriſto ſe ſponſo deuouerant, ruperunt, quærentes ſecundas nuptias. a Inſuper etiam in ocio viuentes eo quod eccleſiæ opibus enutiantur, cum orationi deberent inſiſtere, ſtudent circumire per domos aliorum: b non ſolum ocioſæ, ſed verbis etiam ſuperfluis abundantes, & curioſe omnia perquirentes; loquētes ſæpi⁹

quę

nō minus ſexaginta annorum/

c que fuerit vni⁹ viri vxor/ in operib⁹ bonis teſtimonium habens:

d ſi filios educauerit/

e hoſpitio recepit/ ſi ſāctorū pedes lauit

f ſi tribulationem patientibus ſubminiſtrauit ſi hoc opus bonū ſequuta eſt

g Adoleſcentiores aūt viduas deuita.

h Cū enī luxuriate fuerint in xp̄o nubere volunt/

i habētes dānatione/ q2 primā fidem irritam fecerunt.

a Simul aūt/ ⁊ ocioſe diſcūt circuire domos:

b nō ſolū ocioſe/ ſ3 ⁊ verboſe ⁊ curioſe/ loquētes q̄ nō oportet

quæ loqui non decet, vt puta vel detractoria, vel ſæcularia, quæ illarum conditio non patitur. c Ob hæc deuitanda, permitto quidem & magis volo, vt nubant iuniores, in quibus viget vis iſta libidinis, & morum leuitas, vtque filios procreent, & familiam curent, cum diligentia: d vt ſic ocio excluſo ſuis rebus vacantes auferant aduerſariis omnem occaſionem maledicendi, ſiue male loquendi. Iſtud autem permitto & magis volo, propter euitandum grande malum, quod in aliquibus perſenſi, e Iam enim quædã auerſę à Chriſto, hac de cauſa ſequuntur diaboli conſilia, vt ſuis deſideriis ſatiſfaciant. Et quanquam ſupra diximus, viduas vere viduas Eccleſiæ opibus ſuſtentandas: f tamen fideles habentes viduas in domo vel familia ſua, ad quas obligentur & ſufficiant ſuſtentandas, ſubminiſtrent earum neceſſitati, vt non oneretur nimium Eccleſia, in alendis iis quæ merito deberent & poſſent aliunde ſuſtentari: vt ſatis ſit, vnde prouideatur iis quæ ſunt penitus viduę, & prorſus relictæ, omni adiutorio humano carentes.

c Volo aũt iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias eſſe.

c nullã occaſionem dare aduerſario, maledicti gratia.

e Jã ei quedã cõuerſe ſũt retro, poſt Satanam.

f Si quis fidelis hʒ viduas ſubminiſtret illis vt nõ grauetur eccleſia: vt iis que vere vidue ſunt ſufficiat:

g Preſbyteros, qui ſuæ prælationis officiũ adminiſtrant vt debent, oportet duplici honore afficere: non modo reuerentiæ ſigna p̄tendendo, ſed etiam præbendo neceſſaria. h Peculiarius autem hoc illi promerentur qui laborant in verbo dei, alios docendo iuxta veteris ſcripturæ ſententiam, quæ laboranti boui iubet non denegari victus neceſſaria. Et iuxta Chriſti verbũ dign⁹ eſt omnis operarius mercede ſua. i Aduerſus preſbyterũ, noli fac accuſationẽ recipere, niſi duobus aut tribus teſtibus accuſatio confirmetur. a Peccantes obſtinate in malitia ſua, qui priuatam correctionem parui æſtimant, aut publicis maculatos peccatis, per quos ſcandalizari poſſunt alii, argue in conſpectu omniũ vt cęteri timeant

g Qui bene p̄ſũt p̄ſbyteri, duplici honore digni habeãtur,

h maxime qui laborant in verbo ⁊ doctrina. Dicit ei ſcriptura: Nõ alligabis os boui trituranti: Et dignus eſt oparius mercede ſua.

i aduerſus preſbyterum accuſationẽ noli recipere, niſi ſub duobus, aut tribus teſtibus. a Peccantes corã oib⁹ argue vt ⁊ ceteri timorem habeant.

Vt cæteri timeant, & qui in iiſdem ſunt peccatis, vt pœniteant, & qui in iiſdem non ſũt, vt caueant diligentius, ne in ea incidant. b Præcipio tibi, teſtem inuocans Deum patrẽ, & Chriſtum filium eius, & ſanctos Angelos eius: vt hæc quæ pręcepi tibi cuſtodias, ſine debita & diligenti diiudicatione præuia nihil faciendo, aut definiendo, ſic vt in alteram partem, omiſſa iuſtitia deflectas, propter partiales ſolicitationes. c Nemini cito manus impoſueris, vel ad ordinandum, vel ad abſoluendum, vel ad condemnandum, antequam idoneitas aut cauſa fuerit bene perſpecta. d Alioqui facile particeps eris alienorum peccatorum. e Te ipſum ſtude in omnibus purum ſeruare & immaculatum. f Noli amplius aquam bibere, ſed modico vino vtere, propter ſtomachi tui debilitatem, & continuam malã valetudinem tuam quam pateris. g Quorundam hominum peccata, per ſe præmanifeſta ſunt, vt ſecundum ea facile poſſit iudicari digni ſint an indigni, rei aut innocentes, abſoluẽdi aut puniendi. h Quorundam vero peccata, latent quidem nunc, ſed in futuro patebunt: de quib⁹ licet nõ poſſit humanum iudicium iudicare, Dei tamen iudicium illa iudicabit. i Similiter eſt in bonis operibus. Quorundam enim bona opera, ſunt etiã nunc manifeſta hominibus, & quæ aliter ſe habent (id eſt, quæ nunc latent) nihilominus ſuo tempore, in iudicio Dei erũt manifeſta, & latere non poterunt.

b Teſtor corã Deo ⁊ Chriſto Jeſu, ⁊ electis angelis eius, vt hec cuſtodias ſine preiudicio nihil faciens in alteram partẽ declinando.

c Manus cito nemini impoſueris.

d Neq; communicaueris peccatis alienis.

e Teipſum caſtum cuſtodi.

f Noli adhuc aquã bibere, ſ; modico vino vtere ꝑpter ſtomachũ tuũ, ⁊ frequẽtes tuas īfirmitates.

g Quorundam hominum peccata manifeſta ſũt, precedẽtia ad iudicium.

h Quorundam autem ⁊ ſubſequũtur.

i Similiter ⁊ facta bona manifeſta ſũt, ⁊ q̄ aliter ſe habent, abſcondi nõ poſſũt.

ELVCIDATIO CAP. VI.

a Serui qui ſeruitutis iugo ſunt aſtricti, temporales ſuos dominos, tametſi infideles, habeãt ex animo in omni honore, b ne nomẽ domini & doctrina Chriſtiana ſuſtineat calumniam, ſi viderint domini, prætextu Chriſtianitatis, à ſeruis ſuis ſe contemni. c Qui autem habent dominos

TEXTUS. CA. Sextum.

a Quicunq; ſũt ſub iugo ſerui, dominos ſuos omni honore dignos arbitrentur b ne nomẽ dñi ⁊ doctrina blaſphemet̃.

c Qui aũt fideles ha-

bent dominos / non contēnant: quia fratres ſunt /
d ſed magis ſeruiāt quia fideles ſunt et dilecti /
e quia beneficij participes ſunt.
f Hec doce / & exhortare.
g Si quis contrariū docet & non acquieſcit ſanis ſermonib⁹ domini noſtri Jeſu Chriſti / & ei que ſecundum pietatē eſt / doctrine / ſuperbus eſt / nihil ſciens /
h ſed languens circa queſtiones & pugnas verborum.
i Ex quibus oriunt inuidie / contentiones / blaſphemie / ſuſpitiones male / ꝯflictationes hominum mente corruptorū & qui a veritate priuati ſunt /

a exiſtimantiū queſtum eſſe pietatem.

b Eſt autem queſt⁹ magnus / pietas cū ſufficientia.
c Nihil enim intulimus in hunc mundum / haud dubiū / q̄ nec auferre quid poſſumus.

d Habētes aūt alimēta & q̄b⁹ tegamur his contenti ſimus.

ſimiliter Chriſtianos: ne ideo putent contemnendos, minuſque reuerendos, quia fratres ſunt in Chriſto: d ſed eo magis ſeruiant eis, quo fideles ſunt, & merito diligendi: e quoniam ſerui dominorum ſuorū beneficia percipiunt, à quibus neceſſaria ſuſcipiunt. f Hæc facienda & obſeruanda doce, atque vt faciant opere, exhortare. g Si quis contrarium docet, & ſanis veriſq; ſermonib⁹, quos ego tanquam â domino noſtro Ieſu Chriſto ſum eloquutus, & doctrinæ Chriſtianæ quę eſt doctrina ſecundum pietatem (fidei innitens non rationibus) neque credit neque obtemperat: hic ſuperbia inflatus eſt, nihil vere ſciens, quoniam modum ſciendi ignorat: h ſed totus lāguidus, hæret circa quęſtiões malas, de omnibus dubitans, & circa verboſas lites, & contentioſas diſputationes. i Ex quibus exoriuntur inuidię aduerſum defenſores pietatis, & in ore contentio, nonnunquam & aperta conuitia, & frequenter ſuſpitiones malæ aduerſus bonos, & prauæ conflictationes infectiuę auditorum: quibus agunt homines illi mente penitus corrupti, qui veritatem perdiderunt, a qui pietatem reputant quæſtum eſſe, ex pietatis ſimulatione, quaſtui & lucro, vel pecunię vel vanæ glorię vacantes, Atque illud (nempe quæſtum eſſe pietatem) vtcunque verú eſt, ſed non quomodo ipſi exiſtimant. b Eſt enim magnum lucrum & pro maximis diuitiis, vera pietas, contenta iis quæ ſufficiant neceſſitati. c Nam de ſuperfluis quid curandum eſt? Nihil in hunc mundū intulim⁹: ſine dubio neque aliquid inde nobiſcum auferemus. vnde patet, nobis niſi vſum eorum quę ſunt in hoc mundo, non eſſe conceſſum, nullum autem ſtabile dominium. a Habentes autem alimenta & tegumenta, nihil vltra requirimus, ſed contenti eſſe volum⁹

e Qui

e Qui vero laxãtes habenas cupiditati, quærunt quomodocunque diuites fieri, plurimis ſe periculis exponunt, inciduntque in tentationes plurimas, quibus ad peccata varia ſollicitantur, & in laqueum diaboli, vt in peccatis irretiantur, et in multa deſyderia ſuperflua atque etiam ſaluti noxia, quę homines deducunt in mortem & damnationem æternam. f Eſt enim cupiditas diuitiarum, radix quædam, vnde ſolent omnis generis peccata pullulare. Cui cupiditati quidam obſequi volentes, eamque inſequentes aberrarũt à fide, & ſeipſos multis intricauerunt doloribus, propter auariciam. g Te autem oportet ô ſerue Dei, ab huiuſcemodi elõgari, atque omni ſtudio contraria perſequi, nempe iuſtitiam, pietatem, fidem rectam, charitatem, patientiam, manſuetudinem. h Viriliter agendum eſt certandumque tibi, in negocio fidei: & ſpem tene firmam vitæ æternæ, vt tandem eã comprehendas, i ad quã te haud dubie Deus vocauit, & propter quã conſequendam audacter prædicaſti veram Chriſtianæ fidei confeſſionem: non in angulo, ſed coram plurimis aſtantibus auditoribus, qui poſſint teſtificari de veritate confeſſionis tuæ. a Vt vero creſcat tibi ſalutaris obedientiæ meritum, et magis habeas impreſſum animo quod tui eſt officii, præcipio tibi, teſtem inuocans Deum, qui omnibꝰ dat vitam, et Chriſtum Ieſum, qui coram Pilato iudice aſſiſtens, confeſſus eſt bonam veritatis confeſſionem, & nõ negauit, dicens ſe eſſe et regem & verũ filium Dei, vt erat, nihil mortis periculo a veritate deuiãs. b Præcipio, inquam, tibi, vt cuſtodias mandatũ oẽ quod accepiſti per me a domino, ſic vt eius tranſgreſſione nec maculatus inueniaris in nouiſſimo, nec merito reprehenſibilis, vſq; ad aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti. c Quẽ

e Nam qui volunt diuites fieri incidũt in tentationem ⁊ in laqueum diaboli: et deſyderia multa inutilia ⁊ nociua que mergũt homines in interitum ⁊ perditionem.

f Radix enim omniũ malorum eſt cupiditas quam quidã appetẽtes / errauerũt a fide / ⁊ inſeruerunt ſe doloribꝰ multis.

g Tu autẽ o homo Dei, hec fuge. Sectare vero iuſtitiam, pietatem, fidem, charitatem, patientiam manſuetudinem.

h Certa bonum certamen fidei: ⁊ apprehende vitã eternã:

i in qua vocatus es et confeſſus bonam confeſſionem coram multis teſtibus.

a Precipio tibi coram Deo / qui viuificat omnia: et Chriſto Ieſu / qui teſtimoniũ reddidit ſub Põtio Pilato / bonam confeſſionem /

b vt ſerues mandatum ſine macula irreprehenſibile vſq; in aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti.

c Quẽ ſuis tempori

busoſtendet/ beatꝰ ⁊ ſolus potens/ rex regum ⁊ dominꝰ dominantium:

d qui ſolꝰ habet immortalitatẽ/ ⁊ lucẽ habitat inacceſſibilẽ

e quem nullꝰ hominũ vidit/ ſed nec videre poteſt/ cui eſt honor ⁊ imperium ſempiternum/ Amẽ.

f Diuitibus huiꝰ ſeculi precipe/ non ſublime ſapere/ neque ſperare in incerto diuitiarum:

g ſed in Deo viuo/ q̃ preſtat nobis oĩa abunde ad fruendũ/

h bene agere/

i diuites fieri in bonis operibus/ facile tribuere/ cõmunicare/

a theſaurizare ſibi fundamentũ bonum in futurũ vt apprehendãt verã vitam.

b O Timothee/ depoſitũ cuſtodi/ deuitãs prophanas vocum nouitates/ ⁊ oppoſitiones falſi nominis ſcientie/

c quam quidam promittentes circa fidẽ exciderunt.

d Gratia tecũ/ Amẽ

Finit Textꝰ porꝫ Epiſtole ad Timotheũ beati Pauli Apli.

Chriſtum ſiue quem Chriſti aduentum, ſuo tempore manifeſte demonſtrabit Deus, ſua eſſentia æternaliter beatus, & ſolꝰ per ſe potens, rex ſuper omnes reges, & ſuper oẽs dominantes ipſe præcellentior, vniuerſalis omniũ dominus: d qui ſolus habet ex ſua natura, vt ſit immortalis, qui eſt in maieſtate ſua ſic abſconditus, vt nemo poſſit ad ipſum perfecte comprehendendũ accedere, e quẽ nemo hominũ vidit vnq̃: imo nec videre poteſt in vita manens, oculis carnis, neq; oculis mentis cõprehendere poterit. Cui eſt honor & imperialis poteſtas in ſempiternũ. Amen. f Iis aũt qui ſunt in hoc mundo diuites, vt poſſint ſine peccato, & cũ fructu animæ vti diuitiis, præcipe vt nõ exaltẽtur, neq; ſuperbiant propter diuitias, neq; ſpẽ aut cor apponãt inſtabilitati diuitiarũ: g ſed vt ſpẽ & cor apponant Deo viuo, qui largitur generi humano cũcta neceſſaria copioſe, ad refectionẽ & conſolationẽ neceſſitatis noſtræ. h Pręcipe, inq̃, vt ex ſuis diuitiis ſumãt ſibi materiã benefaciẽdi, i vt ſtudeãt magis operibus bonis abũdare, vt faciles ſint in diſtribuẽdo egẽtibus, ſint cõmunes atq; ſociales, pauperes nõ aſpernãtes, a congregãtes ſibi cumulũ bonorũ operũ, vt fundamentum, ſuper quo poſſit ædificari à Deo plenitudo gloriæ vt tandẽ aſſequantur verã & æterna vitã. b O Timothee (iterũ te moneo) depoſitũ oẽ quod tibi Deus cõmendauit & credidit, diligenter cuſtodi, fugiẽs prophanas vocũ nouitates, quæ ſũt noua falſitatis dogmata cõficta, & oppoſitiones atq; obiectiones ſcientię mundanæ, quæ falſo nomẽ ſibi vſurpãt ſciẽtiæ, c quã nonnulli ſequentes atq; profitẽtes, a fide exciderũt. d Gratia tecũ, Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Timotheum priorem beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPISTOlam ad Timotheum poſteriorem beati Pauli Apoſtoli.

SCripſit Apoſtolus in carcere conſtitutus, imminente iam agone martyrii (vt videtur ex capite quarto) ſecundam hanc ad Timotheum epiſtolam. In qua primum commendata fidei eius ſynceritate, quæ & in auia illius & in matre eadem fuerat, admonet eundem, gratiam per impoſitionem manuum Epiſcopalium acceptam non negligere, propter ſpiritum ſánctum amoris, qui datus eſt nobis: neque teſtimonium erubeſcere confeſſionis Chriſti et Dei, qui nos ex vera ſua liberalitate et gratia, nullis noſtris præeuntibus meritis, ſua ſancta vocatione dignatus eſt: quæ quidem gratia ab æterno fuit prẹordinata, ſed in tempore iſto nouiſſimo nunc primum fuit in opere exhibita, per Chriſti mortẽ deſtruentis, operationem, atque manifeſtata per Euangelii prædicationem, pro quo (cum ſit à Deo gentium ordinatus Apoſtolus) nihil pati erubeſcit, ſciens potentem eſſe ad remunerationem, illum pro quo laborat & patitur. Ipſum quoq; Timotheum monet, depoſitum cuſtodire, & recti dogmatis Chriſtiani formam tenere, eoque attentius, quod nunc in tribulationibus iſtis plurimi Aſianorum ſcandalizati, ab eo defeciſſent, quorum duos commemorat nominatim, Phygelum & Hermogenẽ. Oneſiphoro autem eiuſque familię, pro beneficiis, & olim & etiam nunc in captiuitate ſibi exhibitis, bona precatur apud Deũ. Capite vero ſecundo, confortari eum iubet in gratia Dei, & quaſi militem bonum Chriſti, atque fidelem agricolam, ſtrenue agere, diligentemque eſſe iubet in negocio Chriſti, ſęcularibus omnibus abiectis negotiis: vt ſic & legitime certando coronã, & pro agricolatione fideli fructum percipiat æternæ retributionis. Quo autem magis corroboretur in ſpiritu Chriſti eum memorẽ eſſe iubet: qui per paſſionem ad reſurrectionis gloriam perueniare promeruit, iuxta Euangeliũ ſuum quod prędicat, pro quo dura & grauia pati nihil formidat, propter electorum ſalutem: & quia ſi commorimur, conregnabimus, eo quod fidelis ſit dominus, qui ſeipſum negare non poteſt. Atque huiuſmodi, quæ ſunt vtilia docere præcipit, fugiendo contentiones verborum inutiles: vtque ſeipſum exhibeat coram Deo operatorem inconfuſibilẽ, hominum hęreticorum falſa dogmata deuitando, quæ vt cancer

ſerpunt ad impietatem promouendam. Firmum tamen ſtare dicit fundamentum ſanctæ Chriſtianæ fidei, diuina prouidentia et liberi arbitrii cooperatione obſignatum: quanquam nonnulli reperiantur minus probati & minus integri in Eccleſia, quomodo in magna domo etiam vilia ſunt vaſcula, lignea & fictilia. Spē tamen dat etiam huiuſmodi, vt ſe emundando fieri poſſint vaſa honoris, & domino ſanctificata. Iterumque monet diſcipulum, vt quæ virtutis ſunt ſtudioſe ſectetur, iuuenilia fugiens deſyderia, ſtultaſque ac ineruditas quæſtiones, ex quibus non niſi lites oriuntur: quæ ſeruo Dei non competunt, ſed magis manſuetudo & erga errantes bona inſtructio, & patiens correptio, ſi forte ad pœnitentiam eos queat ex diaboli laqueis educere. Capite autem tertio de iiſdem, de quibus in priori epiſtola dixerat, venturis ſeductoribus, ſermonem replicat, eorum hypocriſim et malitiam egregie deſcribens: quos, eo quod veritati reſiſtent, aſſerit confundendos, quomodo olim magi Pharaonis veritati reſiſtentes, confuſi ſunt. Ipſum vero Timotheum, ſuam doctrinam & inſtitutionem morum aſſequutum, ad paſſiones quales ipſe pro Chriſto pertulit Iconii et Lyſtris & pleriſque aliis in locis, hortatur: vtꝗ obſtinatis in ſua obſtinatione relictis, ipſe in iis quæ credidit permaneat, quorū veritatē ex ſacris literis, quas à puero didicit, poſſit habere compertam. Cuius occaſione, ſcripturæ ſanctæ multimodam vtilitatem, commemorat. Quarto autem capitulo, coram Deo illū obteſtatur: vt opportune, importune, arguat, obſecret, & omni inſtet diligentia, dum tempus eſt priuſquam illa nouiſſima tempora prędicta aduenianti: quando non veritatē, ſed placentia audire volent ſæculi illius homines: ſuique agonis, curſus, & militiæ finem prædicens, hortatur ſuo exemplo diſcipulum, vt ad coronam feſtinet, quam iuſtus iudex omnib⁹ diligentibus ſe eſt redditurus. Poſt hoc eum ad ſe quantotius venire iubens ante hyemen, & alia quædā familiaria de diuerſis diſcipulis, quos ad diuerſa loca dimiſit, ac de Alexandri ærarii malis machinationibus, & ſolius Dei in ſua defenſione aſſiſtentia, per quā ſe gloriatur liberatum omni opere malo, & ſaluandum per corporis mortem, palma martirii in regnum cœleſte, pertractat. Atꝗ ita adiunctis familiaribus nōnullis ſalutationib⁹, terminat epiſtolā.

Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD TIMOTHEum poſteriorem Beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Epiſtolæ ad Timotheum poſterioris beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO. capitis primi.

P a Aulus Apoſtolus Ieſu Chriſti ex diuina voluntate, ad Euangelizandũ vitam æternam, fidelibꝰ repromiſſam in Chriſto Ieſu, ſcribit Timotheo filio vere dilecto. b Sit tibi gratia, & miſericordia & pax à Deo patre, & chriſto Ieſu domino noſtro. c Gratias ago Deo meo, cui quemadmodum progenitores mei ſeruierunt, ita & ego ſeruio in conſcientia pura: quod indeſinenter ſim tui memor in orationibus meis aſſidue, pariter deſiderans & te in carne videre, dum in memoriam veniunt mihi lachrimæ tuæ, quas à te abſcedens, propter nimiam mei dilectionem, te conſpexi effundere: e vt neceſſe ſit impleri gaudio, quoties ex iſtis tuis lachrymis recordor illam integram & non ſimulatam fidem quam in Chriſto habes, f quæ etiam prius in auia tua Loide & matre tua Eunice firma fuit, Neq; dubito quin & in te nũc eadẽ ſic habitet. f Propter quam cauſam, commonefaciẽs admoneo te, vt donũ illud & munus Apoſtolicum, quod per impoſitionẽ manuum mearum ſuſcepiſti, nõ ſinas extingui ocio aut negligẽtia, ſed per diligẽs exercitiũ & ſedulũ, reſuſcita atq;

TEXTVS. CA. primum.

P a Aulꝰ Apoſtolꝰ Jeſu xp̄i per volũtatẽ dei ſecundũ promiſſionẽ vite que eſt in Chriſto Jeſu, Timotheo chariſſimo filio.

b Gratia & mia & pax a deo patre noſtro, & xp̄o Jeſu dño nr̃o

c Gratias ago Deo meo cui ſeruio a progenitoribus meis in conſciẽtia pura qd̃ ſine intermiſſione habeã tui memoriã in orationibꝰ meis nocte & die deſiderãs te videre memor lachrymarum tuarũ.

d vt gaudio implear recordationem accipiens eiꝰ fidei que eſt in te non ficta, e que habitauit primũ in auia tua Loide & matre tua Eunice: certus ſũ autẽ qd̃ & in te. f Propter quã cauſã admoneo te vt reſuſcites gratiã dei que eſt in te p impoſitionẽ manuum mearum.

g Nõ eñi dedit nob deus ſpm̃ timoris ſed virtutis & dilectiõis & ſobrietatis.

h Noli erubeſcere teſtimonium dñi noſtri neq; me vinctu eius.

i ſed collabora euangelio/

a ſcd̃ virtutẽ dei q̃ nos liberauit/ & vocauit vocatione ſua ſancta.

b Nõ ſcd̃ opera noſtra/ ſed ſcd̃m propoſitum ſuũ & gratiã/

c que data eſt nobis in Chriſto Jeſu/ añ tẽpora ſecularia/ manifeſtata eſt aũt nũc p illuminationẽ ſaluatoris noſtri Jeſu xp̃i/ q̃ deſtruxit quidem mortẽ illuminauit autem vitam & incorruptionem.

d per euãgelium/ in quo poſitus ſũ ego predicator & apoſtolus/ & magiſter gẽtium.

e ob quam cauſã etiam hec patior/ ſed non confundor.

f Scio ei cui credidi & certus ſu q; potẽs eſt depoſitũ meũ ſeruare in illũ diem.

innoua, vt quotidianis creſcas profectibus. g Spiritus enim ille quem nobis dedit deus non eſt talis: vt timidos nos aut tardos, vel efficiat, vel eſſe ſinat: ſed ipſe eſt ſpiritus virtutis, qui nos robuſtos faciat, vt nihil formidemus aduerſi: per quem & dilectionem conſequimur, & ſobrietatem, quæ eſt debita in omnibus temperantia. h Tali igitur ſpiritus virtute confortatus, ne erubeſcas ſãctæ fidei Chriſtianę confeſſionem, neque te pudeat captiuitatis meę, quæ magis tibi eſt gloriæ ducenda. i Imo vero, etiam vſq; ad malorum tolerantiã labora mecum aſſiduus, in euangelii negocio: a ſecundum illam dei virtutem, qua te ſpiritus corroborauit. Qui ſane Deus (vt ſciamus nos obligatos ad fideliter agendum pro nomine eius) liberauit nos à mortis imperio: Deinde & vocauit ſancta ſua vocatione, ad cognitionem fidei. b Neque hæc ex merito operum noſtrorum quaſi fuerit debitor nobis Deus: ſed iuxta beneplacitum voluntatis ſuæ, & ſecundum gratiam ſuam: c quæ quidem data eſt & promiſſa, atque præordinata nobis per Chriſtũ, in æternitate ante ſecula: nũc vero tandẽ cõpleta apparuit, & manifeſta facta eſt, per hoc quod illuxit nobis ſaluator mũdi Chriſtus Ieſus: qui & mortis deſtruxit imperium & illuceſcere fecit, ſiue regnare, vitam & immortalitatem: d atque id quidem per Euangelium ſuum, ad cuius miniſterium me Deus vocando conſtituit prædicatorem & Apoſtolum & peculiariter gentium doctorem: e Ob quam cauſam etiam has afflictiones & vincula patior tametſi de iis nõ erubeſcã, quę mihi ex hoc officio obueniunt. f Ego enim noui, quis ille ſit cui crediderim, nec de eius aut potentia, aut fidelitate quicquam hæſito. Et hoc ſcio firmiſſimè, quod is cui credidi vocanti, potens eſt, quicquid in

manus

manus eius cōmēdauero, ſeruare ī tuto, vſque in nouiſſimum iudicii diem. g Sint tibi velut forma ſiue exemplum, in docendo atque viuendo, ſermones illi veraces et recti quos à me didiciſti in fide recta, cum operante charitate, quæ eſt in Chriſto Ieſu. h Illud bonum depoſitum, quod eſt tibi commiſſum, nempe munus euangelicum cuſtodi p ſpiritum ſanctum, qui in nobis inhabitat. Ille enim eſt, qui & apud nos dona deponit, & ad depoſita ſeruanda nobis auxiliatur.

i Credo enim ſcire te, quemadmodum Aſia ī pene omnes, qui videbantur mihi ad ęſiſſe à me abſceſſerint: ex quorum numero ſunt, Phygelus & Hermogenes. Quo magis te eniti oportet, vt fideliter agas, cū pauci ſint veri fideleſque operarii. a Faciat dominꝰ miſericordiā cum Oneſiphori familia, quia ſæpius me conſolationibus ſuis recreauit, & captiuitatem meam non modo non erubuit ſed Romæ exiſtens ſolicite me requiſiuit, exegitque diligēter, vt pateret ſibi ad me acceſſꝰ & inuenit quem quęſiuit. b Reddat illi dominꝰ viciſſitudinem vt inueniat apud ſe miſericordiam, in die retributionis. c Neque enim modo cœpit benefacere, qui multa mihi & magna miniſteria Epheſi ſæpius exhibuit, vt tu optime noſti.

g Formā habe ſanorū verborū que a me audiſti, in fide et dilectione, in chriſto Jeſu.

h Bonum depoſitū cuſtodi per ſpiritum ſanctum, qui habitat in nobis.

i Scis ei hoc, quod auerſi ſunt a me oēs qui in Aſia ſunt, ex quibus eſt Philetꝰ ⁊ Hermogenes.

a Det mīaz dñs Oneſiphori domui, qz ſepe me refrigerauit ⁊ cathenā meā nō erubuit, ſed cū Romā veniſſet, ſolicite me queſiuit, ⁊ inuenit.

b Det illi dñs inuenire mīaza deo, i illa die,

c Et quanta epheſi miniſtrauerit mihi, tu melius noſti.

ELVCIDATIO CAP. Secundi

a TV igitur fili mi quo paucior es vides fideles operarios, eo magis corroborare, vt fortiter agas, per gratiam Chriſti. b Et quæ audiſti ex me, palam coram omnibus p̄dicante, hæc ipſa veritatis dogmata doce alios fideles, & fide dignos, qui ea populo valeant prædicare latiuſque diſſeminare: c labora ac ſuſtine, tanquam miles ſtrenuus Chriſti

TEXTUS. CA. ſecundum.

a Tu ergo fili mi, cōfortare in gratia, q̄ eſt in Chriſto Jeſu.

b Et que audiſti a me p multos teſtes hec commenda fidelibus hoibꝰ qui idonei erunt ⁊ alios docere. c Labora ſicut bonꝰ miles chri

ſti Ieſu. d Nemo militans deo / implicat ſe negotijs ſecularibus / vt ei placeat cui ſe probauit.

e Nā & qui certat in agone / nō coronabitur / niſi qui legitime certauerit.

f Laborantē agricolam oportet primū de fructibus accipere.

g Intellige que dico. Dabit ei tibi dñs in oībus intellectū /

h Memor eſto dñm Ieſuȝ Chriſtū reſurrexiſſe a mortuis / ex ſemine dauid.

i ſcdȝ euangeliū meum / i quo laboro vſqȝ ad vincula / quaſi male operans /

a ſed verbū dei non eſt alligatum.

b Ideo oīa ſuſtineo propter electos / vt & ipſi ſalutē cōſequātur que eſt i xp̄o Ieſu cū gloria celeſti.

c fidelis ſermo. Naȝ ſi cōmortui ſum⁹ / & cōuiuem⁹. Si ſuſtinebim⁹ & conregnabimus /

d ſi negauerim⁹ / & ille negabit nos.

Chriſti Ieſu. d Quiſquis ſectator bonus vult eſſe militiæ, potiſſimum chriſtianæ, neceſſe eſt vt à curis atque negotiis huius vitæ ſeſe expediat: vt illi totus placere ſtudeat, cuius ſe militiæ addixit. & à quo ad militandum eſt ſuſceptus. e Itē & qui in certamine publico decertat, nō merebitur brauiū accipere niſi vt oportet, iuxta certaminis leges, decertauerit, nihil omittens eorum quæ ſunt requiſita, nulliſqȝ parcēs laboribus. f Et agricolam laboraſſe oportet, priuſq̄ fructus percipiat, qui poſt labores ſolatium accipit fructuum. g Quæ tibi per ſimilitudines dico, ad intelligentiam debes moralem transferre. Dabit autem tibi; vt ſpero, dominus cui militas intellectum plenum in omnibus, quę tibi ac tuis erunt neceſſaria. h Ne autem te certamina laborum deterreant, in memoriam ſubinde reuoces velim, quemadmodum dominus noſter Ieſus Chriſtus, deuicta mortis moleſtia, ad vitam glorioſus reſurrexit, qui erat ex progenie Dauid, i iuxta eaungelium quod ego prædico: propter quod & laboro, grauia ſuſtinens, vſque ad vincula quibus ſum alligatus, quaſi malefactor aut ſceleratus: a quanquam verbū domini ligari non queat manēs liberum, & pertranſiens in vniuerſum orbem terrarum. b Cuius gratia omnia quęcunqȝ deo permittente obuenire poſſunt, paratus ſum ſufferre, ad vtilitatem electorum: vt quos elegit ipſe, conſequantur ſalutem, quam Chriſtus peperit omnibus credentibus, cum gloria ſēpiterna quæ reuelabitur in cœlis. c Sermo hic, fide dignus eſt. Si enim in hac vita fuerimus cum Chriſto mortificati à deſideriis concupiſcētiæ noſtræ, ſuo tempore pariter cum eo glorificabimur, atqȝ regnabim⁹. d Si nūc negauerimus cum infideli cogitatione, verbo, aut peruerſo opere, & ille nos nolet agnoſcere in

ſcere in nouiſſimo. e Si nos increduli & inobedientes fuerimus, permanet nihilominus ille firmus: & in ſe & in verbis quæ ſemel definiuit, neq; contra id quod ſemel definiuit poterit facere, cum ſentẽtiam protulit dicẽs: Qui non crediderit condemnabitur, vt cert⁹ ſit de ſua damnatione, quiſquis modo in eũ credere recuſat. f Hæc atq; huiuſmodi ſũt quæ te oportet admonere populum, atque cũ authoritate proponere, velut deo teſte ac iudice. g Caue autem contendas verbis cũ infidelibus & importunis hominibus. h Hoc enim nihil adfert vtilitatis: imo auditorum fidem ſubuertit nonnunquam. i Omni autem cura adnitere, vt teipſum exhibeas Deo probatum & beneplacentem, in operibus tuis confuſibilem, vt de nullo opere tuo poſſis iure confundi, rectè adminiſtrantem, atq; pro cuiuſq; captu diſtribuentẽ verbum veritatis. a Prophana autem & vana cõficta dogmata repellas. b Nam ſi admiſſa fuerint & non ſtatim repudiẽtur, excreſcent quantocius ad ampliorem impietatem. c & ſermo huiuſmodi vaniſſimorum hominum, admodum morbi, qui cancer vulgo dicitur, ſe ſpargens latius, etiam ſanos in fide inficit atque corrumpit, ſi nõ adhibeatur debitæ redargutionis remedium. d De quorum numero ſunt Hymenæus & Philetus: qui à veritate deuiarũt, aſſerẽtes nõ expectãdam eſſe vlteriorem ex mortuis reſurrectionem, præter eam quę facta eſt in iis qui cum Chriſto ſurrexerunt, aut prȩter ſpiritualem reſurrectionem, qua per fidem credentes in Chriſtum reſurgunt. e Atq; his nouis vanitatibus, quorundam vanorum hominum fidem iam ſubuerterunt. Qui eñi ſic à fide facile excidunt, firmi non fuerunt. f In electis autem Dei ſtat firma fides, velut fundamentum eccleſiæ, ſuper quam Deus ſuam Eccle-

e Si nõ credim⁹ ille fidelis pmanet: negare ſeipſũ non poteſt

f Hec cõmone: teſtificans corã dño.

g Noli contẽdere ṽbis.

h Ad nihil enim vtile eſt: niſi ad ſubuerſionem audientiu3.

i Solicite aũt cura teipſum probabilẽ exhibere deo: operarium inconfuſibilẽ: recte tractantẽ verbum veritatis.

a Prophana autem & vaniloquia deuita

b Multum eñi proficiunt ad impietatẽ:

c & ſermo eorum vt cancer ſerpit.

d Ex quibus eſt Hymeneus & Philetus qui a veritate exciderũt: dicẽtes reſurrectionem eſſe iam factam:

e & ſubuerterũt quorundam fidem.

f & firmum fundamẽtum Dei ſtat:

g habens ſignaculũ hoc.

Eccleſiam ædificauit, g & velut deſculptum habet in ſe fundamentum illud, huiuſcemodi ſignaculum,quo & conſignatur & confirmatur.

h Cognouit dominus qui ſunt eius/ ⁊ diſcedit ab iniquitate oisqui inuocat nomen domini.

h Cognouit ſuos dominus, & reſpectum habet ad eos,vt impleat in eis prædeſtinationem ſuam. i & ab iniquitate recedit,omnis qui confitetur & inuocat de puro corde & fide perfecta,nomen domini. Reſpectus enim diuinæ bonitatis,liberi arbitrii pergratiam cooperatio:quorum alterum in prima ſignaculi parte,alterum in poſteriori,confirmant atque ſtabiliunt ſemper electos & velut certificant:quod nunquàm electi fideles deficient in finem,à quibus ſuſtinetur,tanquam à fundamento, ſancta Eccleſia.Nihil autem mirum , ſi permittat Deus, etiam inter ſuos,eſſe qui cadant â fide.

a Jn magna aũt domo nõ ſolũ ſũt vaſa aurea/ ⁊ argẽtea/ ſ3 ⁊ lignea et fictilia.

a Quemadmodum in magna domo,vt ſit perfecta in omnibus vtenſilibus:non ſatis eſt eſſe vaſa decoris precioſa , aurea ſiue argentea,ſed etiam vilia ſunt,lignea & fictilia.

b Et quedã quidez in honorẽ/ quedam aũt in contumeliaz.

b Et quædam quidem ad honorificos vſus aptata,alia ad vſus cõtẽptibiles atque abiectos ita indubiè,ſiue in hoc mundo magno, ſiue etiam in Chriſti eccleſia graduum & ordinis meritorumque diuerſitas ab optimo patrefamilias,ad gloriam domus ordinatur.

c Si quis ergo emũdauerit ſe ab iſtis/ erit vas in honorez ſanctificatum/ ⁊ vtile domino ad omne opus bonũ paratuz

c Si quis itaque modo exiſtens fictile vas nullius precii ſtuduerit abiectis prophanis illis propter quæ fictile vas & terreum nominatur,per ſanam fidem ſe expurgare,fiet vas ſanctificatum & honorabile,& Domino placite deſeruiens aptum in omne opus bonum,& ſic vſum habebit honorificum.

d Juuenilia aũt deſideria fuge.

d Deſideria autem immoderata,quæ rationis freno non reguntur,cuiuſmodi ſolent eſſe iuuenum,in quibus viget carnis concupiſcentia,fuge modis omnibus.

e Sectare vero iuſtitiam/ fidem/ ſpem et charitatez/ ⁊ pacez/ cum his qui inuo=

e Contra vero,omni ſtudio conare,vt illis contraria bona conſequaris: Nempe vero iuſtitiam, fidé, ſpem

ſpem, charitatem, & pacem cum iis qui confitentur Dominum de corde puro. g Stultas autem & quæ nihil erudiunt vanas quæſtiones, abiice vt non occuperis in illis: ſciēs quod præter contentiones nihil generant. g Non eſt autem congruum ſeruis Dei, vt contentionibus deſeruiant: ſed oportet ſeruū dei erga omnes manſuetudinem gerere, vt non concitetur paſſionibus inordinatis, iracundiæ aut impatientiæ. h paratum eſſe & beneuolum ad docendum infirmos atque ignorantes, malos & improbos patienter ſuſtinentem, i cum modeſtia matur è corripiē tem eos qui veritati contradicunt, aut non acquieſcūt qui nōdū in erroribus creduntur obdurati: a ſi forte aliquando illuminati à Deo pœniteant de errore, & reuertantur ad cognitionē veritatis et eripiantur è diabo li laqueis: hoc eſt erroribus infidelitatis, b quibus obſtricti detinebantur, iuxta eius voluntatem agentis illos & impellentis, pro ſuo nequiſſimo placito.

cant dominū de corde puro.
f Stultas aūt & ſine diſciplina queſtioēs deuita, ſciens quia generant lites.
g Seruū aūt domini non oportet litigare, ſed manſuetū eſſe ad omnes,
h docilem, patientem,
i cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati.
a Ne quando Deus det illis penitentiā, ad cognoſcendā veritatem, & reſipiſcant a diaboli laqueis:
b a quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

ELVCIDATIO CAPITIS Tertii

a Hoc autem ſcire te volo, quod ſpiritu prædicante cognouimus, ventura eſſe circa mundi conſummationem periculoſa tempora plena iniquitatibus. b Erunt enim tunc homines magna ex parte ſui amatores, quod eſt omnis mali origo, auaritiæ cupiditate, exæſtuantes ad iniuſtitiam, c per elationem magna quærentes, & per ſuperbiam de ſeipſis pluſquàm æquum eſt ſentientes, ad conuicia prompti, parentibus ac ſuperioribus rebelles, d Deo atque hominibus ingrati, ſcelerati atque prophani, qui nec naturalis affectum pietatis habent, neque pacta ſeruare curant, aut fœdera pacis, calumniatores,

TEXTUS. CA. Tertium.

a Hoc autem ſcito, quia in nouiſſimis diebus inſtabunt tēpora periculoſa,
b & erunt homines ſeipſos amantes, cupidi,
c elati, ſuperbi, blaſphemi, parentibus non obedientes,
d ingrati, ſceleſti, ſine affectiōe, ſine pace: criminatores, incōtinētes, immites,

e ſine benignitate, ꝓditores/ ꝓterui/ tumidi/ ceci/ ⁊ voluptatũ amatores magis quam dei/ f habẽtes ſpeciẽ q̃dẽ pietatis virtutẽ aũt eius abnegantes. g Et hos deuita. h Ex his enĩ ſũt qui penetrant domos/ ⁊ captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis.

i que ducũtur varijs deſiderijs/

a ſẽper diſcentes ⁊ nunq̃ ad ſcientiam veritatis peruenientes. b Quemadmodum aũt Iannes ⁊ Mambres reſtiterũt Moyſi: c homines corrupti mente/ reprobi circa fidem. d ſed vltra nõ proficient. e Inſipiẽtia enĩ eorũ manifeſta erit oĩbꝰ/ ſicut illorum fuit.

f Tu autẽ aſſequutꝰ es meam doctrinam: inſtitutionẽ propoſitum/ fidem/ longanimitatem/ dilectionẽ patientiam/ g perſecutiones/ paſſiones qualia facta ſint mihi Antiochie

tores neſcientes continere, e immites, bonitatem non amantes, proditores proterui, inflatione tumidi, cæci & voluptatum magis quàm dei amatores, f ſanctitatem exteriori apparentia prę ſe ferentes atq; ſimulantes cuius tamen vim atque veritatem factis abnegant. g Hos autem omnibus modis, cuilibet chriſtiano cenſeo deuitandos. h Tales enim iam eſſe cœperunt quidam, qui clanculum ſubintrantes in domos (vt in tenebris doctrinam doceant tenebrarum) errorum vinculis irretiunt credulas atque inſtabiles mulierculas (& ſi qui illis ſimiles ſunt virilis ſexus) peccatis onuſtas, i ſequentes varias ſuas quibꝰ ſolicitantur concupiſcentias perſuaſæ blandientium Pſeudoapoſtolorum falſis doctrinis, a quæ cum ſemper diſcant nunquam ſunt tamen ad veritatis notitiam peruenturæ, donec falſis iſtis doctoribus aures præbuerint. b Quemadmodum autẽ Iannes & Mambres magi Pharaonis regis, Moyſi ſeruo Dei reſiſtebant, vt non haberetur eius ſermonibus fides: ita & hi veritati obſiſtunt, vt alios à fide recta auertant, c & homines mentis iudicio penitus corrupti, & circa fidei veritatẽ reprobi, ac deſperati. d Sed nõ in finem vſq; ſemper proficient. e Futurũ eſt enim ſuo tempore, vt eorum vanitas atque falſitas manifeſtetur omnibus, ſicut & illarum inſipientia tandem conuicta fuit, quando Pharao cum vniuerſo ſuo exercitu ex illorum conſilio malo, fuit demerſus in profundum. f Tu vero me recte & diligenter inſequutus, mihi ſimilis factus es in omnibꝰ. Nempe in doctrina veritatis, in morum recta inſtitutione, in virtutis firmo propoſito, in fide ſyncera in longanimitate, in vera charitate, in forti patientia, g in perſecutionibus quoq; & afflictionibus varijs, quales mihi illatæ ſunt Antiochiæ, Iconii, et

Lyſtris

Lyſtris. In talibus, inquam, perſecutionibus, quales ego in his & aliis compluribus locis ſuſtinui, & gratia Dei nullæ mihi prævaluerunt. h Et omnes qui vitam piam atque Chriſtianam ducere volunt, animo oportet eſſe forti & præparato ad tolerantiam perſecutionum, quas ſolent impii melioribus inferre, atque etiam caro cum dæmoniis. i Perverſi autem homines quorum eſt ſtudium ſimpliciores ſeducere, pergent in malitia ſua à deo derelicti: ipſi miſere errantes, et (quod intolerabile eſt) alios ſecum in errorem trahentes. a Tu autē perſta firmus, in his quæ me docente didiciſti, & tibi ſunt commiſſa vt alios doceas. b Sta, inquam, firmus nihil hæſitans, quoniam noſti me, qui te vt à Chriſto accepi, edocui: & quis ſim, quæve converſatio mea, optime noſti. c Accedit, quod ab annis teneris ſanctæ ſcripturæ eruditionem accepiſti, quæ te ſatis poteſt erudire ad conſequendam ſalutem, per medium fidei chriſtianæ quam habes, ſine qua legis doctrina à Chriſto magis alienat. d Omnis enim ſcriptura quam ex inſpiratione divina locuti ſunt ſancti homines, vtilis eſt: ad docendum & demonſtrandum veritatis dogmata, & ad contradicentes revincendum. e Item ad corripiendum errantes, & ad erudiendum inſtituendumque in rectam viam virtutis. f Vt perfectus fiat qui inſtruitur fidelis ad vacandum omnibus operibus bonis.

Iconii / Liſtris / quales perſecutiões ſuſtinui / et ex oibus eripuit me dominus h Et oēs qui pie volūt vivere in xpo Jeſu perſecutionez patientur.
i Mali autem hoīes et ſeductores / pficiēt i pei⁹ errātes / et i errorem mittentes.

a Tu vero permane in his que didiciſti

b et credita ſunt tibi ſciens a quo didiceris:

c et qz ab infātia ſacras literas noſti q̄ te poſſint inſtruere ad ſalutem per fidē que eſt in xpo Jeſu.

d Ois eni ſcriptura divinitus inſpirata / vtilis eſt ad docēdū ad arguendum /

e ad corripiēdū / ad erudiēdū in iuſtitia
f vt perfectus ſit hō dei ad oē op⁹ bonū inſtructus.

ELVCIDATIO CAPITIS quarti.

a Enuncio igitur ego tibi, omnibusque poſt te futuris gregis Dominici paſtoribus teſtem invocans Deum, qui iudicaturus eſt ſuo tempore vniverſos, ſive vivos, ſive iā olim morte ſolutos; & per revertendum eius aduē-

D

TEXTUS. CA. Quintum.

a Teſtificor coram deo et Jeſu xpo qui iudicaturus eſt vivos et mortuos / et p adventum ipſius / et regnū eius:

aduentum. ac ſuperuenturum regnum, obteſtor vt non torpeas in Euangelii prædicatione.

b prędica verbum/ inſta oportune/ importune:

b Imo vero aſſiduus inſiſte, quoties & vbicunque opportunitatem captare fructumque ſperare potueris:

c Argue/ obſecra/ increpa/

c Nunc demonſtrando docens fidei veritatem, nunc obſecrãdo, exhortans, nunc acrius increpando vitia inſectans.

d in omni patientia & doctrina.

d Idque, ſalua ſemper patientia, erga malos homines atque inobedientes, & erga infirmos minuſque perfectos, inſtructione diligenti. Hæc autem age, dum tempus habes,

e Erit enim tempus cũ ſanam doctrinã non ſuſtinebũt ſʒ ad ſua deſideria coaceruabũt ſibi magiſtros prurientes auribus:

e Venturum eſt enim aliquando tempus, in quo ſalutarem & veram doctrinam nolent audire homines: ſed iuxta ſua carnalia deſideria, ipſi prurientes auribus (hoc eſt titilari blandirique ſibi à falſis doctoribus deſiderantes) conquirent ſibi prædicatores plurimos, qui eis loquantur placẽtia, & prurientes titilent mollibus carnis ſermonibus:

f & a veritate quidẽ auditũ auertẽt/ ad fabulas autem conuertentur.

f & veritatem quidem pungentem ac mordentem nolent audire, ſed fabuloſas & confictas hominum doctrinas quærent, quibus in ſuis vitiis ac concupiſcentiis foueantur.

g Tu vero vigila/ in omnibus labora/

h opus fac euangeliſte miniſteriũ tuum imple/ ſobrius eſto.

g Tu per omnia, labora ac ſuſtine, ne fatigeris: h fac quod Dei Euangeliſtam, atque Euangelii prædicatorem decet: adminiſtrationem tibi commiſſam perfecte impleas, & ſobrius eſto in omnibus. Hęc enim tibi in hæreditatem relinquo.

i Ego enim iã delibor & tempus reſolutionis mee inſtat/

i Ego enim iam pro Chriſti confeſſione breui ſum immolandus, & in proximo imminet tempus depoſitionis ac mortis meæ.

a bonũ certamẽ certaui/ curſum cõſũmaui/ fidem ſeruaui.

a Donec placuit domino in huius corporis me vita ſeruare, maxime poſt eius fidem ſemel ſuſceptam, militiã iſtam bonam ſolicite ac laborioſe peregi, curſum vitæ meæ, cum omni diligentia, viſque ad finem perduxi.

b In reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitie/

b Quod ſupereſt expecto illud æternæ gloriæ præmium: Coronam, inquam, ex iuſtitia pollicitantis iudicis victoribus debitam,

c quã reddet mihi

c quam (non dubito) red

to) reddet mihi pro labore certaminis ac curſus mei, ſecundum fidelitatem promiſſionis ſuæ, iuſtus iudex, Chriſtus dominus, in nouiſſimo die. d Neque vero mihi ſoli, ſed et omnibus quicunque in conſcientia pura et in dilectione ſyncera præſtolantur aduentum eius, cum operibus bonis ei obuiam pergentes, donec veniat. e Cura, vt quantoci⁹ ad me venias. f Demas enim a noſtro ſodalitio ſe ſeparauit, fractus tribulationibus, amore huius ſęculi pertractus, & abiit Theſſalonicam. Creſcens in Galatiam eſt a me deſtinatus, & Titus in Dalmatiam. g Sol⁹ Lucas adeſt mihi, hoc tempore. h Marcum veniens aſſume, & adduc tibi comitem. Eſt enim in quo vtilis erit mihi, in miniſteriũ Chriſti. Tichycum autem miſi Epheſum. h penulã quam reliqui Troadæ apud Carpum, cũ veneris, adfer tecum, & libros qui apud eundẽ ſeruantur, maxime autem menbranas. i Alexander autem ærarius, mala plurima eſt aduerſum me conatus. Iuſtus dominus reddet illi, quemadmodum et omnibus, pro operibus mercedem condignam. Nolo enim grauius aliquid aduerſum ipſum dicere, nec pro malefactis maledictum reddere. Tantum, tu illum ac ſimiles deuita. b Valde enim obſtitit prædicationi noſtræ, & modis omnib⁹ conatus eſt illã impedire. c In prima mea examinatione ac reſponſione, cum iam ante Neronem ſiſterer, nemo mihi fuit hominum adiutor: d ſed timore ducti omnes, ſe occultauerunt, ita vt nemo pro me auderet palam agere. e Deum precor, vt non illis imputet, quod timore potius quam malitia factum conſtat. Hoc autem non conquerendo recito, ſed ad gloriam Chriſti: f qui mihi, omnibus recedentibus, ſolus affuit, meq; adiuuit ſpirituali confortatione ſua, g vt per me Euangelica prædicatio ad perfectũ perducatur

dominus in die illa, iuſtus iudex.

d Non ſolum aũt mihi, ſed ⁊ iis, qui diligunt aduentum ei⁹.

e Feſtina ad me venire cito.

f Demas eñ me reliquit, diligẽs hoc ſeculũ, ⁊ abijt Theſſalõicã, Creſcẽs in galatiam, Tit⁹ in Dalmatiam.

g Lucas eſt mecũ ſolus. h Marcũ aſſume, ⁊ adduc tecũ: eſt eñ vtilis in miniſterio. Tychicum aũt, miſi Epheſum.

i Penulam quam reliqui Troade apud Carpum veniẽs affer tecũ, ⁊ libros maxime aũt mẽbranas

a Alexander erari⁹ multa mala mihi oſtendit: Reddet illi dominus ſecundum opera eius, quem ⁊ tu deuita.

b Valde enim reſiſtit verbis noſtris.

c In prima mea defenſione, nemo mihi adfuit:

d ſed omnes me dereliquerunt.

e nõ illis imputetur:

f Dominus autem mihi aſtitit, et confortauit me,

g vt per me predicatio impleatur,

et audiant omnes gentes/

h Et liberatus ſum de ore leonis.

i Liberauit me dominus ab omni opere malo/ et saluũ faciet in regnũ ſuũ celeſte/ cui gloria/ in ſecula ſeculorum/ Amen

a Saluta Priſcam et Aquilam/ et Oneſiphori domum.

b Eraſtus remãſit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmũ Mileti. Feſtina ante hyemẽ venire.

c Salutãt te Eubolus et Pudẽs et Linus et Claudia/ et frẽs oẽs

d Dñs Jeſus Chriſtus cum ſpũ tuo. Gratia vobiſcum/ Amen.

¶ Finit textus Epiſtole poſterioris ad Timotheum beati Pauli Apoſtoli.

ducatur, ita vt in ea ad mortem vſque perſeuerem: & audiant omnes gentes per meam prædicationem edoctę, conſtantiam fidei meæ, h quia liberatus ſum de ore leonis iugientis, ſiue inuiſibilis diaboli, ſiue Neronis viſibilis hominis dum nullis terroribus, nec ipſa quidẽ morte, à fidei firmitate auellere me potuerint. i Chriſtus dominus confortãdo me, liberauit ab omni opere malo, vt nomen eius nec verbo, nec opere, propter terrores negauerim, & faciet ſaluum in ſuum regnũ cœleſte, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorum, Amen. a Saluta meo nomine Priſcam & Aquilam, & Oneſiphori familiam. b Eraſtus remanſit Corinthi. Trophimum autem reliqui infirmum Mileti. Feſtina vt ante hyemem ad me venias. c Salutant te Eubolus, & Pudens, & Linus, & Claudia, & fratres omnes qui nobiſcum ſunt. d Dominus Ieſus Chriſtus, ſit cum ſpiritu tuo, Amen. Sit gratia Dei vobiſcum, Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Timotheum poſteriorem beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPISTOlam ad Titum beati Pauli Apoſtoli.

TITVM & ipſum probatum diſcipulum reliquerat Apoſtolus Cretenſi inſulę pręfectum Epiſcopum, quomodo Timotheum Epheſus præfecerat. Et hunc ergo, de iis quæ ad ipſius ſpectabant officium, per epiſtolam inſtruit. Et primum quidem, de Epiſcoporum & præſbyterorũ per ciuitates ſingulas ordinatione, mãdatum replicat. Et vt ſciat quales ordinare debeat, eorum conditiones late ſimul & clare, quomodo & apud Timotheum deſcribit. Atque poſt omnia illud peculiariter exigit in Epiſcopo, vt potens ſit per ſanam doctrinam, & exhortari fideles, & contradictores redarguere, ſuæ fidei rationem reddẽdo. Ait enim eſſe multos, qui egeant redargutione: potiſſimũ ex Iudæis ſuas vanitates docentibus. Teſtimonio vero Epymenidis poetæ cuiuſdã Cretenſium fallaciã, maliciam, atq; duriciẽ, pigritiamq; & guloſitatẽ deſignans, eos vult dure & incircunciſe increpari, iuxta gentis conditionẽ: vt in fide recta permaneant, fabuliſq; non intendant. Per occaſionẽ aũt breuiter determinat, per ſe nihil eſſe immundũ, ſed infidelibus eſſe immunda omnia: qui licet ore confitentur Deũ, factis tamen pernegant. Secundo dehinc capitulo diſcipulũ præceptor inſtruit, quomodo vnamquamq; ætatem & ſexũ, ſenes videlicet atq; iuuenes, viros ac mulieres, debeat iuxta cuiuſque conditionem inſtituere, ſic tamen, vt in omnibus virtutibus, ſe proponat aliis in exemplũ. Et quaſi per ſuppletionem, de ſeruis, quales ſe erga dominos gerere debent peculiariter præſcribit. Vt autem omnes ad bene viuendũ, in ſuo quẽque ſtatu alliciat, gratiam Chriſti Ieſu, quę apparuit in humani generis redẽptione, proponit ante oculos, qui ad hoc ipſũ dedit pro nobis: vt ab omnibus peccatis emundati, tanquã populꝰ eius peculiaris et acceptabilis, ſectatores facti bonorũ operũ, iuſte, pie, ac ſobrie viueremus in hoc ſæculo. Tertio aũt capitulo admoneri vult Chriſtianos, vt ſuis principibus debitã præſtent obedientiã, neq; ad cõuicia, aut lites ſint prõpti: ſed vt erga oẽs omnino homines, etiã infideles, manſuetudinem oſtendant, eis, per compaſſionẽ, de ſua infidelitate cõpatiendo. Recordantes, quemadmodũ & olim patres noſtri in eiuſmodi infidelitate ac reliquis cõſequẽ

tibus peccatis, viuebant ſub ira Dei, à qua per Dei clementiam & benignitatem ſalui facti ſumus: nõ ex noſtrorum operum debito, ſed per Dei liberalitatem: qui nobis gratis filium ſuum ſaluatorem miſit, baptiſmum in regenerationis lauacrum inſtituit, & ſpiritum ſanctum in nos effudit, vt ex ſolo Dei gratuito munere hæreditatem expectemus vitæ æternæ. Atque huiuſmodi Chriſtianis vtilia, deuitatis inanibus & contentioſis quæſtionibus, ad ædificationem, eum ſuis vult ſubditis ſedulo proponere. De hæretico quoque poſt primam & alteram correptionem incorrigibili comperto, quod debeat vitari, decernit. Demum familiaria quædam & ſalutationes pauculas adiungens, ita concludit Epiſtolam.

Finit argumentum.

TEXTVS EPISTOLAE ad Titũ beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio IN EPISTOLAM AD TITVM BEATI Pauli Apoſtoli.

Textus. Ca. Primum.

Pa Aulus ſeruus Dei / Apoſtolus autem Jeſu Chriſti ſecundum fidem electorum Dei / & agnitionẽ veritatis / que ſecundum pietatem eſt /
b in ſpẽ vite eterne /
c quã promiſit qui

ELVCIDATIO Capitis primi.

Pa AVLVS ſeruus Dei & Apoſtolus Ieſu Chriſti, ad prædicandum fidem Chriſti quã omnes electi à Deo credunt, illamque veritatis doctrinam quam Chriſto reuelante cognouimus, ad pie ſancteque viuendum, in hoc ſæculo, b atque ita ſecure expectandum vitam æternam, c quam Deus natura &

ra & eſſentia ſua verax, præfiniuit, & immutabiliter præordinauit in æternitate, ante omnia tempora quæ præceſſerunt ab initio ſeculi: d manifeſtũ aũt fecit, tempore ad hoc deputato: hoc eſt nunc primum in dieb⁹ iſtis nouiſſimis, verbum Euangelii ſui, in quo eſt vitæ huius promiſſio, per prædicationẽ quæ mihi eſt credita & commiſſa, vt fideliter eã exerceam, iuxta quod iniunxit mihi dominus: e Ille, inquam, Paulus, ſalutem precatur ſcribitque Tito, ob morum fideique ingenuitatem vere dilecto filio non carnis autem, ſed fidei, quæ eſt vtrique ex Dei munere communis. f Gratia tibi ſit & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto. g Ob huius rei gratiam te Cretenſi inſulæ reliqui præfectum, vt ea quæ adhuc ordinanda diſponendaque ſuperſunt, paulatim diſponas, h & conſtituas ſingulis ciuitatibus ſuos Epiſcopos, quemadmodum ordinaui, cũ apud te præſens eſſem. i In ordinandis autem Epiſcopis conſyderandum eſt, vt tales ſint ordinandi, qui de nullo crimine poſſint merito infamari, neque duas habuerint poſt baptiſmum vxores: a quorum filii (ſi quos habent) fideles ſint, ac bonis probatiſque moribus, vt nec de luxuria qualibet, nec de inobedientia poſſint iure accuſari. b Oportet enim ſic eminere in ſua conuerſatione, eum qui in Epiſcopum venit cõſecrandus, vt de nullo crimine ſuſpectus habeatur, aut infamari poſſit: ſecundum veritatem, aut probabilem æſtimationem, c ſicut decet diſpenſatorem atque præpoſitum domus Dei, quæ eſt Eccleſia. Neque enim homines potentes ferunt hominem malæ famæ habere ſuæ domus diſpenſatorem. d Oportet etiam eum eſſe non ſuperbum aut pertinacem, propriis placitis nimis inhærentem, nulliuſq; conſilia admittentem: e Non facilem ad irã non

non mentitur Deus ante tempora ſecularia/

d manifeſtauit aũt temporib⁹ ſuis verbum ſuum: in predicatione que credita eſt mihi. ſecundũ p̃ceptum ſaluatoris noſtri Dei/

e Tito dilecto filio ſecundum communem fidem.

f Gratia ⁊ pax/a deo patre et Chriſto Jeſu ſaluatore nr̃o.

g Huius rei gratia reliqui te Crete/ vt ea q̃ deſũt corrigas/

h ⁊ conſtituas p ciuitates p̃sbyteros ſicut ego diſpoſui tibi

i Si quis ſine crimine eſt/ vnius vxoris vir/

a filios habens fideles/ non in accuſatione luxurie/ aut nõ ſubditos.

b Oportet enim Epiſcopum ſine crimine eſſe;

c ſicut Dei diſpenſatorem:

d non ſuperbum/

e non iracundũ/ nõ

vinolentu3/non per
cuſſorem/ nō turpis
lucri cupidum/
f ſed hoſpitalem/be
nignu3/ prudente3/
ſobrium/iuſtum/ſan
ctum/continentem/
g amplectentē eum
q̄ ſecundū doctrinā
eſt fidelē ſermone3.
h Ut potens ſit ex=
hortari in doctrina
ſana/ ⁊ eos qui con=
tradicunt arguere.
i Sunt enī multi eti
ā inobedictes/ vani
loqui ⁊ ſeductores/
a maxime qui de cir
cunciſione ſūt/ quos
oportet redargui/
b qui vniuerſas do
mos ſubuertunt/ do
centes q̄ nō oportet
turpis lucri gratia.

c Dixit quidā ex ip
ſis propri⁹ ipſoꝝ ꝓ
pheta: Cretēſes ſem
per mendaces/ male
beſtie/ vētres pigri.
d Teſtimonium hoc
verum eſt.

e Quamobrem in=
crepa illos dure/
f vt ſani ſint in fide/
non intendentes Iu
daicis fabulis/ ⁊ mā
datis hominū auer
ſantium a veritate/

g Oīa mūda mūdis.

non vino deditum,neque lingua,neque ma-
nu percuſſorem, non turpia lucra quærente:
f ſed econtrario oportet,vt propter hoſpi-
talitatem ſectandam etiam ſua libenter im-
pertiatur, vt ſit benignus & omnium ama-
tor bonorum,ſobrius in omnibus,iuſtus,ſan
ctus,continens, g cum amore ac diligen-
tia inhærens fidelibus & veracibus ſermoni
bus, qui ad docendum ſunt accommodi: h
vt his inſtructus, potens ſit exhortari i ſubdi
tos,per doctrinam veritatis, & contradicto
res cum authoritate reuincere atque confu-
tare. i Sunt enim multi non ſubditi,vani
loqui, qui & mentes hominum ſeducunt in
errores, a de quorū numero præcipui ſūt
carnales Iudæi quos neceſſe eſt ſeuera correp
tione redargui, b qui magna diligentia
per domos circumeuntes,quærunt à liberta-
te & veritate Euāgelica homines paſſim ab
ducere,inque ſuum Iudaiſmum pertrahere,
docentes quę docenda non ſunt, quæſt⁹ gra
tia. c Dixit Epymenides poeta quidam,ex
ipſis: Cretenſes ſemper mendaces,mali,irra-
tionabiles,& duri beſtiarum more,homines
inertes,ac pigri,ventri dediti. d Hoc teſti-
monium (quantum ad plurimos,& loci per
uerſam cōſuetudinem) nō abhorret à vero.
e Cum igitur aptādi ſint ſermones iuxta au
ditorum qualitatem increpa illos dure et in
circunciſe,nullis vtens ambagibus. f Sic e-
nim eorum expedit ruditati, vt in fide recta
firmi & integri permaneant, neque auditū,
vel animum Iudęorum fabuloſis narrationi-
bus accommodent, aut humanis traditioni-
bus: quibus ſolent occupari homines illi, qui
veritate repulſa ad vanitates ſe conferunt:
quemadmodum (exempli gratia) de cibo-
rum diſcretione multa ſolent præcipere, quę
tamen vana pro hoc tempore prorſus ex-
iſtunt. g Cum ſecundum veri-
tatem

tatem ſint et mūdis fidelibus hominibus omnia munda, ita vt nullus cibus fidelem poſſit cum bona conſcientia & gratiarumactione manducantē coinquinare. h Contra vero, infidelibus quos ſua infidelitas coinquinat nihil eſt mundum: ſed eorum & ratio & cōſcientia polluta eſt, ex quib⁹ infidelitatis maculis omnis eſt eorum pollutio, non ex cibo aut potu quem ſumunt. i Fatentur ore & exterioribus obſeruantiis, Deum ſe noſſe & colere: factis autem contrarium demonſtrāt dum eius filii gratiam non recipiunt. i Cum ſint hac cauſa execrabiles Deo & increduli, & ab omni opere vero bono deſperati. Nam qui gratiam Chriſti & fidem ſanam non recipit, nihil vere boni operis poteſt exercere.

g Coinquinatis aūt ⁊ infidelib⁹ nihil eſt mūdū / ſed inquinatæ ſunt eorū ⁊ mēs ⁊ conſcientia. h Confitentur ſe noſſe deum / factis aūt negant. i Cū ſint abominati ⁊ increduli / ⁊ ad oē opus bonum reprobi.

¶ ELVCIDATIO CAPI. ſecundi

a Tu autem ecōtrario loquere quę ad ſalutarem doctrinam pertinent ſingulos quomodo ī ſuo ſtatu recte conuerſentur inſtruens. b Doce ſenes eſſe ſobrios, grauitate venerabiles, in conſiliis atque agendis circunſpectos, ſinceros atq; integros in fide, in charitate, & ſuſtinentia vt non fatigentur ſenectutis laboribus, aut diuturna expectatione futurorum bonorum. c Anus ſimiliter doce, vt tali vtantur habitu qui religioni ſit congruus, vt non ſint calumniatrices, detractionibus vacantes, neq; ebrietatibus deditæ. d Sint autem & verbo & exemplo bono egregie docentes, vt liceat ex ipſis prudentiam atq; virtutes iunioribus addiſcere. Cum enim publice eis docere non permittatur, hac potiſſimum ratione curandū eſt, vt prudētiā vel moribus doceāt. e Adoleſcētiores etiā doce amare viros ſuos, filios diligere: hoc ē, educare, et erudire. f Prudētes eē ī regēda familia, caſtas eēac pu

TEXTVS.CAP. ſecundum.

a Tu aūt loquere q̄ decēt ſanā doctrinā. b Senes vt ſobrij ſint pudici / prudētes / ſani in fide / in dilectione / in patientia: c Anus ſimiliter in habitu ſancto / non criminatrices / nō multo vino ſeruientes / d bene docētes / vt prudētiā doceant. e Adoleſcētulas / vt viros ſuos amēt / filios ſuos / f prudētes / caſtas ſobrias /

g domus curam ha bētes/ benignas ſubditas viris ſuis/ h vt nō blaſphemet verbum dei.

ras, ſobrias, g domeſticam adminiſtratio nem cordi habentes,benignas, & viris ſuis bene ſubditas: h vt per verbum dei & fides chriſtiana non veniat in calumniam, quod futurum eſſet, ſi prætextu chriſtianitatis mulier viro cui cohabitat minus in licitis ve lit obtēperare.

i Juuenes ſimiliter hortare vt ſobrij ſit.

i Adoleſcētulos. præter hæc peculiariter admone, vt ſint in omnibus ſo brii: Nam ſolent huiuſmodi luxui & gulæ amplius eſſe dediti.

a In omnib⁹ teipſū prebe exēplū bonorum operum.

a Et vt habeant autho ritatē quæ tu alios doces, in omnib⁹ te præbe in exemplum & formam, in operibus bonis.

b In doctrina/ in integritate/ in grauitate: c verbum ſanū/ irreprehenſibile/ d vt is qui ex aduerſo eſt/ vereat / nihil habēs malū dicere de nobis.

b in veritatis doctrina, in integritate moru atq; in veneranda grauitate. c Verbum quod loqueris ſit verum, ſalutare atq; pro cuum, & tale quod repræhendi aut calum niari rationaliter non poſſit: d vt aduerſa rij (ſi qui ſunt) confundantur intra ſe, cum ſe viderint nihil habere quod poſſint aduer ſum te rationabiliter obiicere.

e Seruos dominis ſuis ſubditos eſſe in oībus placentes/

e Seruos do ce dominis temporalibus ſubiici, & ſtudere vt eiſdem in omnibus propter deum placeāt quantum in ipſis eſſe poteſt:

f Nō contradicētes non fraudātes / ſed in oib⁹ fidem bonā oſtēdentes/ g vt doctrinam ſaluatoris noſtri dei ornent in omnibus.

f non contra murmuratores eſſe, nō ſubtrahentes aliquid ſed in omnibus fideles ſe oſtendentes & exhi bentes: g vt doctrinam euangelicam, quam nos deus ſaluator noſter edocuit, honeſtent per omnia, operibus eam bonis implendo. Profecto eſt neceſſarium, vt ſic ſinguli hom num ordines, diligenter iuxta profeſſionem ſuam viuant, ſiue ſenes, ſiue iuuenes, ſerui at que domini.

h Apparuit em̄ gratia dei ⁊ ſaluatoris noſtri oībus hoīb⁹

h Palā em̄ manifeſtata eſt gra tia & miſericordia dei in incarnatione ver bi diuini, ad omnium hominum ſine exceptio one (modo credere velint) vtilitatem atq; ſa lutem.

i erudiens nos/

i quę nos pariter inſtruxit, quem admodum huius in commune propoſitæ ſa lutis participes eſſe valeamus:

a vt abnegantes impietatem ⁊ ſecularia deſyderia/

a Nimirū ab omni impietate falſitatis declinantes, & mundanas concupiſcentias calcantes, vitam in op

operibus bonis denegamus, b in ſobrietate omnimoda noſmetipſos continentes, iuſtè erga omnes conuerſātes, & in pietate veri cultus Deo ſeruientes, in hoc tempore quod nobis ad lucrum & meritum conceſſum eſt: c deinde vt ſecuri expectemus beatiſſimum illud prçmium, quod ſecundum opera bona ſperamus conſequi, d & aduentum illum glorioſum, in quo apparebit magnus ille deus tanquam omnium iudex, & electorum ſuorum ſaluator Ieſus Chriſtus: e qui cū in hoc mundo eſſet ſeipſum obtulit patri & in manus dedit inimicorum pro noſtra ſalute: f hoc eſt vt nos precio ſanguinis ſui ab omni peccato faceret ſaluos, g & ſic emundatos ſibi adoptaret in populum precioſum peculiari charitate coniunctiſſimum, & quē ipſe in maxima haberet æſtimatiōe. h qui deinceps emundatus à malis, bonis operibus cum omni diligentia vacaret. i Huiuſmodi ſunt quæ te oportet docere, & exhortādo proponere, atq; cum authoritate aduerſum contradicentes, reuincendo illos, demonſtrare. a Cura ſit te in omnibus habere, vt non te merito quiſquam deſpiciat aut paruipendat.

ſobrie/ & iuſte/ & pie viuam⁹ in hoc ſeculo/

c expectantes beatā ſpem/

d & aduētum glorie magni dei/ & ſaluatoris noſtri Jeſu xpi/ e qui dedit ſemetipſum pro nobis/

f vt nos redimeret ab omni iniquitate/ g & mundaret ſibi populum acceptabilē. h ſectatorem bonorum operum.

i Hec loquere & exhortare/ & argue cū omni imperio/

a Nemo te cōtēnat:

ELVCIDATIO CAPITIS tertii.

TEXTUS. CA. tertium.

A a Dmonens doce illos bene ſubditos eſſe principibus temporalibus & inferioribus ab eis in poteſtate conſtitutis vt iuſſionibus eorum pareant, & ad omne quod iniungitur opus bonum, animo promptos eſſe, b neminem conuiciis inſectari, neque litibus pugnare: ſed modeſtos potius ſeſe exhibere, vt nec læſi quærāt reddere talionem, c et omnino erga omnes homines, in omni conuerſatione perfectam manſuetudinem demonſtran-

a Admone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe/ dicto obedire: ad omne opus bonum paratos eſſe/

b Neminē blaſphemare / nō litigioſos eſſe/ ſed modeſtos/ c omnē oſtendētes manſuetudinem ad oēs homines.

monſtrantes. Quod eo nos amplius nunc facere conuenit, quo nos dei ſolius gratia ab eiuſmodi vitiis, quibus obnoxii olim fuimus: liberatos cognoſcimus.

d Eram⁹ eñ aliquãdo ⁊ nos inſipiẽtes ⁊ increduli/ e errãtes ſeruiẽtes deſiderijs ⁊ voluptatibus varijs/

d Eramus enim & nos qui in Chriſtum iam credimus olim quidem (hoc eſt, vos cum idola adhuc coleretis) inſenſati, nolentes acquieſcere veritati, e ac proinde errantes & ſequentes varias carnis malas affectiones, & voluptatibus dediti,

f In malitia ⁊ inuidia agẽtes odibiles odientes inuicem/

f Vitam in prauitate cordis & inuidia degentes, odibiles Deo & hominibus, propter veſtram malitiam, & inuicem odio habẽtes propter inuidiam.

g Cum aũt benignitas ⁊ humanitas apparuit ſaluatoris noſtri dei/

g At vero vbi deſuper nobis ſe manifeſtauit illa Dei ſingularis benignitas, qua fuit erga nos ab æterno affectus, & amabilis illa erga humanum genus clementia per quam nos ab æterno, ſaluare propoſuerat, ſaluos nos ab omni peccato & damnatione ipſe effecit:

h nõ ex operib⁹ iuſtitie que fecim⁹ nos ſʒ ſecũdũ ſuã miam ſaluos nos fecit.

i p lauacrũ regenerationis ⁊ renouationis ſpũs ſancti.

h non ex merito operum iuſtitiæ, quæ per nos facta fuiſſent aut patres noſtros, ſed propter infinitã miſericordiam ſuam. i Fecit (inquam) nos ſaluos ab ira Dei, à peccato & damnatione per baptiſmi lauacrum, per quod credẽtes renati ſumus ex filiis iræ filij Dei effecti, & renouati, exuto veteri homine, in gratia Dei: quæ quidẽ, & regeneratio & renouatio, tota per ſpiritum ſanctum interius operantẽ perfecta eſt,

a quẽ effudit in nos abunde p Ieſũ chriſtũ ſaluatorẽ noſtrũ b vt iuſtificati gratia ipſius heredes ſim⁹ ſcdʒ ſpẽ vite eterne. c Fidelis eſt ſermo ⁊ de his volo confirmare/ vt curent bonis opib⁹ preeſſe/ q̃ credũt deo.

a quem in corda noſtra copioſe ac diuiter effudit, de plenitudine filii Ieſu Chriſti ſaluatoris noſtri: b vt per eius gratiam iuſtificati à peccatis, ſecuri expectemus hæreditatem vitæ æternæ. c Dignus fide eſt ſermo iſte, atque huiuſmodi ſalutaria fidei veritatiſque dogmata te volo audacter aſſeuerare, & conſtanter proloqui: vt qui fidem habent, curent & operibus bonis inſiſtere, ita vt etiam præueniendo occaſionem captare ſtudeant bene operandi.

d Hec ſunt bona et vtilia hominibus.

d Hæc em̃ ſalutaria ſunt dogmata, & hominibus vtilia

e Stultas

e Stultas autem quæſtiones, & fabuloſas illas Iudæorum genealogias, contentioneſq; ac pugnas, quæ ex legis litera à legis ſolent ſectatoribus moueri, reiice, neque teipſum illis occupes: f cum ſint inutiles, & nihil ſoliditatis habentes. g Hominem in ſua hæreſi obſtinatum, poſtquam ſemel atq; iterum corripiendo admonueris, nec profectum vllũ ſenſeris reiice, vt non vltra cum illo fruſtra agas: h ſciens quod funditus ac deſperatè ſubuerſus ſit talis, i & in delicto ſuo permanet, cum ſit ſuo proprio iudicio damnationi obnoxius. Eo ipſo enim quod falſitati deliberata electione vult adhærere, in ſeipſũ damnationis profert iudicium. a Cum adte miſero Arthemam & Tychicum (ne prorſ⁹ orbentur Cretenſes, Epiſcopi ſolatio) feſtinato ad me venire Nicopolim, vbi hyemẽ trãſigere ſtatui. b Zenam virum peritũ in lege, & Apollo in ſanctis ſcripturis apprime inſtructum, viros vtique honorabiles ſolicite deducens cura, ne quicquam illis deſit neceſſarium. c Diſcant autem tuis monitis & exemplis, qui iſtic crediderunt, bonis operibus vel præueniendo inſiſtere, vt neceſſitatibus ſanctorum prouideant, ne ſint vacantes bonorum operum fructu. d Salutãt te omnes fratres, qui hic mecum ſunt. Tu viciſſim ſaluta meo nomine eos, qui apud te ſunt noſtri amantes in fide, dilectione ſpirituali.

e Gratia dei cum omnibus vobis, Amen.

Finit Elucidatio in epiſtolam ad Titum beati Pauli Apoſtoli.

e Stultas aũt queſtiones, ⁊ genealogias, ⁊ cõtentiones, ⁊ pugnas legis deuita:
f ſunt enĩ inutiles ⁊ vane.
g Hereticum hoiẽ poſt vnam ⁊ ſecundã correptionem deuita:
h ſciens qꝛ ſubuerſ⁹ eſt qui eiuſmodi eſt i ⁊ delinquit, cũ ſit ꝓprio iudicio condẽnatus.

a Cum miſero ad te Arthemam, aut Tychicum, feſtina ad me venire Nicopolim: ibi enĩ ſtatui hyemare:
b Zenã legiſperitũ ⁊ Apollo, ſolicite p̃mitte, vt nihil illis deſit.
c Diſcant aũt ⁊ veſtri bonis operibus preeſſe, ad vſus neceſſarios vt nõ ſint ifructuoſi.
d Salutãt te, q̃ mecum ſunt oẽs, ſaluta eos q̃ nos amãt in fide.
e Gratia dei cũ oibꝰ vobis, Amen.

Finit textus epiſtole ad Titum beati Pauli Apoſtoli.

ARGV

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam ad Philemonem Beati Pauli Apoſtoli.

EX familiaribus epiſtolis(quas non eſt dubium plurimas ,pro diuerſitate cauſarum, diuerſis ſcripſiſſe Apoſtolum omnium ſalutis cupidū) Vna hæc remanſit, quæ ad Philemonem ſcripta fuit. Philemon autem hic, ad quem nunc ſcribit Apoſtolus, Coloſſis morabatur, ſimulque hęc cum illa quam ad Coloſſenſes ſcripſerat & per eoſdem nuncios miſſa fuit, quemadmodum facile videri poteſt, ſi quis finem huius cum illius fine conferat. Ac de argumento quidem epiſtolæ, in ſummo illud eſt manifeſtum, quod pro ſerui fugitiui receptione (cui nomen erat Oneſimus)ad Philemonem dominum à quo fugerat, ſcribit Apoſtolus amice admodum & familiariter poſtulans, pro ſuo nomine illum in amorem recipi, in quo tam ſibi fuit placitum, vt etiam detinere ſecum eum libenter voluiſſet. Cæterum de cauſa fugæ huius poſteaquam nihil ſcripſit Apoſtolus, certum habetur nihil, neq; ita multum ad rem pertinet, quid cauſæ fuerit, vt aufugeret. Sunt qui dicunt illum tanquam furem aufugiſſe per malitiam, & furto ſubduxiſſe nonnulla de ſubſtantia Domini, ad quod illud putant referendum quod dicit Apoſtolus: Si quid debet aut nocuit tibi, mihi imputa ego reddam: Quorum authoritati nec obſiſtimus, neque ſententiæ tamen accedimus. Præſertim cum in ea quam ad Coloſſenſium Eccleſiam ſcribit epiſtola, honorificam admodum faciat Apoſtolus huius Oneſimi mentionē. Mihi ſane mitius videtur, vt illi quem Paulus chariſſimum & fidelem fratrem apud totam coloſſenſium Eccleſiam nominat, ſine cauſa & authoritate, crimen furti, & tantæ malitiæ, perfidiæque fugæ infamiam, non aſcribamus. Fieri enim potuit (id quod nō raro ſeruis ſolet accidere) vt per eū quoquomodo damnum rerum ſuarum perpeſſus fuiſſet dominus Philemon: idque ſiue per negligentiam quamlibet ſiue per inſufficientem rerum domini ſui cuſtodiam, ſiue per aliam quamcunque fortunę aduerſitatem ob quod iram heri metuens, nec videns quo pacto dominum placare poſſet, conſilium habuit ad Paulum confugere, quem ſciebat apud dominum ſuum plurimum authoritate valere, vt per eum redire poſſet in gratiam domini ſui eiuſque animum ſibi ſic

reconci

reconciliare: atque horſum optime referri poteſt, quod diciturin epiſtola: qui tibi aliquando inutilis fuit. Et *iterum*: ſi quid debet tibi aut nocuit mihi imputa, ego reddam, Apoſtolus igitur ſerui illius ad ſuum auxilium confugientis miſertus, quàm poteſt fideliſſime agit apud dominum, vt in gratiam illum ſicuti fratrẽ chariſſimum imo ſicuti viſcera ſua ſuſcipiat: confidens in obedientia charitatis eius, quoniam etiam ſupra quod poſtulat libenter efficiet. Sperans autem libertate donari, atque ad eos inuiſendos redire hoſpitium ſibi ſuiſꝗ commodum aptari iubet: atꝗ ita, additis familiaribus ſalutationibus, terminat epiſtolam.

Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM AD PHILEMONEM Beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS Epiſtolæ ad PHILemonem beati Pauli Apoſtoli.

ELVCIDATIO. capitis primi.

P a Aulus pro Chriſti nomine vinculis captiuitatis aſtrictus & Timotheus frater philemoni, in re fidei & Chriſti negotio, cooperario, & Apphiæ mulieri bene fideli, atque Archippo in Chriſti nomine ſtrenue nobiſcum agenti, & vniuerſæ illi fidelium congregationi, quę eſt in domo Philemonis ſalutem. b Gratia ſit vobis & pax à Deo patre noſtro, & domino Ieſu Chriſto

TEXTVS. CA. primum.

P a Aulus vinctus Chriſti Jeſu/ ⁊ Timotheus frater Philemoni dilecto adiutori noſtro/ ⁊ Apphie ſorori chariſſime/ ⁊ Archippo cõmilitoni noſtro/ ⁊ eccleſie que ĩ domo tua eſt.

b Gratia vobꝭ ⁊ pax a deo patre noſtro/

& dño Jeſu Chriſto.
c Gr̃as ago deo meo ſemper memoriã tui faciens in orationibus meis/ d audiens charitatem tuã & nomen quã habes in domino Jeſu/ & in oẽs ſanctos/
e vt communicatio fidei tue euidens fiat in agnitione oĩs operis boni in Chriſto Jeſu.
f Gaudium enim magnum habui & conſolationem in charitate tua quod viſcera ſanctorũ requieuerũt per te frater.
g Propter quod multam fiduciam habẽs in Chriſto Jeſu imperandi tibi quod ad rem pertinet/
h propter charitatem magis obſecro/
i cũ ſis talis/ vt Paulus/ ſenex/ nũc autẽ & vinctus Jeſu xp̃i:
a Obſecro te ꝓ meo filio/ quem genui in vinculis oneſimo/
b qui tibi aliquãdo inutilis fuit:
c nũc aũt/ & mihi & tibi vtilis:
d quem remiſi tibi/
e Tu aũt illuz vt viſcera mea ſuſcipe/
f quem ego volueram

Chriſto. c Gratias agere non deſino Deo meo, frequentiſſimam tui faciens memoriam in orationibus meis: d dum audio charitatis tuæ fraternæ, & fidei commendationẽ quam fidem atq; charitatem habes erga dominum Ieſum, atque etiam oſtendis erga omnes ſanctos: e Ita vt iſta tua miſericordia & liberalitas qua communicas ſanctorum neceſſitatibus, fiat per diuulgationem manifeſta, in agnitione bonorum operum quæ tu palàm exhibes omnibus in exemplũ, pro amore nominis Chriſti Ieſu. f Magnum enĩ mihi gaudium, & conſolationem adfert nõ mediocrẽ: quod per te (vt audio) refocillãt ſancti in neceſſitatis ſubleuatiõe. g Et quia tã fidelẽ te Dei miniſtrum conſpicio, confido tam promptæ te eſſe erga me obedientiæ, vt fiducialiter mihi liceat tibi etiam cum imperio iniũgere, quicquid mihi fuerit viſum expediens. h Veruntamen malo impræſentiarum propter charitatis fomentum atque augmentum obſecrare, quam imperare: i præcipue cum ſis ſenex ætate, qualis ſum ego, qui præter hoc etiam nunc vinctus ſum chriſti Ieſu: vt tã ex ratione tuæ ſenectutis, quã ex conditione meę humiliationis malim nũc ſupplicare quàm imperare. a Obſecro (inquam) te pro meo filio, quem in captiuitate Romæ hic poſitus, in Chriſto erudiui, ſiue fidelem aut meliorem feci Oneſimo nomine, b qui tibi aliquando inutilis fuit, & per quem rerum tuarum forſitan damnum aliquod paſſus fuiſti. c Erit autem de cætero meis monitis bene inſtructus, & tibi vtilis, & mihi. d Quem cum ad me familiari cognitione, recuperandi tui fauoris gratia acceſſiſſet, remittere ad te volui meis literis cõmendatum. e Te autem precor, vt ſic illũ benigne ſuſcipias, quaſi quem habeam chariſſimum. f Et ſane percupiebam illũ apud me

me detinere,vt tui loco mihi vincto mini-
ſtraret in negotiis euangelii,pro quibus mi
hi per vincula impedito,legatis pluribus ad
diuerſas Eccleſias eſt opus. g Nolui autem
ſine tuo conſenſu tale quid attentare,ne bo-
num tuum iſtud,quod in ſeruo exhiberes,eſ-
ſet quaſi extortum atque coactum,ſi te non
requiſito ſeruum tuum detinuiſſem: h ſed
malo ſit voluntarium bonum tuũ vt mihi il
lum,ſi velis libere remittas,aut ſi placet ami
ce retineas. i Forſitan enim ſic diuina pro
uidentia diſpoſuit vt illa temporalis ab in
uicem ſeparatio qua nunc ad tempus à te ab
fuit,cauſa eſſet æternæ in domino & firmiſ
ſimæ coniunctionis,modo in amore plus,ſo-
lito,& in futuro ſine termino: a eſſetq́ ti-
bi amodo non vt ſeruus timore ſubiectus,ſed
magis vt frater chariſſimus in Domino.
b Talis enim indubie eſt mihi,qui tamẽ nul
la ſpeciali ſocietate illi fueram iunctus:quan
to magis erit & tibi,qui naturali dictamine
quaſi familiæ tuæ,tuique partem aliquam,
diligere illum debes:etiam citra Chriſtiani-
tatis titulum,atque meam commendationẽ.
c Si ergo me tibi reputes ſocium aut amicũ,
peto vt illum ſicut meipſum benigne in gra
tiam recipias. d Si autem in vlla re tibi dã
num intulit,ſiue per nequitiam,ſiue per incu
riam,ſiue quomodolibet aliter,ego me ſpon
ſorem pro illo facio,mihi totum imputa,ego
perſoluam omnia. e Ecce autem(ne quicq̃
dubites)chirographum tibi trado. Ego pau
lus ſcripſi manu propria. f Vt taceam in
terim,quod tamẽ cum veritate dicere poſſũ,
& audeo,& tu debes agnoſcere: quod non
ſolum omnia tua,ſed & teipſum mihi debeas
eo quòd te ad Chriſtum adduxerim. g Ita
frater mi,ita ſane,fac in te oblecter ſancte in
Domino.Conſolare hac in re modo ſpiritum
meũ, h Liberius aliquanto ſcripſi tibi,eo q́
optime

mecũ detinere/vt ꝓ
te mihi miniſtraret
in vinculis euange-
lii.
g ſine cõſilio autem
tuo nihil volui face
re/vti ne velut ex ne
ceſſitate bonũ tuuꝫ
eſſet/
h ſed voluntarium.
i Forſitan enĩ ideo
diſceſſit ad horaꝫ a
te/vt in eternum illũ
reciperes:
a Iam non vt ſeruũ
ſed pro ſeruo chariſ
ſimum fratrem/
b maxime mihi:quã
to aũt magis tibi ⁊ i
carne/ ⁊ in domino.
c Si ergo habes me
ſocium / ſuſcipe il-
lum ſicut me.
d Si aũt aliquid no
cuit tibi aut debet/
hoc mihi imputa.
e Ego Paulus ſcri-
pſi mea manu/ Ego
reddã/ f vt nõ di
cam tibi quod ⁊ teip
ſum mihi debes.
g Ita frater ego te
fruar in dño refice
viſcera mea in xp̃o.
h Confidens in obe.

dientia tua ſcripſiti bi/ ſciens quoniam ⁊ ſuper id quod dico facies:
i Simul ⁊ para mihi hoſpitium:
a Nā ſpero per orationes veſtras/ donari me vobis.
b Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Jeſu/ Marcus/ Ariſtarchus / Demas ⁊ Lucas/ adiutores mei.

c Gratia domini noſtri Jeſu Chriſti cū ſpiritu veſtro/ Amē.
Finit tertius epiſtole ad Philemonem beati Pauli Apoſtoli.

optime confidam de promptitudine obedientię tuæ, firmiter ſciens quoniam ampliora etiam ſis facturus, quàm ego præceperim.
i Simul autem & para mihi commodum locum, in quo hoſpitio me recipias, cum cæteris qui fuerint in meo comitatu. a Spero enim adiutorio precum veſtrarum me libertate donandum, atque vos inuiſurum. b Salutat te Epaphras ille qui ex Coloſſenſibus ad me miſſus fuerat, tam ſingulariter mihi compatiens atq; aſſiſtens, vt quaſi ſimul vinctus videretur pro nomine Chriſti. Salutant vos Marcus, Ariſtarchus, Demas, & Lucas, cooperatores mei in negotio Euangelij.
c Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro, Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Philemonem beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM in epiſtolam ad Hebræos, beati Pauli Apoſtoli.

PRopter nimiam charitatis latitudinem, non contentus Apoſtolus ſuis Eccleſiis gentium diuerſas ſcripſiſſe epiſtolas, etiam hanc ad eos qui ex Iudæis ad chriſtum fuerant conuerſi, ſententiarum profunditate & rerum ſoliditate nõ infimam, ſcribere curauit, in qua hoc tanquam caput & præcipuum quærit declarare, quemadmodum Chriſtus Ieſus verus & ſummus ſacerdos, finis ſit vniuerſæ legis, quæ tantum figuras habuit veritatis in Chriſto adimplendæ: Atque ita, vt per Chriſtum peccatorum remiſſione, cœleſtiſque regni apertione perfecta, non vltra carnalibus inſiſtant obſeruantiis, ſed ex fide chriſti ſalutem quęrant, neque frãgat eos tribulatio aut perſecutio, quam pro Chriſti nomine ſuſtinent. Et quoniam iuxta auditorum qualitatem ſermo aptand⁹

venit

venit,iccirco apud Iudæos loquens,ex ipſorum hiſtoriis & anti-
quis legalibus ritibus,plurima demonſtrat. In ipſo itaque epiſto
lę hui⁹ exordio,mox illud proponit Apoſtol⁹,quemadmodũ De⁹
pater olim per Prophetas patribus loqui & apparere ſolitus,in
hac temporis plenitudine per filium nobis ſit eloquutus,ſibi,coæ
ternum & per omnia coæqualem. Cuius gloriam longe ſuper
angelorum dignitatem eminere, ex teſtimoniis diuerſis demon-
ſtrat,quę partim de angelis miniſtris Dei partim de Chriſto Dei
filio faciunt mentionem, ſemper tamen de filio honorificentiorē,
quam de angelis adminiſtratoriis ſpiritibus. Propter quod ſecun
do capitulo,ex Chriſti pręcellenti dignitate,arguit multum no-
bis eſſe obſeruanda,quæ modo ſunt per Chriſtum primum, dein
de & per Apoſtolos prædicata, ſigniſque & prodigiis confirma
ta. Et ne quis propter carnis fragilitatem illum paruipendat,cui
Deus futurum ſæculum & omnia ſubiecit: conſequenter decla-
rat,quomodo ſecundum diſpenſationem,aſſumpta humanæ na-
turæ infirmitas(iuxta quam etiam angelis ad tempus minor vi
ſus,nobiſque fratribus ſuis per omnia fuit aſſimilatus)illi ad ma
ximam exaltationem,nobiſque ad ſummam prouenerit vtilita-
tem:quoniam propter paſſionem mortis,& ipſe gloria fuit coro
natus,& nobis omnibus qui credimus in eum,author ſalutis eſt
effectus:dum per mortem deſtructo mortis imperio,nobis factus
eſt pontifex fidelis,potens in eo quod tentatus fuit, noſtræ quoq;
infirmitati auxiliari. In tertio autem capite,velut ad ſequentia,
quæ de legis imperfectione dicturus eſt,viam faciens,primum v
triuſque legis miniſtros atque latores confert ad inuicem, Chri-
ſtum tanquam filium, Moyſi ſeruo longe pręponens. Propter
quod Pſalmiſtæ verbis vtens,exhortatur eos:vt hodie,id eſt, in
hoc tempore nouę gratiæ,per infidelitatem corda non obfirmēt,
videantque ne cor malum incredulitatis aut apoſtaſiæ à Chriſto
in eis inueniatur,ſed ad perſeuerantiam mutuis ſeſe corroborent
exhortationibus, vetus exemplum adducens increduli populi Iſ
raelitici,qui propter ſuam infidelitatē occidi in deſerto,& a pro-
miſſa requie prohiberi,apud Deum promeruit. Quorum exem-
plo,capite quarto,nos quoque ſolicitos iubet timere, ne quemad
modum illis audiſſe legem ſine fide non profuit,ſic & nobis ſola
fidei annunciatio non proficiat, niſi fide quæ per dilectionem o-
peratur,iis quæ ſunt euangelizata inhæreamus. Declarat autem
conſequenter,quemadmodum exhortatio illa Pſalmiſtæ: Hodie
ſi vocem eius audieritis &c. hoc potiſſimum tempus reſpiciat,
AA quando

quando adhuc introitus in requiem cœleſtem et ſabbatiſmus perfectus fideles manet, quomodo olim veteres illi ingreſſum in requiem terrę promiſſionis corporalem expectabant. Ad hanc autem optatiſſimam requiem cęleſtem, & perfectum ſabbatiſmum (quem Deus initio creationis rerum, in die ſeptimo, in quo requieuit ab omni opere, per hoc ſignificans futuram ſanctorum poſt labores requiem præſignauit, quam requiem Iudæis Ioſue non præſtitit, qui in requiem tantum terrenam ſuos inducere potuit) per fidem nos monet viriliter feſtinare: ne quomodo illi, à ſua ſūt requie corporali per incredulitatem priuati, ſic & nobis de noſtra contingat promiſſione cœleſti, quoniam Deus iudex eſt diſcernens omnia, & cuius conſpectui nihil eſt occultum, qui iudicabit de omnibus. Iterumque monet, vt pontificem talem habentes qui cœlos penetrauit, in ipſius confeſſione & fide permaneamus. Et quoniam nobis aſſimilatus per omnia tentatus eſt, abſq; tamen peccato: vt ad ipſius thronum pro impetranda gratia, fiducialiter accedamus. Capite vero quinto, ſacerdotis officium, (quod eſt offerre dona & ſacrificia pro peccatis populi) quomodo erga nos impleuerit Chriſtus ſacerdos noſter, declarat. Qui nō à ſemetipſo, ſed a patre miſſus & clarificatus in diebus carnis ſuę preces & ſupplicationes pro nobis obtulit patri: ac per obedientiam quam patri vſque ad mortem exhibuit, omnibus nobis cauſa extitit noſtræ ſalutis. De quo ſe dicit grandem ſermonem inſtituere, ſed illis quibus ſcribit (propter vmbrarum in quibus Iudæi verſantur conſuetudinem) non ita facilem, nec ita paucis explicabilem. Propter quod, de Chriſti pontificatu ex veteribus ritibus prolixe in ſequentibus capitulis proſequuturus, primum ſe capite ſexto quædam dicit omittere, quæ ad inſtitutionem faciant ſanæ fidei, vt de veritate poſſit ſacerdotii Chriſti (quod præcipue aperire intendit) latius pertractare. Illud tantum præmonens bonis ad cautelam, & incredulis ad terrorem: quam ſit periculoſa res, ac pene deſperata, eum qui ſemel cœleſtium particeps factus eſt beneficiorum, per fidei & ſpiritus ſancti acceptionem, poſtmodum per apoſtaſiam corde incredulo ea contemnere. Cuiuſmodi homines ſub comparatione terræ ſterilis igni æterno tradendos aſſerit, non quaſi male de quoquam eorum ſuſpicans: ſed ad cautelam & vt in bene cæptis charitatis operibus in finem vſque non ſegnes perſeuerent, quo ſic diuinarum promiſſionum ſecundum patrum exempla, per patientiam fiant participes. Vbi per occaſionem, Abrahæ factam promiſſionem, iuramento

mento confirmatam commemorat, vt de cœleſtibus bonis nulla nobis (illius promiſſionis veris ſecundum ſpiritum hæredibus) relinqueretur poſt promiſſionem & iuramentum de eius adimpletione hæſitatio. Septimo dehinc capitulo, de Chriſti ſacerdotio propoſitum proſequens, Chriſtum cum Melchiſedech, tanquam veritatem confert cum figura. Illudque poſt alia multa ponderandum ducit, quod per Melchiſedech, Abraham decimatus fuit: atque ita quodammodo vniuerſum Iudæorum genus, ipſa etiam progenies tota Leuitica, quæ erat ſecundum legem ſacerdotalis, quæ tum erat in lumbis Abrahæ, cum obuiaret ei Melchiſedech decimas accipiens, et tanquam maior benedicens. Vnde maiorem dicit hunc ſacerdotem (qui in Abraham totum Iſraeliticum populum decimauit) ſacerdotibus legis, qui non niſi a reliquis tribubus Iſrael, decimas accipiunt. Dehinc & de conſūmatione perfectioneque ſacerdotii Chriſti, quod non ſecundum ordinem Aaron dici poteſt, eo quod de tribu Iuda ortus fuerit, dominus Ieſ⁹, quæ ſecundum legem ſacerdotalis non erat, pluribus agit rationibus. Tum quod per ipſum lex vetus euacuetur cum ſacrificiis ſuis propter infirmitatem. Tum quod cum iureiurando in ſcripturis, filio legitur traditum ſuum ſacerdotium. Tum quia eſt ſēpiternum, neque per mortem (quomodo ſacerdotes veteres) accipit ſucceſſorem: propter quod etiam perpetuo viuit ad interpellandum pro nobis, non habens neceſſe quotidie alias offerre hoſtias, neque primum pro ſeipſo offerre: cum ipſe talem infirmitatem non habeat, quæ egeat expiari, & ſemel oblata pro nobis hoſtia in ſempiternum ſufficiat pro dimittendis peccatis noſtris. Octauo vero capitulo, quemadmodum non ſecundū legem ſacerdotium Chriſti eſt accipiendum iuxta corporale in tabernaculo miniſterium, ſed quomodo ſecundum ſpiritualem intelligentiā verorum ſanctorum & illius tabernaculi quod per mortem ſuam nobis patefecit (hoc eſt templi & regni cœleſtis) ſit miniſter, declarat: eiuſque ſacerdotium, ex legis nouæ Euangelicæ inſtitutione commendat, quam Prophetarum teſtimonia multo ante, tanquam præcellentiorē venturā in plenitudine temporis prædixerunt, legē antiquando veterē. In eo aūt quod conſequitur nono cap. tabernaculi prioris ſtatū ac diſpoſitionē deſcribens, ſimul ꝙ ſūmi ſacerdotis ingreſſū per corporalis hoſtię ſanguinē, oīa ad myſticā refert intelligentiā. Chriſti autem tabernaculum, in quod per ſanguinē ſuū introiit, vbi & modo pro nobis patri aſſiſtit ex aduerſo velut præcellētius comparat. Et quō mediator

ſit noui teſtamenti, quod in ſanguine ſuo dedicauit, & in morte confirmauit, ex veteris legis typica per ſangninem animalium immolatorum dedicatione, declarat: ſimulque & de hoſtię iuę ſemel facta ad omnium ſęculorum peccata delenda, oblatione: quãdo tanquam peccator omnibus apparuit, venturus iterum in tẽpore ſuo, in gloria patris ſui. Capite vero decimo legis infirmitatem declarans, quæ per ſuas figuras & hoſtias corporales, ſufficiens non erat ad emundationem à peccato, ſacrificium verũ placitum Deo, ex Pſalmi teſtimonio adducit, nempe ſanctum corpꝰ agni immaculati, in quo ſemel pro nobis mortuus Dei filius, & hoſtia factus, iam reſidet in dextera patris, accepturus plenum ſuper omnes inimicos ſuos imperium atque dominium, Ita vt iam vltra poſt nouæ legis acceptam hoſtiam, veteribus illis oblationibus pro peccatis expiandis, nihil ſit opus, cum vna iſta ſemel oblata, perpetuo nobis ſufficiat. A quo loco ad exhortationem trãſiens Apoſtolus ad veram & ſynceram in fide recta perſeuerantiam cum dilectione hortatur fideles factos: iudicii & ignis æterni pœnam (quæ manet omnes à fide apoſtatantes) in terrorem proponens: ex veteris legis tranſgreſſæ pœna illius vltionem æſtimans, qui ſpiritui ſancto per ſuam apoſtaſiam iniuriam & cõtemptum intulerit. Ad conſolationem autem bonorum terribilia illa dimittens, propoſitis illorum bonis initiis, in eo quod & vinctis compaſſi fuiſſent, & ſuorum bonorum rapinam cum gaudio in ſpe futurorum ſuſcepiſſent, eos hortatur, vt in patientia pſeuerent & confidentiam non perdant, ne ſubtractionis filii effecti à retributione cœleſti excidentes, incidant in damnationem. Quoniam vero de fide multa præclara dixerat. Capite vndecimo fidem primum deſcribens, longe deinde ac late per fidelium patrum exempla pertranſiens, eam commendat: quæ non eſt neceſſe explicare modo per ſingula. Quorum exempla, fideles iubet ſequenti capite, ſolicite quoque ac diligenter imitari: ſic tamẽ vt ante omnia Chriſti aſpiciamus exemplum, quem dum recogitamus confuſione contempta per mortem (quam voluntarie ſuſtinuit) ad patris gloriam aſcendiſſe, corroboramur animo, vt non deficiamus in tribulationibus. Et quoniam in tribulationibus ſatis grauibus agebant conuerſi ad Chriſtum Iudæi, dulciſſimã eis conſolationem ex verbis ſapientię proponit, declarans quemadmodum correctio & diſciplina vtilis admodum ſit, & teſtimonium quod ſimus filii Dei, quodque fructum multum ſit eis allatura, ea quam nunc videtur habere acrimonia. Poſt hæc pacem

eos cum

eos cum omnibus ſequi iubet, & diligenter contueri, ne qua inter eos mala peſtis ſurſum germinans cæterorum infectrix exurgat, proponens Eſau in exemplum, qui venditum ius primogenituræ poſtquam ſemel perdidit, amplius recuperare non potuit, ne ſic etiam nobis contingat, ſi oblatam Dei gratiam reſpuamus. Ad quod, noui teſtamenti (quod per fidem acceptamus) & nouę Eccleſię, cui per fidem incorporamur, dignitatem explicat: præmiſſoque terrore in quo lex vetus data fuerat, multomagis nos qui de cœlo demiſſum nobis Dei filium nobis nouę legis Euāgelium loquentem, audiuimus, ne recuſemus loquentem commonefacit, ſed vt cum metu & reuerentia ſeruiamus Deo. Vltimo tandem capitulo fraternæ charitatis & hoſpitalitatis quæ Deo vero placet, & miſerorum qui in vinculis pro Chriſti nomine detinentur, eos commonefacit. Coniugium legitimum, honorabile: adulterium, deteſtabile prædicat. Auaritiam deteſtatur. In Deo confidentiam ſuadet. Ad præpoſitorum obedientiam & imitationem ſubditos inducit. A doctrinis peregrinis & veritati diſſonis iubet attendere, & ſe in Dei gratia ſtabilire, potius quam in eſcarum obſeruantiis carnalibus. Poſt hæc de altari noſtro, quod eſt Chriſtus & de immolata extra portam hoſtia noſtra, facit ſermonem, morali intelligētia fideles ad imitationem inuitans. Demum beneficentię & communionis & obedientię voluntariæ iterum commonefaciens, eorumque pro ſe orationes poſtulans, bona illis precatus, & excuſatione familiariter poſita, ita nouiſſimam hanc & egregiam terminat Epiſtolam.

Finit Argumentum in Epiſtolam ad Hebræos beati Pauli Apoſtoli.

TEXTVS EPISTOLAE ad Hebreos beati Pauli Apoſtoli.

Elucidatio

IN EPISTOLAM AD HEBRAEOS BEATI Pauli Apoſtoli.

TEXTUS. CA. Primum.

a Multipharie multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis:

b nouiſſime diebus iſtis/ loquutus eſt nobis in filio/

c quem cõſtituit heredem vniuerſorū/

d per quem fecit et ſecula.

e Qui cum ſit ſplendor glorie/ et figura ſubſtantie eius/

f portanſque omnia verbo virtutis ſue/

g purgationem peccatorum faciens/

h ſedet ad dexterā maieſtatis in excelſis:

i tanto melior angelis effectus/ quanto differentius pre illis nomen hereditauit

ELVCIDATIO Capitis primi.

a Deus pater omnipotẽs qui in ſæculis præteritis diuerſimode, id eſt, variis modis, maioribus noſtris loqui cõſueuerat per Prophetas præcones ſuos: b idem ipſe tandem diebus iſtis nouiſſimis, quando venit plenitudo tẽporis loqui nobis dignatꝰ eſt per vnigenitū filiū ſuum, c quẽ conſtituit Dominū oīs creaturæ, dans ei ſuper oīa poteſtatẽ, d per quẽ creauit & ſæcula: id eſt, oīa ſecularia, ſiue quę in cœlo, ſiue quę in terra. e Qui filius cum ſit ſplẽdor paternę glorię, et lumen de patris gloria æternaliter procedẽs, et imago patri conſubſtantialis, patriſque ſubſtantiam perfecte repreſentans, f regenſque, mouens, gubernans, atque ſuſtentans omnia creata, ſola ſua potenti iuſſione, g peracta peccatorum mundi expiatione per virtutem mortis & paſſionis ſuæ, h iā requieſcit glorioſꝰ, et reſidet accepta iudiciaria poteſtate ad dexterā paternæ maieſtatis, in altiſſimis: id eſt, in ęqualitate patris, & ſublimitate gloriæ eius: i tanto angelis declaratus atq; demõſtratus prę cellẽtior, quanto nomen illud quod illi pater donauit, & quod ipſe vt hæreditatẽ ſibi propriā habet,

habet differētius eſt nomine illorum: hoc eſt quanto filii nomen antecellit nomen angelorum. a Nuſq̄ enim in ſcripturis attribuitur angelis filij nomen, quod de Chriſto legitur in Pſalmo, vbi ex voce patris ad Chriſtum dicitur: b Filius meus es tu mihi coęternus, coęqualis, & conſubſtantialis, ego te in hoc ipſo qui nunquam deficit æternitatis die, ab ęterno genui. c Et alibi: Ego ero illi pater, & ipſe erit mihi verus filius. d Et rurſū alio in loco, cum pater filio tradit omnium quæ in mundo ſunt poteſtatem, ſic eū in orbem terrarum introducens, ita legitur ad angelos de filio dictum: Adorate eum omnes angeli eius. e Quantum vero ad angelos, multo aliter ſcriptura loquitur. Nā de angelis in Pſalmis ſic dicitur: f quod Deus ſpiritus quos tam nobiles creauit natura, angelos ſuos ſiue nuncios facit ad perferēdum ſua nuncia: g & ſupremos quoque ſpirituum, ipſos etiam Seraphin qui ſūt vt flamma ignis, facit ſuos miniſtros, qui aſſiſtant coram eo omni tempore, ſicut ſerui in conſpectu domini ſui. h Ad filium autem iterum alibi ſcriptura ita loquitur dicens: Sedes tua regia, maieſtaſq; & poteſtas tua Deus æterna eſt, i & ſceptrum regni tui eſt in æquitate: id eſt, in iuſtitia & æquitate eſt tuum imperium. a Dilexiſti iuſtitiam quærens ſemper quæ ſunt placita patri. & odio habuiſti ac fugiſti iniquitatem: atq; propterea deus pater, Deus, inquam, tuus, ſecundum humanitatis infirmitatem, impleuit te ſpū ſācto & eius chariſmatibus precioſis velut oleo lætitiæ ſpiritualis pluſquam cęteros omnes homines, tuos cohæredes. Cæteris enim ad menſuram, de plenitudine Chriſti, datur ſpirituſſancti gratia: Filius autem nō ad mēſuram accepit, in quo ſecundum omnem plenitudinem ſpirituſſanctus corporaliter inhabi-

a Cui eñ dixit aliquando angelorum:

b Filius meus es tu,

ego hodie genui te:

c Et rurſū. Ego ero illi in patrē, & ipſe erit mihi in filium.

d Et cum iterū introducit primogenitū in orbem terre dicit: Et adorent eum omnes angeli dei.

e Et ad angelos quidem dicit:

f Qui facit angelos ſuos ſpiritus/

g miniſtros ſuos flām mam ignis/

h ad filium autem/ Thronus tuꝰ deus in ſeculum ſeculi/

i virga equitatis/ virga regni tui.

a Dilexiſti iuſtitiā & odiſti iniquitatem/ propterea vnxit te deus/ deus tuꝰ oleo exultationis/

pre participibꝰ tuis

b Et, Tu in principio domine terrã fũdaſti, & opera manuum tuarũ ſunt celi.
c Ipſi peribunt, tu autem permanebis:

d Et oẽs vt veſtimẽtũ veteraſcẽt

e Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur.

f Tu aũt idem ipſe es, & anni tui non deficient.
g Ad quem aũt angelorũ dixit aliquãdo: Sede a dextris meis, quoadusq; ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum?
h Nõne oẽs ſunt admiſtratorij ſpũs, i in miniſteriũ miſſi.

a ꝓpter eos qui hereditatem capiẽt ſalutis.

habitauit: b & de eius æternitate atq; immutabilitate alicubi ſic legimus: Tu in principio Domine terram in ſua firmitate fundaſti, & cœli ſunt opera potentiæ atq; virtutis tuæ quæ creaſti. c Ipſi quidem à ſuo ſtatu in quo nunc exiſtunt, recedent: tu autem idem permanebis, & immutabilis: d & omnes illi veteraſcent, admodum veſtimenti, quod cum vetuſtate ad extremum deuenerit ſtatum durationis ſuę, innouari oportet. Sic eñ & cœli cum vſque in finem ſtatus huius, decurrerint, immutabuntur ad nouitatem glorię maioris. e Et ſicut mutari ſolet operimentum, pro veteri nouum aſſumẽdo, ita mutabis eos & innouabis, & ipſi mutabuntur innouati. f Tu autem idem prorſus permanes immutabilis, & durationis tuę non erit finis. g Neq; etiam ad vllum aliquãdo angelorum dictum legitur, quod ad filium pater in pſalmis dicit: Sede à dextris meis, donec ego ſubigam tibi inimicos tuos, quaſi ſcabellum ſub pedibus tuis, perfecta & omnimoda ſubiectione. h Imo vero omnes angeli adminiſtratorii ſpiritus ſunt, ad perficiendum voluntatem Dei, aſſiſtentes illi iugiter: i quorum plurimi (nempe qui in inferioribus ordinibus ſunt) in miniſteriũ emittuntur, quoties deo placuerit, ad peragẽdum quæcunq; ille mandauerit, a propter ſalutem hominum, qui accepturi ſunt hæreditatem ſalutis meæ, & ſecundum ſpem hæredes Dei modo exiſtunt,

TEXTUS. CA. ſecundum.

a Propterea abũdãti⁹ oportet obſeruare nos ea que audiuimus,

ELVCIDATIO CAP. Secundi

a Via vero tam ſublimis eſt ſuper angelorum ordines Chriſtus dominus, per quem nobis modo pater loqui dignatus eſt: ob hoc attentius atque diligẽtius nobis cum oĩbus obſeruatione cu

ne cuſtodienda ſunt, quę ab ipſo audiuimus, b ne quo pacto cōtingat ea nobis ſine fructu excidere atq; diffluere. c Nam ſi vetus illa lex quæ per angelos perſonam Dei repræſentantes data fuit, rata fuit & firmæ obligationis: ita vt quiſquis illam præuaricaretur, faciendo quod illa vetabat, aut quiſquis inobediens exiſteret omittendo quod illa iubebat, iuſtam & condignam acciperet punitionē: d quæ ſpes erit euadendi vltionē dei nobis chriſtianis hominibus, ſi tantam ſalutem tam aperte & tam nouo modo propoſitam, neglıgentia noſtra pręterire ſinamus, nec contendamus eius per finem rectam fieri participes. e Quam ſalutem cum incepiſſet primus prędicare dominus Ieſus apud Iudæos, f Poſtmodum tamen ea per prædicationem Apoſtolorum atq; diſcipulorum qui à Chriſto didicerant, ad nos vſq; cumfirma authoritate fideliter deducta eſt, g deo cooperante, cōteſtante, & ſermonem Apoſtolorum confirmante, variis ſignis in natura, atq; prodigiis monſtroſis, h & variis virtutum operationibus atq; ſpūſſancti diuerſis donis, quæ ſecūdum ſuæ voluntatis beneplacitum, quibus vult, & quantum vult diſtribuit. i Dico autem de Chriſti excellentia, quod ſcriptura nuſquā dicit angelis eſſe ſubiectum orbem terrarum futurum, aut ſæculum ſuperuenturum, de quo nunc præcipue ſecūdum myſticam intelligentiam ſermonē facimus: quod tamen de Chriſto legimus.

a Nam in quodam loco bene noto teſtimonium perhibet inſignis ille nulli non optime cognitus Dauid, dicens: b Quid eſt vniuerſum genus humanum, aut hominum quilibet, vt de nobis tu recogitare digneris? aut quid eſt homo natus de homine, & caro de carne, vt dignum ducas tuis ſingulariſſimis beneficiis & donis nos inuiſere? c CHRISTVM

b ne forte pfluamus

c Si enī qui p angelos dictus eſt ſermo fact⁹ eſt firm⁹/ τ oīs preuaricatio τ inobedientia/ accepit iuſtam mercedis retributionem/

d quō nos effugiem⁹ ſi tantam neglexerimus ſalutem?

e que cum initium accepiſſet enarrari p dominum/

f ab eis q̄ audierūt in nos cōfirmata ē/

g cōteſtan͏te deo ſignis τ portentis/

h τ variis virtutib⁹ τ ſpūſſancti diſtributionibus ſecundum ſuam volūtatem.

i Nōenī angelis ſubiecit deus orbē terre futurum de quo loquimur

a Teſtatus eſt aūt i q̄da loco q̄s dicens: b Quid eſt hō quod memor es ei⁹/ aut filius hominis qm̄ viſitas eum?

c Minuiſti eū pau

lomin⁹ ab angelis.

d gloria ꝛ honore coronaſti eũ ꝛ ꝯſtituiſti eum ſuper opera manuum tuarum.
e Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius.
f In eo em̃ quod omnia ei ſubiecit/ nihil dimiſit nõ ſubiectuꝫ ei. g Nunc autem necdum videm⁹ omnia ſubiecta ei.
h Eum autẽ qui modico quã angeli minoratus eſt/
i videmus Ieſum/ ꝓpter paſſionem mortis/ gloria ꝛ honore coronatum/
a vt gratia dei ꝓ oĩbus guſtaret mortẽ

b Decebat em̃ euꝫ ꝓpter quem omnia ꝛ per quem omnia/

c qui multos filios in gloriã adduxerat

d authorem ſalutis eorum per paſſionẽ conſummari.

e Qui em̃ ſãctificat

STVM hominem factum, etiam infra angelos aliqua ex parte conſtituiſti, carnis illũ mieſriis propter hoĩem ſubiiciens: quẽ poſtmodum per paſſionem conſummatum, ſuſcitando, d gloria & honore triũphabiliter vndequaq; decoraſti: & dediſti ei poteſtatem in conſpectu omnium, ſuper omnia quæ in cœlo ſũt & in terra, e eius ditioni cũcta perfecte ſubiiciẽs, f Atque in hoc quod pater filio ſubieciſſe dicitur omnia, nihil excipitur ab eius ſubiectione: g quanquam nunc ante nouiſſimi tempus iudicii, non perfecte videãtur adhuc omnia ſubiici, quomodo ſubiicientur peracto iudicio. h Illum autem ipſum Ieſum, qui aliquantulum infra angelos fuerat humiliatus, propter corporis quas ſuſceperat miſerias: i nunc videmus & in fide cernimus, propter paſſionis meritum magnifica gloria vt victorem honoratum, etiam ſupra angelorum exercitus. a Per paſſionem mortis, inquã, vt ex dei munere & dono pro omnium ſalute operanda, ipſe ſolus mortem experiretur in ſe ſuſcipiens. b Sic enim decebat deum patrem, per quem vt primum efficiens, & propter quem vt finem vltimum omnia facta fuerant, c qui multos filios adoptionis erat adducturus & ab æterno ſe adducturum præordinauerat ad conſortium gloriæ filii ſui naturalis. d Decens, inquam, erat & conſonũ patris iuſtitię, vt ille qui author & cauſa ſalutis futurus erat filiis adoptionis, conſummaretur & ad perfectum gloriæ adduceretur cũ fratribus ſuis, per mortis paſſionem: ſic nimirum peccata delens, quæ à ſalute huiuſmodi nos excludebant. Neq; enim decens erat ad ſalutem adduci genus humanum, donec paternæ iuſtitiæ & maieſtati eſſet ꝓ delictis & inobẽdiẽtia, à filio (qui ſolus potuit) ſatiſfactum. e Hanc autem reconciliationẽ conue-

conueniens erat per filium compleri: quoniam & ipſe qui ſanctificat Chriſtus Dei fili⁹ & qui ſăctificantur per eum fideles, pariter ex vno ſunt patre, ad quem congruo ordine filii adoptionis per filium naturæ habent adduci, f Atque ob hoc non erubeſcit, ſed dignatur ipſe Dei naturalis filius, fideles homines fratres amicabili nomine appellare, dicens in Pſalmis ad patrem. g Prædicabo nomen tuum & manifeſtabo hominibus fratribus meis in medio congregationis ſanctorum, velut vnus ex eis, & per eos tanquam membra mea laudabo te. h Et rurſum in Eſaia propheta. Ego ero confidens in Deo: quod ſecundum ſimilitudinem noſtram loquutus eſt, ſecundum quam ſperare & confidere dici poteſt in patre, quemadmodũ & nos in ipſo, vt inferiores & impotentes confidimus atq; ſperamus. i Et iterum. Ecce ego ſecundum voluntatem patris factus homo, & pueri mei quos mihi dedit dominus, in fratres conſimilis omnino naturæ: dedit, inquam, tam redimendos quàm poſſidẽdos.

a Quoniam ergo pueri Chriſti cæteri homines, inter quos ipſe eſt primogenitus, carnem & ſanguinem habent ex quibus coſtãt. & ipſe in eiuſdem naturæ ſimilitudine carnem ſimiliter accepit & ſanguinem, eorum q; factus eſt particeps: b Vt ſic mortalis fieret nobiſcum, atque ita per mortem in ſuo corpore volũtarie ſuſceptam, deuĩceret mortis imperatorem, id eſt diabolum, qui per mortem quam inuenerat ſua aſtutia dominabatur ſuper omne genus humanũ: c & excuſſo iugo ſeruitutis atq; timore expulſo, liberos faceret eos qui p omnem vitam ſub timore mortis anxii velut ſeruiebant. Cuiuſmodi erant ante Chriſti paſſionem, omnes homines. d Neq; vero in vllo ſcripturæ loco legitur, quod ſpiritualẽ aut angelicã de⁹

naturam

qui ſanctificatur ex vno omnes.

f Propter quã cauſam non confundit/ fratres eos vocare/ dicens.

g Nuntiabo nomen tuum fratrib⁹ meis in medio eccleſie laudabo te.

h Et iterũ ego ero fidens in eum.

i Et iterũ. Ecce ego & pueri mei quos dedit mihi deus.

a Quia ergo pueri cõmunicauerũt carni & ſanguini/ & ipſe ſimiliter participauit eiſdem:

b vt p mortẽ deſtrueret eũ qui habebat mortis imperiũ/ id eſt diabolum.

c & liberaret eos qui timore mortis p totam vitam obnoxii erant ſeruituti.

d Nuſq; enim angelos apprehendit.

ſed ſemen Abrahe apprehendit.
e Unde debuit pomnia fratrib⁹ ſimilari vt miſericors fieret/ & fidelis pōtifex ad deum.
f vt repropitiaret delicta populi.
g In eo ei i quo paſſus eſt ipſe & tentatus/ potēs eſt eis q̄ tentātur auxiliari.

naturam aſſumpſerit:ſed ex ſemine Abrahe natus,humanam naturam aſſumpſit. e Vnde debuit in omnibus quæ ad noſtram redēptionem erāt accommoda aſſimilari fratribus ſuis vt eſſet miſericors & fidelis pontifex in adiuuando miſeros apud patrē, f et vt placaret in ſimilitudīe carnis noſtrę patrē pro delictis noſtris. g Nam quatenus ipſe eadē paſſus eſt,eademque nobiſcum expertus, potens factus eſt,& potēs eſſe cognoſcitur,adferendum etiam nobis auxilium,qui adhuc iiſdem miſeriis vexamur.

TEXTUS. CA. Tertium.
a Unde fratres ſctī vocatiōis celeſt; participes conſiderate apoſtolum & pontificem confeſſionis noſtre Jeſum/
b qui fidelis eſt ei q̄ fecit eum/
c ſicut & Moyſes in omni domo eius.
d Amplioris ei glorie iſte pre Moyſe dignus eſt habitus/ quāto ampliorem honorem habet domus/ qui fabricauit illā.

ELVCIDATIO CAPITIS Tertii

a VNde fratres ſanctificati per chriſtum,qui vocationem Dei supernā ad æterna bona ſuſcepiſtis,facti fideles,contemplemini diligenter & intueamini Dominum Ieſum,magnum vtique legatum & pontificem nobis à Deo deſtinatum, qui nos confeſſionem rectę fidei noſtræ edocuit,quemque ex fide cōfitemur. b Cōſyderate,inquam,hunc fidelem exiſtentem in omnibus patri ſuo qui ipſum fecit, & hominem eſſe & legatum, & pontificem noſtrum, c quemadmodum & Moyſes,olim in veteris legis adminiſtratione legitur in tota Synagoga(quę erat domus Dei)fuiſſe miniſter fidelis. d Imo vero tanto maiori gloria noſter Chriſtus antecedit Moyſen,quanto ipſius domus vel ex ipſa domo,maiorem habet gloriam qui eam fabricauit & fecit vt ſuam,eo qui tātum vt miniſter in aliena domo ad tempus inhabitat.Talis ſane erat Moyſes ad Chriſtum.Nā hic ſibi populum illum proprium fecerat: Moyſes vero tātum Synagogę ad tēp⁹ adminiſtratio fuerat conceſſa,in qua tanquam aliena, & à Deo non à ſe condita, verſabatur

Chriſ-

Chriſtus vero in eccleſia ſua, tanquam dominus in propria domo inhabitat. e Omnis enim domus, ab aliquo tanquam ab efficiente, & ab aliquo tanquam à Domino & poſſidente, conſtruitur. f Deus vero eſt, q per ſeipſum creauit omnia ſiue vt dominus, ſiue vt efficiens, & ab ipſo fabricata ſunt vniuerſa. Vnde conſtat, Chriſtum Dei filium in eccleſia vt in ſua domo inhabitare. g Et Moyſes quidem in illa Synagoga legitur fidelis extitiſſe in miniſtrando & famulando h ad proponendum ea quæ dicenda eſſent à domino ad populum, vel reſpondenda à populo ad dominum. Moyſes enim verba domini deferebat ad populum, & populi viciſſim reſpōſa referebat ad dominum, vtrorumque miniſter & famulus, quemadmodū ſolent nuncii hinc inde diſcurrere. i Chriſtus vero tanquam filius & hæres (cuius ſūt omnia quæ patris exiſtunt) in propria domo tāquā dn̄s inhabitat in eccleſia, nō ſeruit vt famulus. a Ad quam domum pertinemus nos fideles omnes, ex quibus cōſtruitur vnitas Eccleſiæ. b Si modo ſpem noſtram in qua cōfidimus, & gloriamur ad finem vſque perſeueranter teneamus, & non declinemus. Alioqui à domo eius alieni efficeremur nec eſſet nobis pars in eius eccleſia. c Quapropter libet nunc mihi eiſdem vos ſermonibus compellare, quos olim per Pſalmiſtam loquutus eſt ſpiritusſanctus. d Vos (itaq;) ſi hodie, inque hoc tempore quod eſt gratiæ & miſericordiæ, vocem audieritis domini, ſiue exterius ſiue interius docentis, e Videte ſolicite, ne obfirmetis affectum voluntatis veſtræ, vt non acquieſcatis verbo domini: f quemadmodum olim fecerunt patres veſtri quando me ad amaritudinem & iracundiam magnam prouocauerunt in illo tempore cum me tentarent in deſerto,

e Oīs nanq; domus fabricatur ab aliquo/

f qui aūt omnia creauit/ Deus eſt.

g Et Moyſes quidē fidelis erat i tota domo ei⁹ tāq; famul⁹/

h in teſtimoniū eoꝝ que dicenda erant/

i Chriſtus vero tāq; filius in domo ſua/

a que domus ſum⁹ nos

b ſi fiduciā & gloriā ſpei vſq; ad finē firmam retineamus.

c Quapropter ſicut dicit ſpiritus ſāct⁹

d hodie ſi vocem ei⁹ audieritis/

e nolite obdurare corda veſtra/

f ſicut in exacerbatione ſcd̄m diem tentationis in deſerto/

g vbi

g vbi tentauerũt me patres veſtri probauerunt ꝛ viderũt opera mea/ quadraginta annis:
h propter quod infẽſus fui generationi huic ꝛ dixi:
i Semper hi errant corde.
a Ipſi autē non cognouerunt vias meas/ quibus iuraui in ira mea ſi introibũt in requiem meam.

b Uidete fratres ne quando ſit in aliquo veſtrum cor malum incredulitatis/ diſcedendi a deo viuo/

c ſed adhortamini voſmetipſos per ſingulos dies/

d donec hodie cognominatur/ vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati

e participes ei chriſti effecti ſumus/
f ſi tamē initium ſubſtantie eius vſq; ad finē firmũ retineamꝰ

g dum dicit: Hodie ſi vocē eius audieritis nolite obdurare corda veſtra/ quēadmodũ in illa exacerbatione h Quidā

g vbi me tentauerunt & experti ſunt magnalia operum meorum, per quadraginta annos illis manna de cœlo pluentem, & veſtimenta illorum illęſa conſeruantem. h Et quoniam ipſi me tentauerunt exacerbantes faſtidio mihi fuit & diſplicuit generatio illa exaſperans & dixi intra meipſum, atq; etiã ad Moyſen ſeruum meum: i populus iſte non ceſſat ab errore cordis ſui toties iam eadem repetens murmura, a Ipſi autem nõ intellexerunt conſilia mea, & ego firmiſſimo decreto ſtatui & iuraui ex omnibus illis exacerbatoribus non ingreſſurum nec vnum in requiem terræ promiſſionis. Ecce fratres audiſtis duram comminationem & grauem incredulorum punitionem. b Vos illorum admoniti exemplo diligenter cauete, ne ſorte ſit in vllo veſtrũ affectus incredulitatis ad apoſtatandum à Chriſto Deo viuo, eius fidem deſerendo, in qua iam baptizati eſtis: c ſed mutuis exhortationibus vos inuicem atque etiã voſipſos exhortemini atq; conſolemini, vt nullis tentationibus aut preſſuris à fide recta iam ſuſcepta contingat abſcedere. d Idque facite nunc dum tempus eſt, quandiu hic gratiæ dies nobis nominatur et offertur, ne obduretur vlliꝰ affectus ex vobis qui iam credidiſtis, dæmonis fallacia in peccatum infidelitatis ſeductꝰ, e Iam enim Chriſto per fidem inſiti & vniti ſumus, eiq; ſcdʒ ſpẽ cohæredes facti, f ſi tñ quod per regenerationem ſpiritualem in eo eſſe cœpimus, nempe per fidem noua creatura, in finem vſq; conſtanter teneamus: hoc eſt, ſi in finem vſque fideles permaneamus vt cœpimus, g donec perdurat dies ille, de quo per ſpiritum ſanctum dicitur: Hodie ſi vocem eius audieritis nolite obdurare corda veſtra ſicut in illa exacerbatiõe. h In tota enim multitudine filiorum Iſrael, fuerunt audientes ſermonẽ

ſermonem domini, per incredulitatem murmurantes exacerbauerũt dominum. i Nõ omnes tamen eiuſmodi extiterunt exacerbatores, qui fuerunt ab Aegypto Moyſe duce profecti. a Neque vero ad vniuerſos referri hoc debet, quod dicitur, Quibus offenſ⁹ fuiſ quadraginta annis: ſed ad illos tantum qui murmurando peccauerunt, qui & morte percuſſi ſunt, antequam terram promiſſionis ingrederentur, & ſunt ipſorum cadauera in deſerto proſtrata, ſiue ſepulta. Qui vero non murmurauerunt contra Dominum (vt Ioſue & Caleph & filii præuaricatorũ qui illius murmurationis nõ fuerant cõſcii) non ſunt puniti, ſed acceperũt promiſſionẽ, c atque illud iuramentum, quo iurauit in ira ſua, vt non introirent in terram promiſſionis, nonniſi aduerſus illos factum fuit, qui inobedientes & increduli fuerant murmuratores. d Et per omnia ex dictis euidens eſt eos qui non introierunt, & fuiſſe propter ſuam infidelitatem & inobedientiam ſolam prohibitos.

cũ audiẽtes exacerbauerunt: i ſed non vniuerſi q̃ profecti ſũt ab egypto per moyſen. a Quibus aũt infenſus eſt quadraginta annis. b Nonne illis q̃ peccauerunt/ quorũ cadauera ꝓſtrata ſũt in deſerto? c quib⁹ autẽ iurauit nõ itroire in requiẽ ipſius/ niſi illis qui increduli fuerunt? d et videmus qꝛ non potuerunt introire in requiẽ ipſius/ propter incredulitatẽ.

ELVCIDATIO CAPITIS quarti.

a Timeamus ergo & præcaueam⁹, ne quomodo contingat, vt aliquis ex nobis qui fidem ſuſcepimus, promiſſione cœleſtis ingreſſus (facta perſeuerãtibus in fide) per apoſtaſiam abiecta atque contempta, conſpiciatur inueniaturque ſua infidelitate fruſtratus, ab illo ingreſſu deficere. b Nam & nobis annunciatæ ſunt pollicitationes Dei, quemadmodum & illis. c Sed non profuit illorum plurimis ſermo auditionis, quem audiebant, non coniunctus cũ fide, ſecũdum ea quæ audierunt. Nam ſermonem cœleſtium promiſſionum tãtum audire non prodeſt, niſi fidẽ adhibeas, coniungas, & commi

TEXTUS. CA. Quartum.

a Timeamus ergo ne forte relicta pollicitatione introeundi in requiem eius/ exiſtimetur aliquis ex nobis deeſſe. b Etenim et nobis annunciatũ eſt quẽadmodum et illis/ c ſed nõ profuit illis ſermo audit⁹/ nõ admixtus fidei ex iis que audierunt.

d Ingrediemur em̃ in requiem q̃ credidimus/ quẽadmodũ dixit/

e Sicut iuraui i ira mea ſi introibunt in requiem meam.

f Et quidem opibus ab inſtitutione mundi perfectis.

g Dixi ei in q̃dã loco de die ſeptima/ ſic: & requieuit deus die ſeptima/ ab oib⁹ operibus ſuis.

h Et in iſto rurſum: ſi introibunt in requiem meam.

i Qm̃ ergo ſupereſt introire quoſdam in illã/ & ij quib⁹ prioribus annũciatũ eſt nõ introierunt propter incredulitatẽ.

a Iterũ terminat diẽ quendam/ hodie/ in dauidẽ dicẽdo/ poſt tantum temporis/ ſicut ſupra dictũ eſt.

b Hodie ſi vocẽ ei⁹ audieritis/ nolite obdurare corda vrã/

cõmiſceas iis quæ audieris. d Sane em̃ introgrediemur in requiem Dei, quicunque nunc fidem eius ſuſcepimus, & in ea permaneamus, quemadmodum per contrarium in dicat ſcriptura, dicens: e Nolite obdurare corda veſtra ſicut in exacerbatione in deſerto, vbi tentauerunt me patres veſtri: quib⁹ iuraui, quod non ingreſſuri eſſent in requiẽ meam. In quo verbo, per cõtrarium ſenſum ſignificatur, eos fuiſſe in requiem admittendos, niſi fuiſſent increduli, & omnes in requiem cœleſtem ingreſſuros, qui vere fuerint fideles f Et quidem de hac requie, in ipſo ſtatim Geneſis principio, fit ſermo, poſtquam opera ſex dierum, in quibus cõſtitutus eſt mũdus eſſent completa. g Dicitur enim illo in loco de die ſeptima, quod requieuerit in ea, dominus ab omnibus operibus ſuis quæ patrauerat, videlicet nihil nouum in ea creans vt fecerat ĩ priorib⁹, In quo verbo ſignificatur electorum requies beata, qua poſt huius mundi finitos labores requieſcent in æternitate ad exemplum dei, qui die ſeptima ceſſauit ab opere. h Et rurſum in iſto loco dicitur: Si introibunt in requiem meam. In quo ſignificatur per contrarium ſenſum, veros fideles in hanc requiem ſuſcipiendos. i Quoniam ergo hoc reſtat vt ingrediantur nonnulli in illam requiem, & in illis prioribus quibus prius fuerat nunciatum non vt videtur impletum, qui non introierunt propter ſuam incredulitatem, a iterũ poſt tantum temporis interuallum, quod ab illo exacerbationis die vſque ad Dauid protenditur: Poſt tantum, inquam, temporis, iterum definit ſcriptura alium quẽdam diem & aliud hodie per Dauid dicendo (ſicut iã ſæpe præallegatum eſt) b Hodie ſi vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra. Neque vero dici valet per Ioſue fuiſſe ingreſſum

ſum illum perfecte impletum. c Nam ſi Ioſue filius Nun, ſuis illis quos in terram promiſſionis introduxit perfectam & verā requiem dediſſet, nullo modo ſcriptura propoſita de alia loqueretur poſt ipſam die, et alia requie, quæ poſtmodum in tempore gratiæ eſſet propalanda. Nunc autem (illo nihil obſtante) adhuc aliam quandā diem definit, per Dauid. d Ergo ſabbatiſmus perfectus, in prioribus ſcripturæ locis vtcunque deſignatus (id eſt, requies ęterna, & cęleſtis illa iugiſ ꝑ ab omni labore feriatio) adhuc reſtat, per Chriſtum donandus ſuis fidelibus. e Quiſquis enim ingreſſus fuerit in requiem illam Dei, ſic ab omnibus operibus laborioſis, quibus ad meritum ſolet vacare, ceſſabit, & perpetuo velut feriabitur, f quomodo ſupra de Deo dictum fuerat, quod poſt ſex dies laboris accepiſſet in ſabbato requiem ab omnibus operibus ſuis. g Omni itaque ſtudio cō tendamus in illam tam beatam quæ nos manet, introire requiem: h ne forte quis ex nobis, incidat in ſimilem incredulitatē, quæ nobis debet eſſe in exemplum: ne quemadmodum illi propter ſuam infidelitatem non ſūt ingreſſi in requiē terrę promiſſionis, ita nos promiſſa requie cæleſti, fruſtremur, cuius illa tantum ſignum erat & figura. i Sermo enim Dei (id eſt. ſententia comminationis, ſiue iudicii eius) viuus eſt, vigoremque habēs, & in agendo ſiue exequendo plurimum efficax, cuius poteſtati nihil reſiſtit, ſed peruia ſunt ei omnia. a Cum ſit omni gladio, etiam ex vtraqae parte ſcindente, ad penetrā dum valentior: ita vt penetrare poſſit etiā intima, nempe animam & ſpiritum, ſuper illa poteſtatem omnimodam habens. b Neque obſiſtit illi compagum nodoſitas, neque medullarū intra oſſa fortiſſima incluſio, quin omnia facillime poſſit penetrare omnipotēs

c Nam ſi eis Jeſus requiez pręſtitiſſet/ nunquam de alia loqueret poſthac dic.

d Itaque relinquitur ſabbatiſmus populo Dei.

e Qui enim ingreſſus eſt in requiez eius/ etiaz ipſe requieuit ab operib⁹ ſuis

f ſicut & a ſuis De⁹/

g Feſtinemus ergo ingredi in illam requiem:

h vt ne in idipſum quis incidat incredulitatis exemplū/

i Uiuus eſt eñ ſermo Dei & efficax/

a & penetrabilioꝛ oī gladio ancipiti/ & ptingens vſque ad diuiſionem anime ac ſpiritus/

b compagum quoq ac medullarum/

c ꝛ diſcretoꝛ cogitationū ꝛ intentionuꝫ cordis.	ſermo Dei. c Inſuper & diſcernit cogitationes humani cordis, bonas à malis, & ipſas
d Et nō eſt vlla creatura inuiſibilis incōſpectu eius /	mentis intentiones acutiſſime diiudicat, d & nulla prorſus creatura eſt eius ſubtracta cognitioni:
e omnia aūt nuda ꝛ aperta ſūt oculis ei⁹ f ad quē nobꝫ ſermo	e quoniam omnia quantumuis hominibus tecta aut occulta, nuda, detecta & aperta ſunt eius conſpectui, f corā quo nunc etiam loquimur, & coram quo nobis erit ſingulorum dictorum ac factorū ſuo
g habentes ergo pōtificem magnum qui penetrabit illos / Ieſū filiū dei / teneam⁹ ſpei noſtre confeſſionem.	tempore reddenda ratio. g Cum ergo habeamus pontificem magnum, nempe Ieſum Dei filium, qui cœlum nobis ſuo ingreſſu patefecit, viamque parauit: non recedamus a ſemel iam concepta ſpe noſtra, ſed firmiter in confeſſione rectę fidei, in qua eſt ſpes noſtra,
h Nō em̄ habemus pōtificeꝫ qui nō poſſit compati infirmitatibus noſtris / i tētatū aūt p omnia pꝛo ſimilitudine abſq; peccato.	perſtemus. h Pontifex enim iſte quem à Deo datum habemus, non talis eſt vt neſciat compati, miſereri, & condeſcendere noſtris miſeriis atque imperfectionibus: i Imo vero expertus eſt in ſeſe omnia quæ ipſum conueniebat ad noſtram ſalutem ſuſcipere, ſecūdum ſimilitudinē noſtri, excepta peccati miſeria, à qua illum decuit ſemper eſſe alieniſſimum.
a Adeamus ergo cū fiducia ad thꝛonum gratie eius /	a Adeamus ergo cum plena confidentia, nihil hęſitantes, & corde fideli accedamus ad illum (in quo nunc reſidet in dextera patris) gloriæ thronū, vnde peccatorū remiſſio fluit & gratia omnibus petentibus,
b vt miſericoꝛdiam conſequamur / c ꝛ gratiam inueniamus in auxilio opoꝛtuno.	b vt conſequamur miſericordiam eius in peccatorum noſtrorum dimiſſionem, c & gratiam ad bene operandum adiutricem, ad auxilium commodū et opportunū dū tēpus eſt miſericordiā cōſequendi & bene operandi.
TEXTUS. CAP. Quintum.	ELVCIDATIO CAP. V.
a Oīs nanq; pōtifex ex hominib⁹ aſſūpt⁹ p hominibus cōſtituitur / in ijs que ſūt ad Deum / b vt offerat dona ꝛ ſacrificia pꝛo petis.	a OMnis enim pontifex a medio populi quaſi vnus ex eis, ſimilis eiuſdemq; naturæ exiſtens, aſſumitur, & pro cæteris hominibus (quorum eſt ſacerdos) in diuinis peragendis ordinatur, atq; deputatur: b videlicet vt ex delegato & cōmiſſo

miſſo ſibi officio offerat oblationes & ſacrificia, pro repropiciandis apud dominum populi peccatis. c Talis, inquam, aſſumitur & conſtituitur, qui ſciat & velit compati, et miſericordiam pœnitentiæ nõ negare iis qui ſiue ex ignorãtia, ſiue ex errore & lapſu fragilitatis humanę, propter infirmitatem a cõcupiſcentia seducti, peccauerint: d quoniã & ipſe iiſdem eſt infirmitatibus, etiam quæ peccatum concernunt, ex omni parte ſubiectus, ſimileſq; in ſe pugnas peccatorũ, quales illi experitur. e Atque ideo neceſſe habet, quomodo pro populo orat, ita etiam pro ſemetipſo orare, & offerre hoſtias, aliaſque oblationes pro peccatorum remiſſionibus perficere. f Neq; quiſquam ſibi debet huiuſmodi honorificũ ſacerdotii munus, ſua authoritate vſurpare, neq; ſemetipſum ingerere: g ſed qui a Deo vocatur & ordinatur, quemadmodũ exemplum habemus in Aaron, quẽ per Moyſen dominus ad ſacerdotium deputauit. h Sic ſane et noſter iſte põtifex Chriſtus, non ſemetipſũ glorificauit a ſemetipſo ſibi ſuũ pontificatum vendicans, aut ſibiipſi de ſui pontificatus veritate teſtimoniũ perhibens, vt ſuus pontificatus & dignitas quam habebat hominib⁹ innoteſceret, i ſed pater cœleſtis, qui in principio libri Pſalmorũ ipſũ teſtatur eſſe conſubſtantialẽ filium ſuum, dicendo ad illum, a Filius meus es tu, ego in æternitate te mihi conſubſtantialem & coæqualem filiũ genui, idẽ ipſe verum pontificẽ & ſacerdotem eundẽ in ſcripturis clarificat, & manifeſtat, b quemadmodũ alio in loco ad filiũ loquitur, dicens, c Sacerdos es tu mihi pro populo electorũ, eriſq; in ſempiternũ, ita vt ſempiternum tibi perpetuumque maneat ſacerdotium non habiturus aliũ poſt te ſucceſſorem: eritque ſacerdotiũ tuũ, nõ iuxta veteris legis ritum, id eſt, non Aaronicum, aut Le

c qui condolere poſſit,
iis qui ignorant et errant,
d quoniã & ipſe circundatus eſt infirmitate.
e & propterea debet quemadmodũ pro populo, ita etiã pro ſemetipſo offerre pro peccatis.
f Nec quiſquam ſumit ſibi honorem,
g ſed qui vocatur a Deo tanquã Aaron
h Sic & Chriſt⁹ nõ ſemetipſũ clarificauit vt põtifex fieret
i ſed qui loquutus eſt ad eum,
a Filius meus es tu ego hodie genui te.
b Quemadmodũ et in alio loco dicit:
c Tu es ſacerdos in eternum:

d ſecundum ordinẽ Melchiſedech.

e Qui in diebus carnis ſue/ preces ſupplicationeſque ad eũ qui poſſit illũ ſaluum facere a morte

cum clamore valido & lachrymis offerẽs

f exauditus eſt pro ſua reuerentia.

g Et quidem cum eſſet filius Dei/ didicit ex iis q̃ paſſus eſt obedientiam/

h & conſummat⁹ factus eſt omnibus obtemperantib⁹ ſibi/ cauſa ſalutis eterne

i appellatus a Deo pontifex iuxta ordinem Melchiſedech/

a De quo nob; grãdis ſermo & interp̄tabilis ad dicenduʒ

b quoniam imbecilles facti eſtis ad audiendum.

aut Leuiticum, d ſed iuxta ordinem, atq; figuram & ſimilitudinem Melchiſedech, cuius præuium ſacerdotium, tui ſubſequuturi tantum erat figura, quemadmodum poſterius latius explicabitur. e Qui ſacerdos Chriſtus in diebus quib⁹ verſabatur in carne paſſibili, ad patrem ſuum omnipotentẽ (qui potens erat illum & omnem populum eius à morte ſaluare, ipſum ſuo tempore reſuſcitando) deprecationes pro ſalute humani generis, & humiles ſupplicationes, idque cum lachrymis & forti clamore, in teſtimonium ſũmæ affectionis atque dilectionis, effudit: patrique has acceptiſſimas offerens hoſtias ſuper crucis altario, f exauditus eſt (vt dignum erat) à patre, propter ſuam reuerentiam, qua vt filius conſubſtantialis & coæqualis, patri erat acceptus. g Et quidem cum eſſet filius Dei, natura ſua impaſſibilis: voluit tamen ex iis quę paſſus eſt in aſſumpta hominis natura experimento diſcere, & exhibere obedientiam, in ſumma patientia. h Atque ita ſine bono & congruo perfectus, omnibus in ſe credentibus & mandata ſua obſeruantibus, promeruit vitam atque ſalutem æternam, & omnibus ſaluandis factus eſt author ſiue cauſa ſalutis, i qui à patre appellatur in ſcriptura pontifex, ſecundum ordinem Melchiſedech. a De cuius pontificatu nimium præcellenti copioſum inſtituim⁹ ſermonem. & multa valde habemus dicenda, quæ difficile fuerit vobis perfecte explicare: non tam propter dicendorum magnitudinem, quam propter veſtram imbecillitatem: b quoniam forſitan dura vobis eſſent ad audiendum qui magna ex parte Moſaicis adhuc inſtitutis addicti eſtis, et non ita æquis auribus noui teſtamenti libertatẽ, ſacerdotium & ſacramenta præferri auditis illis veſtris veteribus, quibus aſſueti eſtis.

c Etenim cum deberetis merito eſſe perfe‑cte edocti in myſteriis fidei Chriſtianæ, ita vt etiam aliis in ea erudiendis ſufficeretis: d tum quia vobis primum prędicatum eſt tum quia ab ipſius Chriſti ore ſermonem audiſtis, tum quia legem & Prophetas optima fidei præparamenta habuiſtis: e veſtro tamen vitio, & cordis duricia, & obſtinatione ceruicis duræ fit, neſcio quo modo, vt quaſi de integro indigeatis informari, & inſtrui, de ipſis fidei primis rudimentis, à quibus initium ſumi debet Chriſtianæ prædicationis, f & tales facti eſtis veſtro vitio, quibus ſit opus lacte, & nõ congruat ſolidus cib⁹. Propter veſtram enim duriciem, cogor nunc ex vmbris veteris legis & figuris diuerſis, per allegoriam oſtendere veritatem, & præcellentiam ſacerdotii Chriſti, & euacuationem legalium ſacrificiorum, & ceſſationem legis veteris (quæ ego lac appello & minutiora quędam) propter veſtram in fide paruitatẽ vobis iſta exhibens, quæ ego opus non haberem tam late proſequi, & copioſe diſſerere ſermonibus, ſi ſimplicis veritatis ſolidum cibum, ex ore noſtro velletis accipere, citra cõmixtionem lactis: id eſt, allegoriam veterum figurarum, quibus a principio educati eſtis. g Omnis enim qui adhuc lacte in pabulum vtitur, & infirmioribus paſcitur legis vmbris, nolens quicquam accipere, quod non illis ſit conditum, capax non eſt, vt perfectionis verbum, & Euangelicæ libertatis prædicationem nude accipiat. h In fide enim Euangelica paruulus eſt, qui adhuc in figuris hęret. h At perfectorum, qui ſecundũ ſpiritum omnia diiudicant, ſolidus eſt cibus: & ſine vmbris atq; figuris illis ſũt cęleſtis ſapiẽtiæ proponenda myſteria. i qui pro ipſo habitu & aſſidua exercitatione diuinæ contemplationis, & frequenti ſenſu illuminationum

c Etenim cũ debere tis magiſtri eſſe

d propter tempus/

e rurſum indigetis vt vos doceamini/ q̃ ſunt elementa exordij ſermonum Dei/

f et facti eſtis/ quib⁹ lacte opus ſit non ſolido cibo.

g omnis enim qui lactis eſt particeps expers eſt ſermonis iuſtitie/

h paruulus eſt/

h perfectorum autẽ eſt ſolidus cibus.

i eorum qui pro ipſa cõſuetudine exercitatos habẽt ſenſ⁹/

onum atque affectionum cœleſtium, diſcretionis iudiciũ habent perfectum, a vt quæ ant cœleſti ſpirit⁹ luce irradiari, vera a falſis, & credenda a non credendis, ſimplici iudicio diſcernere.

a ad diſcretionẽ boni ac mali.

TEXTUS. CA. Sextum.

a Quapropter intermittentes inchoationis Chriſti ſermonem/
b ad perfectionem feramur.
c Non rurſum facientes fundamentũ/
d penitentie ab operibus mortuis.
e & fidei ad Deum/
f baptiſmatum doctrine/
g impoſitionis quoque manuum/
h ac reſurrectionis mortuorum/
i & iudicij eterni/

ELVCIDATIO CAPITIS VI.

a Taque nunc ſeponentes ſiue omittentes, de iis loqui quæ ſunt fidei Chriſtianæ principia, quęque edocti eſtis cũ primo in Chriſtum inciperetis credere, b prius ea differamus quę vobis ſunt potiora, neceſſariora, & difficiliora ad capiendũ. Cuiuſmodi ſunt ea quæ poſtmodum ſequentur de æternitate ſacerdotii Chriſti, & euacuatione legalis ſacerdotii, vna cum cæteris legis cæremoniis, & veteribus offerendi ritibus. Neque iam de integro volumus quaſi a fundamentis vobis illa proponere, quæ ſunt fidei initia: quaſi modo primum cęperitis eſſe Chriſtiani, qui iam in Chriſtianiſmo multũ tempus habetis. c Non, inquam, rurſum late differemus de iis quę ſunt fidei prima principia, & fundamenta vitæ Chriſtianæ. Quæ (vt ſummatim perſtringam) ſex præcipua ſunt: d Nempe agere pœnitentiam a præteritis peccatis, quæ occidunt animam, et vita ante male acta. e Deinde ad Deum per fidem accedere. f Deinde baptiſmatis ſiue baptizationum doctrina, qua docti eſtis nõ ſufficere pœnitentiam, neq; fidem, niſi adſit baptiſmalis ablutio. g Poſt quæ eſt impoſitio manuum per quam credimus iam baptizatis gratiam conferri, in bono confirmantem. h Quinto loco eſt mortuorum reſurrectio, i quam conſequitur (id quod eſt ſextum fidei principium) iudicium venturum ſuper bonos & malos: Idque non ad tempus, ſed vt fuerit ſemel definitum ſine fine duraturum. De his (inquam) non intendimus iterum copioſe ſic differere, quaſi a

fundamentis

fundamentis eſſetis in fide ædificandi. Spero enim vos iam in his ſatis inſtructos. a Nihilominus tamen vbi de Chriſti ſacerdotio ſermonem abſoluerimus, tum ſi ſic Deus donabit, & opportunum erit, de his quoqꝫ non nihil dicturi ſumus. Interim tamen breuiter pauca perſtringam⁹. Hęc enim ſuper his eſt veræ & catholicæ fidei ſumma. b Quoniam vix fieri poteſt, & ſanè perquam difficile eſt, atqꝫ rariſſimum, vt qui ſemel à Deo ſunt vocati, & per fidem illuminati. c & ꝑceperunt guſtum ſuauitatis gratiæ cœleſtis, & charitatis quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris, d & ſpiritū ſāctum acceperunt, qui eis gratiam, ſiue gratum facientem, ſiue etiam alia dona ſua fuerit elargitus: e guſtauerunt inſuper, & mente perceperunt eloquia domini, & verbi eius bonitatem, atque ſuꝑ omnia ſuauitatem: f ſunt etiam ſæpius ardentiori afflati ſpiritus calore, virtute indutiex alto, & quaſi superuenturæ beatæ vitę experti in ſe virtutem: g & poſteaquam hæc omnia beneficia perceperunt (nihil his obſtantibus) denuo prolapſi ſunt, corde incredulitatis à Deo viuo Chriſto (cui ſic fuerāt familiares effecti) voluntariè ſe ſeparantes, poſt acceptam rectæ fidei notitiam. h Vix, inquam, poſſibile eſt, & per quam rarum, vt tales rurſum reuerti contingat ad integram & veram pœnitentiam. Qui em̄ ſemel à Deo voluntarie apoſtatauerit, quo maiora prius dona percepit gratiarū, eo magis in errore relinquitur: vt pœnitentia ei non concedatur, & in ingratitudine ſua pereat. i Cum crucifigant hi rurſum (quantum in ſe eſt) Chriſtum Dei filium, non credentes verum eſſe, quod per mortem Chriſti ſint delata mundi ſcelera: quod ſi ita eſſet rurſum oporteret mori Chriſtum, ad perficiendum quod illi perfectum negāt: a & oſtentui eū

a Et hoc faciem⁹ ſiquidē ꝑmiſerit de⁹.

b Impoſſibile eſt em̄ eos qui ſemel ſunt illuminati/

c guſtauerunt etiaꝫ donum celeſte/

d et participes facti ſunt ſpiritusſancti/

e guſtauerūt nihilominus bonū dei verbum/

f virtuteſqꝫ ſeculi vēturi.

g et prolapſi ſunt/

h rurſus renouari ꝑ penitentiam/

i rurſum crucifigentes ſibimetipſis filiū dei/

habent, cuius ſanguinē nihilo reputant am plius quàm hominum cæterorum, nec ſuffi cere credunt ad hominum ſalutem. Sumi po teſt ex terris & agris comparatio, quæ no ſtro huic deſeruiat inſtituto. b Cordis enim humani ager qui multis ſacris & cœleſtibus fuerit viſitationibus à Deo miſericorditer ſę pius complutus, bonorumq; operum pluuia ſic irrigatus, fructum condignum & congru um in vitam æternam progignit ſuis cul toribus, accipit à Deo benedictionem: vt in bono confirmetur & mereatur ampliora in futurum accipere, & beneplacitum eſt Deo in huiuſmodi terra. d Si cui⁹ autem cor ac ceptas diuinas viſitationes & imbrem cœle ſtis gratię frequentius ſuperfuſum, nihil pro ferat præter errores & opera mala, quæ nō congregari valeant in horreum æternæ vitæ, cuiuſmodi ſunt in herbis ſpinæ & tri buli, illius cor Deus odio habet & reprobat: & niſi reſipiſcat dignum faciendo fructum pœnitentiæ, veniet ſuper illum maledictio, e & tandem finis illi erit combuſtio ignis ſempiterni. Hæc autem quæ videntur duri⁹ dicta, nolim ſic accipiatis quaſi in vos torſe rim, aut quenquam veſtrum deſignauerim. f Quanquā enim ita durius loquamur, nō tñ id facimus quaſi de vobis male ſuſpicantes. Confidentes enim in domino, ſpem de vobis meliorem & exiſtimationem habem⁹, quod ſaluti æternæ vicini eſtis, & in Dei gratia ſta tis: id quod mihi ex veſtris operibus merito venit exiſtimandum, g Dominus enim qui iuſtus eſt & fidelis remunerator, non obliui ſcetur (ſed ad remunerationem memor erit) operum veſtrorum quæ in charitate frater na exhibuiſtis: h & non ſolum affectu aut lingua, ſed etiam reipſa oſtendiſtis pro amo re Dei, in eo quod miniſtratis ſanctis iuxta veſtram poſſibilitatem eis in neceſſaris ſuc currē

b Terra em̄ ſepe ve nientem ſuper ſe bi bens imbrem: ⁊ ger minans herbam op portunam illis a q̄ bus colitur:

c accipit benedictio nem a deo:

d proferens autem ſpinas ⁊ tribulos: reproba eſt:

e ⁊ maledicto pro xima: cui⁹ conſūma tio in combuſtionē

f Confidimus autē de vobis dilectiſſi mi meliora: ⁊ vicinio ra ſaluti: tametſi ita loquimur.

g Nō em̄ iniuſt⁹ eſt deus: vt obliuiſcat operis veſtri: ⁊ dile ctionis:

h quā oſtendiſtis in nomine ipſius: q̄ mi niſtraſtis ſanctis:

currendo,& etiam nunc miniſtrare non ceſſatis. i Cęterum illud vobis omnibus optamus atq; deſideramus,in bonis veſtris initiis vt perſeueretis,vt eandem in exhibenda charitate ſolicitudinem ſinguli, pro ſe quiſque pergatis exhibere, a vt plena fiat ſpes veſtra,perſeuerando vſque in finem. b Ne ſorte remiſſi & tardi efficiamini,vel perſequutionibus fracti,vel longa expectatione defatigati. c Verum imitatores ſtudete eſſe patrum veſtrorum,qui per fidem & patientiã eo quod nullis aduerſis nullaque expectationis mora frangerentur,meruerunt accipere promiſſiones diuinas: non ſolum ſibi,ſed in omnes etiam ſuos ſequuturos hæredes. Quorum fuit præcipuus & præclarior pater Abraham. d Cui Deus,non ſolum promiſit repromiſſionem,verumetiam iuramento firmauit iurans per ſemetipſum,quandoquidẽ maius aliquid ſeipſo Deus non habet,quod poſſet in ſui promiſſi confirmationem adducere. e Nihil dubites Abraham (inquit Dominus) vere vtique ego benedicens copioſè benefaciam tibi & mirabiliter te tuumq; ſemen multiplicabo. f Atque in his Dei promiſſis ſuſtinens patienterque etiam in multa tempora expectans: g promiſſionis ſuæ cõſequutus eſt effectum ,partim quidem in ſeipſo,partim in ſua poſteritate.In ſeipſo quãtum ad filium:in poſteris ſecundum carnem quantum ad terram promiſſionis: In ſeipſo autem & in veris ſecundum ſpiritum filiis, quantum ad patriæ cœleſtis ingreſſum. Abrahæ (inquam) iurauit Deus per ſemetipſũ. h Nam homines cum iurant,per maiorem aliquem ſolent iurare,vt homines per deum, populus per ſalutem regis:aut vtminimum per aliquid quod maximi reputant, vt rex ipſe per ſalutem ſuam,aut per vitam aut ꝑ regnum ſuum. i Et quoties controuerſia aliqua.

ꝛ miniſtratis.
i Cupimus aũt vnũquenq; veſtrũ eandẽ oſtẽtare ſolicitudinem/
a ad expletionẽ ſpei vſq; in finem/
b vt non ſegnes efficiamini/
c vel ũ imitatores eorũ qui fide ꝛ patientia/
hereditabãt promiſſiones/
d Abrahe nanq; promittens deus/ quõniam neminem habuit ꝑ quẽ iuraret maiorem/ iurauit ꝑ ſemetipſum dicens:
e Niſi benedicẽs benedicam te/
ꝛ multiplicans multiplicabo te.
f Et ſi longanimiter ferens/
g adeptus eſt repromiſſionem/
h homines ꝑ maiorẽ ſui iurant/
i ꝛ oĩs controuerſie

coꝝ finis ad cõfirmationẽ/ eſt iuramẽtũ.

a in quo abũdantiꝰ volens deus oſtendere pollicitationibus heredibus/ ĩmobilitatem cõſilij

b interpoſuit iuſiurandum/

c vt per duas res immobiles/

d quibus impoſſibile eſt deum mentiri fortiſſimum ſolatiũ habeamus/

e qui confugimꝰ ad tenendã propoſitã ſpem/

f quam ſicut anchorã habemꝰ anime tutam ac firmam/

g ꝛ incedẽtẽ vſq; ad interiora velaminis

h vbi pcurſoꝛ ꝓ nobis introiuit Jeſus/

i ſcd'ꝫ ordinẽ Melchiſedech/ pontifex factus in eternum.

TEXTUS. CA. ſeptimum.

aliqua, ſiue lis, aut contentio per cõpoſitionem terminatur vt ſit compoſitio firma & valida, iuramentum adhibetur, quo quęcũque acta ſunt velut obſignantur. a Iuxta quẽmodũ Deus volẽs veris abrahæ filiis (heredibus pollicitationis illius quæ facta fuit ad abraham patrem eorum) abundan tius, firmius, certiuſque oſtendere huius conſilij & propoſiti immobilitatem (quod ſcilicet illud promiſſionis decretum in æternum non eſſet reuocaturus) b iureiurando interpoſito, atque ad promiſſionem adiecto nos ſecuros reddidit: c Vt per duas illas res (nempe promiſſionem, & iuramenti confirmationem) quæ Dei verbum firmum & irreuocabile faciunt, d poſt quas impoſſibile eſt deum mentiri, non implendo quod pollicitus fuerat, aut reuocando quod ante propoſuerat, firmum omnino & indubitatum habeamus ſpei noſtræ ſolatium. e Nos, inquam, qui propter animarum noſtrarum ſalutem relictis quæ in mũdo ſunt erroribus & vanitatibus, diligenter confugimus ad apprehendendam atque retinendam ſpem iſtam, in cõmune omnibus qui credere volunt propoſitam, quæ hoc nobis eſt fidelibus, quod anchora naui. f Anchora, inquam, animæ noſtræ tuta, quæ eam & ab omnibus periculis ſecuram facit, & inter fluctuantes procellas huius ſæculi, firmam tenet, vt non mergatur in mortem peccati: g quæ ſpes nos introducit atq; introire facit in ſancta ſãctorum, quę ſunt intra velamẽ: id eſt in cœlis, h in quos introiuit pro nobis tanquam præcurſor noſter ad parãdam nobis viam & manſiones æternas, Ieſus dominus noſter, i iuxta ordinem melchiſedech conſtitutus & declaratus à Deo pontifex in æternum.

¶ ELVCIDATIO CAPI. ſeptimi.

Dico

D Ico autem Chriſtum pontificem nominari & exiſtere, ſecundum ordinem melchiſedech, potius quàm ſecundum ordinem Aaron aut Leui: quoniam in plurimis Chriſtum ille præſignauit, & ſecundum hyſtoriam quæ in ſcriptura de eo texitur, nil niſi Chriſti præcurrens figura fuiſſe videtur. a Hic em̄ Mechiſedech Rex Salem legitur fuiſſe & Dei ſummi ſacerdos: b Qui abrahæ deuictis & cæſis regibus qui fratrem ſuum Loth captiuum abduxerant, cum victoria domum redeunti obuiam proceſſit, eiq; benedixit in nomine altiſſimi, cuius erat ſacerdos. c Cui abraham ob ſacerdotalis dignitatis reuerentiam, decimas dedit ex omnibus. Quæ omnia ad Chriſtum optime quadrant. d Primumquidem quod appellatur melchiſedech: id eſt, iuxta nominis interpretationem, rex iuſtitiæ. e Deinde quod rex Salem dictus eſt, quod interpretatur rex pacis. Chriſtus em̄ rex eſt, & pacis & iuſtitiæ. f Inuenit̄ quoq; ille in ſcripturis ſine patre, ſine matre, ſine genealogia, ſine vitæ principio, & ſine termino: quatenus videlicet in ſcripturis, de nullo horum fit vlla mētio, atq; ita quodam modo vt de figura dicitur, quod patre caruerit, & matre, vitæq; fine, & principio. g Aſſimilatus autem per hoc filio Dei, vt figura & imago veritati, manet in æternum ſacerdos, ita vt in ſcripturis nec de ſacerdotii ei⁹ principio, nec de fine nec de ſucceſſione cuiuſquam vlla mētio habeaturt Vere enim Chriſtus ſecundum æternam à patre generationē, caret matre ſecundum humanam ex virgine natiuitatem, caret patre ſecundū æternam generationē genealogia illi non texitur, itēque ſecūdum generationē humanā ex parte patris genealogiā non habet, qui patrē non habet. h Conſyderate autē præcellētiam ſacerdotis hui⁹ cui

a Hic em̄ Melchiſedech rex Salē ſacerdos dei ſūmi.
b q̄ obuiauit Abrahe regreſſo a cede regū & benedixit ei,
c cui & decimas oīm diuiſit Abraham,
d primū quidē qui īterptat̄ rex iuſtitie.
e Deinde aūt & rex Salem quod eſt rex pacis.
f ſine patre, ſine matre, ſine genealogia neq; initiū dierū, neq; finē vite habens,
g aſſimilat⁹ aūt filio dei, manet ſacerdos imperpetuum.
h Intuemini autem quantus ſit hic, cui

decimas dedit de p̄
cipuis Abrahā pa=
triarcha.
i Et quidē de filijs
Leui ſacerdotiū ac
cipientes/ mādatū
habent decimas ſu
mere a populo ſecū
dum legem/
a id eſt frībus ſuis
b quāquā et ipſi exie
rit de lūbis Abrahe
c Cuius aūt genera
tionō annumeratur
in eis/
decimas ſumpſit ab
Abraham/
d et hūc qui habebat
repromiſſiones bñ
dixit? e Sine vlla
aūt contradictione/
quod melius eſt a
meliore benedicet.
f Et hic quidē deci=
mas morientes ho=
mines accipiunt/
g ibi aūt cōteſtatur
quia viuit.
h Et (vt ita dictū ſit)
p Abrahā/ et Leui q
decimas accipit/
decimatus eſt:
i Adhuc enim lūbis
patris erat quādo
obuiauit ei Melchi
chiſedech.
a Si ergo conſūma=
tio p ſacerdotiū Le
uiticum erat/

cui decimas dedit de optimis eximia quæq;
ipſe vniuerſalis Iudæorum omnium pater
Abraham. i Et ſane filii Leui ad quos ſpe-
ctat ſacerdotii miniſterium, mandatum ha-
bent ex lege, vt à reliquo populo aliarum tri
buum ſumant decimas, propter honorem et
officium miniſterii ſacerdotalis. a Verum
hi tantum à reliquo populo, id eſt, à fratrib⁹
ſuis, b cum & ipſi exierint de lumbis Abra
hę, & ad eandem genealogiam pertineant,
reſpectu Abrahæ. c At iſte Melchiſedech,
cuius natiuitas inter illorum generationes
non computatur, quique extra illorum eſt
genealogiam, decimauit Abraham. patrem
omnium veſtrum, atque omnium ſacerdotū
& leuitarum, d atq; ita velut maior, ip-
ſum abraham, qui habebat à Deo ſibi factas
promiſſiones, benedixit. e Palàm autē eſt
& contradici non poteſt, quin benedicens (ſe
cundum rationem officii & miniſterii hui⁹,
in quo ei benedictio iure cōpetit) præemine
at, ſitque præcellentior eo qui benedicitur.
f Et in hac decimatione quæ dicta eſt filiis
Leui lege competere, homines morientes de
cimas accipiunt; Ita vt per ſucceſſionem, mor
tuis prioribus, ad alios ſecundum ius ſuum
deriuetur. g In noſtro autem propoſito te
ſtimonium dat ſcriptura, quod ſacerdos ille
viuit, & nec de morte, neq; de deuolutione
iuris eius ad alios quicquam loquitur. h Et
(vt ita quadā loquendi figura dicam hone
ſtius) in hac Abrahæ decimatione, etiam ip-
ſe Leui, & per conſequens vniuerſa poſteri-
tas eius in abraham & ſimul cum abraham
decimatus eſt. i Nam adhuc in abrahæ lū-
bis latebat Leui (per generationē) poſtmodū
ex eius ſemine mediatè ſuſcitandus tunc cū
Abhraham ſic decimaretur, occurrente ſibi
Melchiſedech ad benedictionem. a Nunc
itaque ſi finis erat & perfectio in Leuitico
&legali

& legali ſacerdotio, ita vt perfectius aliud non debuiſſet expectari, cui ipſum cederet tanquam imperfectius, b (ita enim videri poſſet, ex eo quod populus Iſraeliticus ſub ipſo legem accepit) c ſuperflue & vane in ſcriptura de alio ſacerdotio fieret mentio, quod ſecundum ordinem Melchiſedech diceretur non ſecundum ordinem Aaron. d Quod ſi ſacerdotium transferatur, neceſſario ſimul legis item tranſlatio atque immutatio conſequenter fieri debet. Lex enim vetus p̄manere non poteſt ſtabilis, ſi auferatur ſacerdotiũ Leuiticum, q̄m & illis cõpetit ſacerdotium. e At vero ille ſacerdos, de quo in Pſalmis hæc dicuntur, alterius tribus exiſtit ex qua ſacerdotes non ordinantur, nec ſecundum legem ordinari poſſunt, ad miniſtrandum altario. f Nam apertum eſt Chriſtum ex tribu Iuda ortum eſſe: g & quantum ad hanc tribum nihil legitur apud Moyſen, de ſacerdotii officio. h Atq; illa ipſa ſacerdotii tranſlatio, apertius demonſtratur in eo quod ſcriptura dicit, alium ſacerdotem exurgere debere, qui dicatur & ſit ſecundum ordinem Melchiſedech, non ſecundum ordinem legalis ſacerdotii: i qui ſacerdotium accipiat, non ex vi legis veteris, quæ eſt mandatum carnale, de corporalibus obſeruantiis & cæremoniis potiſſimum præſcribens, & corporalia promittens, ſed ex vi æterni Dei, cuius eſt vita inſolubilis & ex virtute decreti eius. b Sic enim ſcripturæ teſtimonium aſſerit quod ſit ſacerdos in æternum ſecundũ ordinem Melchiſedech. c Et quidem abrogatio fit atque euacuatio prioris mandati legalis, propter infirmitatem & inſufficientẽ vtilitatem: d quia lex illa non potuit quẽquam perfecte iuſtificare coram deo. e Introducitur autem pro lege abrogata, ſpes melior, excellentioris teſtamenti, ſecundum quã ſpera-

b (populus enĩ ſub ipſo legẽ accepit)
c quid adhuc neceſſarium fuit ſcd'm ordinẽ Melchiſedech alium ſurgere ſacerdotẽ/ & nõ ſcd'm ordinẽ Aaron dici?
d Tranſlato enĩ ſacerdotio neceſſe eſt/ vt & legis tranſlatio fiat/
e In quo enĩ hec dicuntur de alia tribu eſt/ de qua null' altario preſto fuit.
f Manifeſtũ eſt enim q' ex Juda ortus ſit dominus noſter.
g in qua tribu nihil de ſacerdotibus moyſes loquut' eſt.
h Et ampli' adhuc manifeſtũ eſt/ ſi ſcd'm ſimilitudinẽ Melchiſedech exurgat ali' ſacerdos.
i qui nõ ſecundum legem mandati carnalis factus eſt/
a ſed ſcd'm virtutem vite inſolubilis.
b Cõteſtat' enĩ. Qm̄ tu es ſacerdos in eternum ſcd'm ordinẽ Melchiſedech.
c Reprobatio q̄dem fit precedẽtis mãdati/ ꝑpter infirmitatẽ eius & vtilitatem.
d nihil enĩ ad perfectũ adduxit lex)
e introductio vero melioris ſpei/

f per quã ꝓximam⁹
ad deum:

g Et quantũ eſt: non
ſine iureiurando.
h Alij quidem, ſine
iureiurãdo ſacer=
dotes facti ſunt:

i Iis autem cũ iure
iurando,
per eũ qui dixit ad
illum:
a Iurauit dñs ⁊ nõ
penitebit eũ: tu es ſa
cerdos in eternum,

b in tantum melio=
ris teſtãmenti,
ſpõſor fact⁹ eſt Ieſ⁹

c Et alij quidẽ plu=
res facti ſunt ſacer=
dotes, iccirco quod
morte prohiberent
permanere:
d Hic autẽ eo quod
maneat in eternũ ſẽ
piternũ hꝫ ſacerdo=
tiũ. e Vñ ⁊ ſalua=
re in perpetuũ põt
accedentes per ipſũ
ad deum,
f ſẽper viuens ad in
terpellandũ ꝓ nobꝭ
g Talis ei decebat
vt nobꝭ eſſet põtifex
ſctũs, innocẽs, ipol=
lut⁹, h ſegregat⁹ a
pctõribus, ⁊ excelſi
or celꝭ fact⁹: i Qui
nõ hꝫ neceſſitatẽ quo
tidie (quẽadmodũ ſa

ſperam⁹ & vere expectam⁹ æterna bona glo
riãnõ autem temporalia: f per quam ſpem
tanquam amici & familiares Deo effecti, ap
pro inquamus ad Deum perfectam iuſtitiã
ex ea conſequuti apud Deũ. g Et pro quã
to hoc Chriſti ſacerdotium iuramenti addi=
tione eſt confirmatum. h Nam de aliis qui
dem ſecundum legem ſacerdotibus, nihil ta=
le legitur, quod cum iuramento acceperint
ad perpetuitatem ſuum ſacerdotium. i
Chriſtus autem noſter ſacerdos cum iuſiurã
di interpoſitione, ad perpetuitatem accepit
ſuum ſacerdotium à patre, qui iurando & ir
reuocabiliter ſtatuẽdo dixit ad eum: a Tu
mihi es ſacerdos in perpetuum ſecundum or
dinem Melchiſedech, cuius ſacerdotii aut vi
tæ finis nullus legitur. b Pro quanto, in=
quam, Chriſti ſacerdotium ſic non ſine iure=
iurando fuit: in tãtũ & eatenus melioris teſta
menti (nempe noui, quod ipſe nouus ſacer=
dos adduxit) ſponſor eſt Ieſus, id eſt, media=
tor. c Et in lege quidem plures facti ſunt
ſecundum ſucceſſionem ſacerdotes, dum pa
tribus mortuis, effecti ſunt filij. d Hic ve
ro eo quôd viuat in æternum, habet ſacer=
dotium ęternum nunquam deficiens. e Qua
de cauſa, ipſe ſemetipſum abſq; vlla alia ho
ſtia ſemper exhibens patri, ſaluare poteſt in
perpetuum eos qui per ipſum ad patrem ac
cedunt, f ſemper viuens & permanens a=
pud patrem, ad orãdum pro nobis. g Ta
lem enim decens erat nos habere pontificem
ſcilicet innocentem, immaculatum, h è pec=
catorum numero & conſortio ſemotum, &
ſupra cœlos omnemq; cœlorũ gloriã ad pa=
tris dexteram eleuatum. i Qui non habet
neceſſe quotidie offerre nouas hoſtias, neq;
etiam prius pro ſeipſo quam pro aliis, quem
admodum ſacerdotes veteris legis quotidie
innouabant hoſtias & neceſſe habebant, pri⁹
pro ſe,

pro ſe,poſtmodum pro aliis orare. a Chriſtus enim,ſufficienter pro omnibus peccatis ſemper expiandis,ſemel obtulit ſemetipſum in hoſtiam,pro peccatis noſtris. b Nam lex quidem ſacerdotes inſtituit puros homines, infirmitatibus & peccatis ſubiectos. c Verbum autem illud Pſalmi, in quo cum iuramento indicatur Chriſti ſacerdotium,quod poſt legis dationem per multum tempus dauid protulit, d non hominem purum & infirmum,ſed filium Dei modis omnibus perfectum aſſignat & conſtituit futurum ſacerdotem in æternum.

cerdotes)pri⁹ pro ſuis delicti hoſtias offerre/deinde pro populi a Hoc ei fecit ſemel ſe offerendo/
b Lex ei hoies cõſtituit ſacerdotes ifirmitatẽ habentes:
c ſermo autẽ iuriſiurandi/qui poſt legẽ eſt/
d filiũ in eternum perfectum.

ELVCIDATIO CAP. Octaui.

a SVmma autem eorum quæ dicta ſunt,& eorum quæ intendimus dicere præcipuum & caput, hoc eſt, b quod talem habem⁹ pontificem magnũ & glorioſũ,qui reſidet ad dextram Dei patris, qui eſt ſedes & requies maieſtatis eius in excelſis, c qui eſt adminiſtrator & pontifex verorum ſáctorum:hoc eſt,tabernaculi veri & æterni,quod per illud vetus tabernaculũ & vetera ſancta erat adumbratũ quod de⁹ fecit,& non manus hominis. d Omnis ſiquidem pontifex,ad offerẽdum oblationes quaſlibet,vndecunque factas,& immolatas hoſtias cõſtituitur. e Quapropter neceſſe eſt, ſi ſacerdos,vt ẽ,dici debeat,debere illũ habere aliquid etiam quod tanq̃ ſacerdos offerat. f Et quidem ſi eſſet ſuper terram , nõ haberetur ſacerdos,nec eſſet ſicut cæteri,ſacerdos legalis.Cũ ſint alii de tribu Leui.quibus id ſecundũ legẽ competit,de quorum numero nõ eſt ille: g qui miniſteria peragunt ſacerdotalia in tabernaculo veteri,quod eſt tantũ figura quædã imo craſſa figura & vix aliud q̃ vmbra illius cœleſtis tabernaculi,& cœleſtiũ ſãctorũ; h iuxta quod moyſi per diuinã admonitio-

TEXTVS. CA. Octauum.

a Capitulum aũt ſuper ea que dicũtur.
b Talẽ habem⁹ pontificẽ qui cõſedit in dextera ſedis magnitudinis in celis/
c ſanctorum miniſter & tabernaculi veri/quod fixit deus & nõ homo.
d Ois eni pontifex ad offerendũ munera & hoſtias cõſtituitur.
e Unde neceſſe eſt & hũc habere aliquid quod offerat.
f Si ergo eſſet ſup terrã nec eſſet ſacerdos/cũ eſſẽt qui offerrent ſcdm legẽ munera/
g qui exẽplari & vmbre deſeruiunt celeſtium/
h ſicut reſpõſum eſt

Moyſi/ cũ cõſummaret tabernaculum: i Uide/ inquit/ oĩa/ facito ſcḋʒ exẽplar quod tibi oſtenſum eſt in monte.

nitionem de tabernaculi ędificatione dictum eſt; i Attende (inquit Dominus) & cura diligenter, vt quę tibi iniunxi, omnia facias ad ſimilitudinem exemplaris, quod in monte me tibi demoſtrante vidiſti. In quo myſticè ſignificatur quæcunq; in corporali tabernaculo facta ſunt ad figurandum & exprimendum vtcunque ęterni tabernaculi (quod hic in ecclesia militante accipit initium, & finē in triumphante) ſimilitudinem, ſic à Deo eſſe ordinata. Itaque licet ſuper terram ſecundum legem Chriſtus ſacerdos non eſſet in tabernaculo Moyſi, a Reuera tamen meliꝰ à Deo patre ſuo accepit ſacerdotium, b cuiꝰ miniſterium tanto eſt præſtantius quanto nouum teſtamentum (cuius ipſe adminiſtrator, lator, & doctor eſt) præſtat veteri, cuius Moyſes lator, & ſacerdotes legis doctores fuerunt: c eo quòd nouum meliora promiſſa habeat, & in præſtantioribus (nempe cœleſtibus) eſt confirmatum. d Nam ſi illud prius perfectum fuiſſet & conſummatum nullum habens imperfectum, ita vt perfectè potuiſſet iuſtificare, vanè ſcriptura de altero mentionem faceret. e Et tamen quodam in loco Propheta illos qui ſub veteri agebant, arguit quaſi impotens ſub illo iuſtificari, dicens. f Ecce tempus veniet (dicit Dominus) & finiendo vetus, faciam teſtamentum nouum, g populo meo fideli qui in me credet & confitebitur mihi, h quod non erit ſimile illi priori quod patribus Iſraelitici populi diſpoſui in monte Syna, circa tempus illud quo eduxi eos de terra ægypti, apprehendendo manum eorum, hoc eſt, educendo illos in fortitudine brachij mei, et ſub cuſtodia mea deducendo. Quoniam ipſi non obſeruauerunt præcepta mea, quæ in teſtamento præceperam eis, & ego abieci eos à cura mea faciens mihi nouam Eccleſiã dicit

a Nunc aũt melius ſortitus ē miniſteriũ b quanto eſt melioris teſtamenti mediator eſt/

c quod in melioribꝰ repromiſſionibus ſãcitum eſt.

d Nã ſi illud prius culpa vacaſſet/ non vtiq; ſecundi locus inquireretur.

e Uituperans enim eos dicit:

f Ecce dies venient dicit dñs/ ꝛ conſummabo.

g ſuper domũ Iſrael ꝛ ſuper domum Iuda teſtamẽtũ nouũ/ h non ſcḋʒ teſtamentũ/ quod feci patribꝰ eorũ in die qua apprehẽdi manũ eorũ vt educerẽ illos de terra egypti/ qm̃ ipſi nõ ꝑmanſerũt i teſtamẽto meo ꝛ ego neglexi eos dicit dominus.

dicit dominus. i Quoniam hoc eſt teſtamē-
tum nouum, quod diſponam veris Iſraelitis
Eccleſiæ ſanctæ, poſt illa prioris legis tempo
ra, dicit dominus. a Dabo inquā, leges me-
as per ſpiritusſancti illuminationem, in men
tibus eorum, & inſcribam eas in cordibus e-
orum. b Et ero illis Deus, & ipſi erunt me
us peculiaris & acceptabilis populus. c Et
non erit tunc opus, vt prolixe doceātur quā
tum ad ea quę erit neceſſarium credere et ſci
re ad ſalutem, quemadmodum in veteri le-
ge opus erat, in qua obſeruanda erant præce
pta plurima: d ſed vnctione ſpiritusſan-
cti edocti, omnes cognoſcent me, tam plebe-
ius quam ſacerdos, paruus & magnus. (Fa-
cile enim vnuſquiſque ea capit & intelligit,
quæ ſunt ad ſalutem neceſſaria) e quia pro
pitius ero iniquitatibus eorum, & peccata e
orum in ſanguine filii mei delebo, vt non re
corder amplius. f Ecce autem dum dicit
ſe diſpoſiturum nouum, prioris indicat vetu
ſtatem, & nouo adueniente, illud vetus deſe
cturum vigoremque perditurū, ſignificat.
f Quod aūt antiquitate & ſenio ad defecti-
onē pergit, prope eſt vt ceſſet atq; intereat.

ELVCIDATIO CAP. IX.

a HAbuit quidem prius illud & ve
tus teſtamentum legitimos ſuos ri
tus, quibus Deum ex præſcripto co
li oportebat, b & quandam vim corpora-
liter atq; ſęculariter ſāctificandi: nempe emū
dādi corp⁹ a legis irregularitatib⁹, a quib⁹
emundabatur per cæremonias corpus coin-
quinatum, c Factum enim fuit tabernacu-
lum prius, in quo ardentes lucernæ ſeptem
erant, ex vno candelabro in modum ramo-
rum prodeuntes, itemque menſa aurea, et pa
nes propoſitionis, qui ſuper menſam coram
domino apponebantur. d Atque hoc taber
naculum, vocatum eſt ſancta. e At vero

i Quia hoc eſt teſta
mentū quod diſpo-
nā domui iſrael poſt
dies illos dicit dñs:
a Dabo leges meas
in mentem eorum ⁊
in corde eorum ſu-
perſcribam eas/
b ⁊ ero eis in Deū/
⁊ ipſi erunt mihi in
populum/
c ⁊ nō docebit vnuſ
quiſque proximum
ſuum ⁊ vnuſquiſque
fratrem ſuum dicēs
Cognoſce dominū:
d quoniam omnes
ſcient me a minore
vſque ad maiorem/
e quia propiti⁹ ero
iniquitatib⁹ eorū/ et
peccatorū eorum iaȝ
non memorabor.
f Dicendo aūt no-
uū/ veterauit prius
g Quod autem anti
quatur ⁊ ſeneſcit/ ꝓ
pe interitum eſt.

TEXTUS. CA. Nonum.

a Habuit quidem ⁊
prius iuſtificatiōes
culture/
b ⁊ ſanctū ſeculare.
c Tabernaculum e-
nim factum eſt pri-
mum/ in quo erant
candelabra et mēſa
⁊ propoſitio panū/
d que dicitur ſācta
e poſt velamentum

autem ſecundum tabernaculum quod dicitur ſancta ſanctorum, f aureum habens thuribulum, et arcam teſtamenti circuntectam ex omni parte auro, g in qua vrna aurea habens manna, h & virga Aaron, q̃ frondueat. i & tabule teſtamẽti a ſuper que erant Cherubin glorie, b obumbrantia propiciatorium, de quibus nõ eſt modo dicendum per ſingula c His vero ita cõpoſitis, in priori quidẽ tabernaculo ſemper introibant ſacerdotes ſacrificiorum ſacrificia conſummantes: d in ſecundo autem ſemel in anno ſolus pontifex, non ſine ſãguine, quē offerret pro ſua & populi ignorantia: e hoc ſignificante ſpirituſancto, nondũ propalatã eſſe ſanctorũ viã, adhuc priore tabernaculo habente ſtatũ,

retro velamen, altera erat pars tabernaculi, a priore per velum intermediũ diuiſa, quod vocatum eſt duplicato nomine Sancta ſãctorum. f In quo ſeruabatur thuribulum aureum, quo ſacerdos ingrediẽs fumigabat incenſo coram propiciatorio, & arca teſtamenti facta ex lignis cethim vndequaque circuntecta auro puriſſimo: g in qua erat repoſita vrna aurea, manna cuſtodiens, in teſtimonium diuinorum beneficiorum exhibitorum filiis Iſrael, h & virga Aaron quę per miraculum frõduerat, in teſtimoniũ ſacerdotii Aaronitarum, i & tabulæ teſtamenti, in quibus erat lex Dei deſcripta. a Super quã arcam, & quæ in ea continentur, ſtabant ſimilitudines quædam Cherubin, quę facta erant ad Dei gloriam repræſentandũ, & eius pręſentiã glorificandã, b quæ Cherubin alis ſuis operiebãt propiciatoriũ.i.partẽ arcę ſuperiorẽ, ſiue eius ſupremũ operimentũ, quod Deus ſibi in ſedẽ cõſtituit: vt ſignificaretur inter Cherubin Deus habere manſionem ſuã: de quibus nõ eſt hic ſigillatim nunc explicãdum. c Cum itaq; fuiſſent hæc ita, ſuo quęque ordine, ſub teſtamẽto priori diſpoſita atq; aptata, in illam anteriorẽ tabernaculi partẽ, ſiue in ſancta, introibant quotidie ſacerdotes, ad ſacrificiorum peragenda miniſteria. d In altera autem & poſteriori, ſemel tantum per tempus anni, ſummus ſacerdos ſolus & inferior nemo introibat, idq; cum ſanguine, quem pro ſuis populiq; delictis offerret, coram Domino. Atque hæc quidem, figura erant eorum quæ per Chriſtum ſunt cõpleta. e Significare enim per hæc voluit ſpiritusſanct⁹ (cuius inſtinctu cõpoſita ſunt omnia) donec prius tabernaculũ veteris teſtamẽti in ſuo vigore perſtaret, nõ propalandam eſſe neque aperiendam viam ad ſancta ſanctorum, ad cęlos in vitam eternam: ſed

nam:ſed debere prius illud Moyſi tabernaculum ceſſare,ciuſque cultum euacuari,quã pateſieret per mortem Chriſti via cœli, f Quæ figura tempus reſpicit modo præſẽs in quo ſecundũ veritatem figura illa completa eſt: g iuxta quam vmbræ figurã,oblationes quælibet etiã ex non viuentibus,aut immolaticiæ hoſtiæ offerebantur, h quę nõ poſſunt perfecte ſecundũ conſcientiã iuſtificare, i eos qui vt ſerui ex præſcripto legis & timore pœnæ,tantũ vacabant obſeruãdis cibis ac potibus, & variis ac multiplicibus adulationibus,aliiſque cõſimilibus corporalibus iuſtificationibus, quibus corpus a ſuis irregularitatibus, nõ conſcientia emundabatur, a quæ fuerunt Iudæis ad tempus iniuncta.donec melius perficerentur. per oblationẽ hoſtiæ corporis Chriſti, cuius illæ erãt præeuntes tantũ figuræ. b Chriſtus aũt ſe exhibens patri,& patri aſſiſtens,ad interpellandũ pro nobis,tanquã pontifex, vt per eũ ventura bona conſequamur: c per maius atq; etiã perfectius tabernaculũ,non conſtructum artificis manu,neque arte humana cõditum,ſemel introiuit in ſancta ſanctorũ: id eſt,per cœlos ad gloriam ſiue dexterã patris. d Introiuit aũt & patri aſſiſtit tanquã põtifex, nõ ſanguinẽ hircorũ aut vitulorum offerendo:ſed per oblationem proprii ſanguinis, e per quem non vnius tantũ anni delictorum fecit remiſſionem,ſed æternam, & quæ omnium ſæculorum peccatis ſufficiat expiandis. f Si enim ſanguis animalium mortuorum(nempe hircorum ſiue taurorũ) & cinis vitulæ ruſæ combuſtæ, ſuper corpora hominum aſperſus, inquinatos corporalibus irregularitatibus mundat ſecundum carnem,atque purificat ab eiuſmodi, g multo magis videtur ſanguis Chriſti,qui per ſpiritum ſanctũ ſecundum plenitudinẽ in ſe inhabitan

f Que parabola eſt temporis inſtantis/

g iuxta quã munera & hoſtie offerũtur/

h que non poſſunt iuxta conſciẽtiam perfectum facere.

i ſeruientem ſolũmodo in cibis/ & in potibus/ & in variis baptiſmatibus/ & iuſtitiis carnis/

a vſq; ad tempus correctionis impoſitis.

b Chriſtus autẽ aſſiſtẽs pontifex futurorum bonorum/

c per amplius & perfectius tabernaculũ non manufactũ.i.nõ huius creationis.

d Neq; per ſanguinem hircorum aut vitulorum ſed per propriũ ſanguinem introiuit ſemel in ſancta/

e eterna redemptione inuenta/

f Si enĩ ſãguis hircorum & taurorum & cinis vitule aſperſus inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis

g quanto magis ſanguis Chriſti: qui per ſpiritum ſanctum

h ſemetipſum obtulit immaculatũ Deo emundabit conſcientiam noſtram.
i ab operibus mortuis ad ſeruiendum Deo viuenti?

a Et ideo noui teſtamẽti mediator eſt/

b vt morte intercedente/ in redemptionem ear. preuaricationũ que erant ſub priori teſtamento/
c repromiſſionẽ accipiãt qui vocati ſũt eterne hereditatis/
d Ubi enim teſtamẽtum eſt/ mors neceſſe eſt intercedat teſtatoris.
e Teſtamentum eñ in mortuis cõfirmatum eſt/
f Alioquin nondũ valet dum viuit qui teſtatus eſt.
g Unde nec primũ quidem ſine ſanguine dedicatum eſt/

h Lecto ei oĩ mãdato legĩ a Moyſe vniuerſo populo/ accipiens ſanguinem vitulorum & hircorũ cũ aqua & lana coccinea & hyſſopo/
i ipſum quoq; librũ et omnem populum aſperſit dicens:

habitantem: h obtulit voluntarie ſeipſum Deo patri, in hoſtiam immaculatam, potens eſſe & efficax, ad emundandum corda, non corpora tantum, i à peccatis quæ mortificant animam, ad ſeruiendum in nouitate vitę Deo viuenti. Sanguis enim Chriſti propter coniunctionem cum Verbo in vno ſuppoſito, infinitam habet virtutem emundandi, non modo corpora, ſed etiam animas & conſcientias hominum: quam vim, animalium cæterorum ſanguis non habet. a Atq; ob hęc, ipſe mediator eſt noui teſtamẽti, per quẽ videlicet ipſum ſit nobis collatum atque diſpoſitum, b vt interueniente morte eius, ad expiandum peccata illa priora quæ à ſæculo & ſub lege erant commiſſa, et expiari per legis ſacrificia non poterant, c accipiant firmam & tutam deinceps promiſſionem ęternæ iam partę hæreditatis, qui fuerint ex vocatione Dei in Chriſtum credentes. Dixi autem mortem debuiſſe interuenire. d Nã vbi teſtamentum eſt, ſi ratum eſſe debeat, neceſſe eſt interuenire mortem eius qui condidit. e Nam tunc primum confirmationem ſuam accipit teſtamentum, cũ is moritur qui illud condidit. f Alioqui donec viuit teſtator, nondum firmam habet atq; ſtabilẽ vim quin mutari, quoties illi videbitur poſſit. g Vnde in ſignũ confirmationis noui teſtamenti, per ſanguinem Chriſti fiendæ, prius teſtamentum etiam cum ſanguine conſecratum, iniciatum, & ſuo quodam modo confirmatum fuit. h Moyſes enim poſtquam omnia legis mandata recitaſſet in aures populi, accipiens deinde ſanguinem vitulorũ & hircorum cum aqua mixtum, faciensque aſpergillum ſibi ex hyſſopi ligno, & coccinea lana rubri coloris, i aſperſit librum ex quo recitauerat, & vniuerſum populum qui ſe iam ad obſeruationem mandatorum aſtrinxerat

xerat, & dixit: a Hic eſt ſanguis teſtamẽti confirmatiuus, quod vobis Deus obſeruandũ diſpoſuit, conſcripſit & tradidit. Hæc autem omnia, figura ſunt paſſionis Chriſti. Nã ſanguis animalium mortuorum & aqua, ſignificant ſanguinem et aquã in cruce a Chriſto pro nobis effuſa. Hyſſopus quoque & lana coccinea, agnum ſignificant cruentum ligno crucis affixum, cuius aſperſione omnes ſumus mundati. b Ipſum quoque tabernaculum illud vetus, & omnia vaſa atq; vtenſilia quæ erant deputata in miniſterio domini, ſimiliter ſanguine aſperſit. c Et ſecundum legem pene omnia per ſanguinem purificantur, & omnis irregularitas per aſperſionem ſanguinis tollitur, d Remiſſio autem peccatorum fieri ſecundum legem nequit, niſi per interfectionem hoſtię, & ſanguinis effuſi oblationem. g Et ſic quidem neceſſe fuit, vt vetera illa, quę tantum erant figurę quędã eorum quę in noua Eccleſia et in cœlis ſũt, talibus rebus, hoc eſt figuratiuis purificationibus, mundarentur. f Ipſa aũt quæ modo in Eccleſia ſunt ſpiritualia, & ipſa cœleſtia melioribus hoſtiis q̃ ſint hæc corporalia, neceſſe fuit conſeruari, id eſt, ſanguine Chriſti. Nam ſanguine Chriſti, & Eccleſia ſanctificata eſt, et cœlum mundatũ noſtri gratia, ſiue potius conſecratũ, atque initiatũ, nobis ad introitum. g Chriſtus enim nõ introiuit in ſancta artificis manu cõſtructa, ſed in ipſũ cœlũ, quod verbo firmatũ eſt: vt nunc ſe exhibeat tanquam pontificẽ, pariter & hoſtiã, conſpectui patris, pro noſtra vtilitate & ſalute. h Neque vero propter hoc vt ſeipſũ pluribus offerat vicibus, frequenter moriendo, i ſecundũ ritũ veteris pontificis, qui per ſingulos annos, in alieno & nouo ſemper ſanguine, ingreditur in ſancta. a Alioqui neceſſe fuiſſet, ab initio mundi ſæpi⁹

a Hic ſanguis teſtamenti quod mandauit ad vos Deus.

b Etiam tabernaculũ & omnia vaſa miniſteriĩ ſanguine ſimiliter aſperſit.

c Et omnia pene in ſanguine ſecundum legem mundantur: d & ſine ſanguinis effuſione non fit remiſſio.

e Neceſſe eſt ergo exemplaria quidẽ celeſtiũ his mundari:

f Ipſa autem celeſtia melioribus hoſtiis quam iſtis.

g Non enĩ in manu facta ſancta Ieſ⁹ introiuit exemplaria verorũ, ſed in ipſum celũ, vt appeat nũc vultu Dei p nobis. h Neque vt ſepe offerat ſemetipſum, i Quemadmodũ põtifex intrat in ſãcta per ſingulos annos in ſanguine alieno. a Alioqui oportebat cũ frequẽter pa

ti ab origine mũdi)
b Nunc autẽ ſemel in cõſummatione ſeculorum.
c ad deſtitutionem peccati per hoſtiam ſuam apparuit.
d Et quemadmodũ ſtatutum eſt hominibus ſemel mori/ poſt hoc autez iudicium.
e ſic ⁊ Chriſtus ſemel oblatus eſt/
f ad multorum exhaurienda peccata/
g ſecundo ſine peccato apparebit/
h omnibus expectantib⁹ ſe in ſalutẽ.

TEXTUS. CA. Decimum.

a Umbram enim habens lex futurorum bonorum/
b non ipſam imaginem rerum/
c per ſingulos annos iiſdem ipſis hoſtiis quas offerũt indeſinenter/ nunquã poteſt accedentes ꝑfectos facere/
d Alioquin ceſſaſſent offerri/
e Ideo ꝙ nullã haberet vltra ꝯſcientiã peccati/ cultores

mortem iteraret, quum ab initio ſemper delicta præceſſerint. b Nũc autẽ, iuxta quod veritas habet, in plenitudine temporum ſemel ipſe tanquam hoſtia apparuit, quando ſuo tempore mortis paſſionẽ ſuſcepit, c ad deſtruendum regnum peccati atque diaboli, hoc eſt, ad tollẽdum peccata mundi. d Et quemadmodũ omnibus hominibus ex Dei iniunctione, dũfinitione, atque ſtatuto incũbit moriendi ſemel neceſſitas, & poſt mortem ſuum cuique iudiciũ. e Sic etiam Chriſtus in forma peccatoris apparens, ſeq; exhibens tanquàm hoſtiam pro peccato, ſemel quidẽ oblat⁹ eſt quia voluit, f ad tollendũ peccata multorũ, omniũ (inquam) qui crediderint in eũ. g Poſt hoc autẽ, cũ ſecũdo manifeſtat⁹ fuerit, in die vniuerſalis iudicii, tũc apparebit ſanctus ſanctorũ, nõ habens formã peccatoris, ſed claritatẽ patris, h Apparebit, inquã, ſaluator omnibus qui modo cũ fide & deſyderio expectãt aduentũ illius.

ELVCIDATIO CAPITIS. X.

a LEX enim vetus imperfectam admodũ habens tantum repræſentationem bonorũ quæ in Eccleſia Chriſti, tempore nouæ legis futura erant, b non ipſam expreſſam veritatis ſimilitudinem (hoc eſt, nõ ipſam earum rerum veritatem) c per ſuas hoſtias & victimas quæ per ſingulos annos ſine intermiſſione ſemper conſimiles offeruntur nunquàm poteſt accedentes cultores atque offerentes, perfecte iuſtificare, operando ſcilicet remiſſionem peccatorum.

d Nam ſi vllo vnquam anno per oblationem vllius hoſtiæ fuiſſet ſemel pleneperfecta peccatorum remiſſio, iam ceſſaſſent ab oblationibus iterandis per annos ſequentes, e eo quod non haberent vltra conſcientiã vllius peccati obſeruatores illi legis ſemel perfecte iuſtificari, quod nõ virtute illius

lius prioris hoſtiæ poſſet deleri. Si enim per vllam hoſtiam fieret peccati vnius expiatio, eadem ratione omnium peccatorum efficax eſſet operari remiſſionem, quandoquidẽ infinitæ eſt virtutis, facere peccati purgationem. f Modo autem in ſacrificiis legalib⁹ conſpicimus, quod per ſingulos annos iteretur peccatorum confeſſio, in die expiationis: per quod ſignificatur, nondum eſſe ablata peccata mundi donec illa ceſſet confeſſio, & veniat vnica illa perfecta oblatio, quam illorum figurales oblationes prætendebant. g Prorſus enim impoſſibile eſt, vt ſanguis mortuorum animalium operetur peccatorũ remiſſionem, Peccatorum enim remiſſionem efficere ad infinitam ſpectat virtutem cuius non eſt vllius viuentium ſanguis, præter quàm Chriſti, qui ex verbi coniunctione infinitatem participat huiuſcemodi virtutis. h Ideoq; in Pſalmis, vbi Chriſtus deſcribitur tanquam in mundum ingrediens ſic introducitur ad patrem loquens: i Victimas & oblationes non requiſiſti propter ſeipſa tanquam ibi finem conſtituens, aut quaſi ꝑ ſe tibi eſſent placita (quæ non requirebantur etiam in tempore veteris legis niſi quatenus erant figuræ quædam paſſionis & oblationis Chriſti.) a At in ſuo tempore, quãdo voluiſti complere illa corporalia ſacrificia, eiſq; finẽ imponere, corpore me circundediſti paſſibili, in quo vſq; ad mortẽ obediens factus, eſſem tibi placita pro peccatis hoſtia. b Oblationes illæ corporales, ſiue pro peccato offerrentur, ſiue pro holocauſto, non tibi per ſe placuerunt. c Tunc in tempore q̃d à te fuerat vt homo fierem cõſtitutum, dixi: d Ecce ego pater venio in carne, vt offeram tibi placitum ſacrificium, nempe vt faciam voluntatem tuam, & obediens ſim etiam vſq; ad mortem. e In libro enĩ vitæ et diuinę

ſemel mundati:

f ſed in ipſis commemoratio pctõꝝ per ſingulos annos fit:

g impoſſibile enĩ eſt ſãguine tauroꝝ & hircoꝝ auferri peccata

h Ideo ingrediens mundum dicit:

i Hoſtiam & oblationem noluiſti.

a corpus autẽ aptaſti mihi.

b Holocauſtomata & ꝑ peccato tibi placuerunt.

c Tunc dixi

d Ecce venio.

e In capite libri ſcriptum eſt de me.

prædeſtinationis , de me prædeſtinatum eſt & præordinatum,tanq̃ de primogenito p̃cipuo inter omnes homines,tanquam in capite libri illius,

f vt faciã deus volũtatem tuam.

f Vt tuã voluntatem faciendo atq; implendo etiam vſq; ad mortem, ſic debeã in gloriam tuam introire,qui es ſecundũ humanitatem Deus meus.

f Superiꝰ dicẽs/ q2 hoſtias ꝛ oblatiões ꝛ holocauſtomata/ ꝛ ꝓ pctõ noluiſti/ nec placita ſunt tibi que ſcdm legẽ offerũt tũc dixi/ ecce venio/ vt faciã deus volũtatẽ tuã: h aufert primũ/ vt ſequẽs ſtatuat. i In qua volũtate ſãctificati ſumus/ ꝑ oblationẽ corporis Jeſu xp̃i ſemel.

g Ecce in his verbis,dum vetera illa legalia ſacrificia velut abiiciuntur, & noua hoſtia Chriſtus in mundum veniens introducitur, h ſatis manifeſte prius illud vetus teſtamentum cum ſuis ſacrificiis euacuat,vt confirmetur ſequẽs nouum quod de ſola mandat impletione voluntatis diuinæ, non de legalium oblatione. i De qua & ſecundum quam patris volũtatẽ,ſemel ſanctificati ſumus, a in virtute oblationis corporis Chriſti,qui ſemel pro noſtra redemptione mori voluit:ita vt denuo per ſingulos annos , hanc ſanctificationem iterare non ſit opus.

b Et oĩs quidẽ ſacerdos p̃ſto eſt quotidie miniſtrãs ꝛ eaſdẽ ſepe offerens hoſtias. c que nõ poſſunt auferre peccata/ d Hic autẽ vnã ꝓ peccatis offerẽs hoſtiã in ſempiternũ ſedet in dextera dei.

b Et quidem ſacerdos ille veteris legis,per ſingulos dies accedit ad altare miniſtrandi gratia ſępiuſq; offerendi conſimiles ſemper hoſtias. c Quæ quotieſcunq; offerantur,non poſſunt efficere peccatorum expiationem. d Hic vero pro peccatis omnium,poſtquàm ſemel vnam obtulit hoſtiam ſui corporis,deuicta iam morte , in æternum requieſcit , in æqualitate gloriæ patris,poteſtate iudicandi à patre accepta.

e de cetero expectãs donec ponãtur inimici eiꝰ ſcabellũ pedũ eiꝰ.

e Et adhuc venturum expectatur,vt ſubigantur perfecta ſubiectione omnes aduerſarii eius diaboli & eorum miniſtri,tanquam ſcabellum ſub pedes eius,

f Una eñi oblatione cõſũmauit in ſẽpiternũ ſanctificatos.

f Vnica enim ſui corporis oblatione,electos ſuos ita perfecte conſummauit,eiſq; tam perfecte prouidit:vt in ſempiternum reſumi opus non eſſet eãdẽ vel aliam,pro expiandis mundi peccatis,oblationẽ.

g Cõteſtatᷣ aũt nos ꝛ ſpiritusſanctus.

g Teſtimonium autem perhibet modo in ſcripturis de his etiam ſpirituſſanctus,

h Poſtquã eñi dixit

h Nam poſt illud quod in propheta dicitur

dicitur de nouo teſtamento: hoc eſt teſtamentum quod diſponam illis poſt tempus legis veteris, dando leges meas in cordibus eorũ & in mentibus eorum inſcribendo eas:
i poſtea ſubiungit ſpiritusſanctus. Et peccatorum & iniquitatum eorum non recordabor vltra, ita vt de nouo aliquam hoſtiam velim exigere, pro expiatione eorũ facienda.
a Porro vbi remiſſio facta fuerit, non erit vltra locus hoſtiis illis legalibus, quæ infiguram offerebantur huius oblationis, per quam facta eſt remiſſio. Fruſtra enim tenetur figura, vbi impleta eſt veritas. b Proinde fratres qui habemus talem confidentiam & tã liberam, tamq; certam fiduciam ingrediendi in cœleſtia ſãcta, in virtute ſanguinis chriſti,
c per eã quã nobis parauit viã, et cõſecrauit atque dedicauit nouam, & ad vitam perducentem, d & per velamentum, id eſt, per corpus ſuũ quo velata fuit diuinitas, in quo & mortem ſuſcepit, e pontificemq; vere magnum apud patrem, pro tota Eccleſia ſãcta Dei, & pro oĩbus qui per fidem ſũt deſamilia dei, f nihil hæſitantes accedamus ĩſpiritu & veritate potius quàm corporeis greſſibus, cum puro erga deum affectu, plenaq; & ſyncera fide: g ſecundum animam per aſperſionem perq; virtutem ſanguinis Chriſti emundati à maculis conſcientiæ: h & ſecundum corpus, aqua mũda (ideſt, lauacro baptiſmali) abluti, i perſeueremus fortiter in ſpe illa quam confitemur, ſecundum fidẽ noſtram: ita vt nullo pacto ab ea deflectamus, propter quamlibet vel perſecutionem, vel malã perſuaſionẽ. a Nihil eĩ hęſitare debem⁹ q deũ habem⁹ ꝓmiſſorẽ ſine dubio fideliſſimũ, in omnibus verbis & ꝓmiſſis ſuis.
b Et diligenter attendamus nos inuicem, vt per proximorum bona exempla quæ cõſpicimus prouocetur in nobis charitas ad ꝑfectum

Hoc aũt teſtamentũ qđ teſtabor ad illos poſt dies illos, dicit dñs: Dabo leges meas in cordib⁹ eoꝝ, & in mentibus eorũ, ſuperſcribam eas,
i peccatorũ & iniquitatum eoꝝ iã nõ recordabor amplius.
a Ubi autẽ hoꝝ remiſſio iã nõ eſt oblatio pro peccato.
b Habẽtes itaq; fratres fiduciã in introitu ſanctorũ in ſãguine Chriſti,
c quã initiauit nobꝭ viã nouã & viuentẽ per velamẽ, id eſt carnem ſuam,
e & ſacerdotem magnũ ſup domũ dei,
f accedam⁹ cũ vero corde i plenitudine fidei,
g aſperſi corda a cõſcientia mala,
h & abluti corp⁹ aqua munda,
i teneam⁹ ſpei noſtre cõfeſſionẽ indeclinabilem:
a Fidelis enĩ eſt qui repromiſit.
b Et conſideremus inuicẽ in ꝓuocationẽ charitatis bonorum operum,

fectum meliorem, & opera bona conſimilia peragenda, qualia in aliis conſiderauimus:

c non deſerentes collectionē noſtram,
d ſicut cōſuetudinis eſt quibuſdam:
e ſed conſolantes,

c non ſubtrahentes vos perſecutionis metu aut quacunq; de cauſa, à communi fidelium cœtu, d quemadmodum apud nonnullos vitioſa eſt conſuetudo: e ſed permanete in vnum pariter congregati, ad conſolandum exhortandumq; vos inuicem, contra eas quæ ab hoſtibus fidei ingeruntur vobis tentationes malas.

f & tanto magis quāto videritis appropinquantem diem,

f Et id quidem tanto ardentius facere debetis, quanto ad diem mortis iudicii atq; coronæ vos videritis magis appropinquare.

g volūtarie enī peccātib⁹ nobis poſt acceptam notitiam veritatis,
g iam nō relinquitur ꝓ peccatis hoſtia,
i terribilis aūt quedā expectatio iudicii & ignis emulatio,

g Si enim poſt acceptam ex fide veritatis notitiam, rurſum deliberata voluntate à Deo viuo diſcedentes, in infidelitatis peccatū noſipſos proiecerimus: h non eſt quod vllam expectem⁹ aliam pro peccatorum expiatione hoſtiam, ſi ipſam quę à patre nobis data eſt ſic abiecerimus. i Sed expectandum eſt & veniet iis qui tales ſunt, terribile illud iudicium, & ignis ille ęternus, exardeſcens ad vindictam faciendam, contra aduerſarios Dei,

a que cōſūptura eſt aduerſarios.
b Irritā quis faciēs legē Moyſi, ſine vlla miſeratione duob⁹ vel tribus teſtibus moritur.
c quātomagis putatis deteriora mereri ſupplicia, qui filiū dei conculcauerit? d & ſāguinē teſtamēti pollutum duxerit

a qui infideles eſt combuſtione ſempiterna excruciaturus. Neque id mirum. b Nam quiſquis legem Moyſi tranſgreditur, ſi duobus fuerit aut tribus idoneis teſtibus conuictus, ſine vlla miſeratione irreuocabiliter occiditur, vbi mortis pœna eſt tranſgreſſioni deputata. c Quanto exiſtimatis maioribus illum & peioribus ſuppliciis dignum fore, qui filiū Dei ſic turpiter contempſerit? d & ſāguinē in quo teſtamentum nouum confirmatum eſt, pollutum duxerit cōmunē illum reputans, & nihil ampli⁹ valere ad peccatorum expiationem, & animarum ſanctificationem, quàm ſanguinē aliorū animalium? e (in quo tamē ſanguine ſanctificatus fuit per baptiſmum)

e in quo ſanctificat⁹ eſt. f & ſpiritui gratie ꝯtumeliā fecerit

f & qui ſpiritui ſancto ꝑ quē fuit gratia in corde illius diffuſa, fecerit contumeliam, illum per infidelitatem

tem à ſe repellendo? Vtiq; vindicabit acrius de eiuſmodi, iuſtus iudex. g Scimus eñ quis ſit qui dixit: Mea eſt vltio & ego ſũ q retribuam pro omnibus malis. h Et alibi iudicabit dominus pro populo ſuo in æquitate, aduerſus omnes malignos perſequentes eos.

i Et quidem merito horrere debent omnes atq; ſumme cauere, ne in vindictam iræ diuinæ, atque potentis vltionis eius, deueniant, imparati, & inſufficientes ad reddẽdum de ſuis operibus rationem. Quo vero efficiamini, ad toleranda quecunque occurrãt vel immineãt vobis aduerſa animo conſtantes, perſeuerãtes, atq; patiẽtes: a obſecro reducite ad memoriã bona veſtra initia b quomodo prioribus elapſis diebus, Dei gratia illuminati, ꝓ eius nomine magnum perſecutionum inſultum ſuſtinueritis. c Partim quidem in eo quod opprobriis & contumeliis pluri-mis affecti, ſpectaculum facti fuiſtis hominibus: ita vt omnes prę admiratione in vos haberent oculos intentos. d Partim quidem in eo quod taliter patientium ſocii facti eſtis dum proximorum veſtrorum mala non ſec⁹ atque propria, cordi vobis fuerunt. e Nã & vinctis ex compaſſione miniſtraſtis, eorũque neceſſitatibus pro veſtra facultate ſub-ueniſtis. f & ipſi direptionẽ ſubſtantiæ veſtrę in gaudio ſpiritus ſuſtinuiſtis, g intelligentes & cõſiderantes vos habere in ſpe certa meliorem ſubſtantiam, per paſſiones huiuſmodi præſentis temporis comparandam quæ permanſura eſt in cœlis, & nunquam auferetur à vobis. h Ne itaque abiiciatis iſtam veſtram confidentiam, quæ magnam habitura eſt, ſi in ea permanſeritis, remunerationem, nẽpe infinitam & æternam in cœlis.

i Vobis enim qui tantis agitamini perſequutionibus, ante omnia patientia neceſſaria eſt a vt voluntatem Dei ſic permanẽter & perſe-

g Scimus eñ qui dixit: Mihi vindicta, ⁊ ego retribuam.
h Et iterum iudicabit dñs populũ ſuũ.
i Horrendũ eſt incidere in man⁹ dei viuentis.

a Rememoramini aũt priſtinos dies, b in quibus illuminati magnum certamẽ ſuſtinuiſtis paſſionum
c ⁊ in altero q̇dẽ opprobriis ⁊ tribulationibus ſpectaculũ facti,
d in altero autẽ ſocij taliter cõuerſantiũ effecti.
e Nã ⁊ vinctis cõpaſſi eſtis,
f ⁊ rapinam bonoꝝ veſtroꝝ cũ gaudio ſuſcepiſtis,
g cognoſcentes vos habere meliorem ⁊ manentẽ ſubſtantiã
h Nolite itaq; amittere cõfidẽtiã veſtrã que magnã habet remunerationem,
i patientia eñ vobis neceſſaria eſt,
a vt voluntatẽ dei

faciētes reportetis promiſſionem.

perſeueranter implentes, recipiatis hereditatem vitæ æternæ, repromiſſam perſeuerantibus. Non erit diu tempus patiendi.

b Adhuc ei modicū aliquātulūq; qui venturus eſt veniet / & nō tardabit.

b Adhuc enim modicum & aliquantulum reſtat temporis, quando veniet manifeſte qui venturus expectatur & non longe eſt aduertus eius.

c Juſtus aūt meus ex fide viuit:

c Interim autem iuſtus per fidem vitam habet ſpiritus, & donec in illa manet, vita gratiæ nunc viuit, poſt ad vitam deducendus ſempiternam.

d Quod ſi ſubtraxerit ſe nō placebit anime mee.

d Quod ſi à fide receſſerit aut apoſtatauerit, non amplius placebit volūtati meæ, neq; mihi vltra erit bene placitum in eo.

e Nos aūt non ſim⁹ ſubtractionis filij in perditionem/

e Nos autem chariſſimi qui ſemel Chriſti fidē prōpte ſuſcepimus, nō efficiamur filii infideles, ſubtrahētes nos à Chriſto, cui ſemel noſipſos dedim⁹, quod nobis foret in damnationē:

f ſed fidei in acquiſitionem anime.

f ſed ſimus fideles filii, in fide recta perſeuerātes, vt ſic lucremur & ſaluas faciamus animas noſtras.

TEXTUS. CA Undecimum.

ELVCIDATIO CAPITIS Vndecimi.

a Eſt aūt fides/ ſperādarū ſubſtantia rerum.

a QVoniam autem fidei tanta tribuimus, volumus de eius virtute plura quædam latius pertractare, habetur autem fides de rebus futuris quæ ſperantur, illiſque ſubſtat, ea velut ꝓ obiectis habēs.

b argumētū non apparentium.

b & ipſa eſt quaſi medium per quod illis aſſentimur, quę per ſe veritatis nullam habent euidentiam.

c In hac enī teſtimonium cōſecuti ſunt ſenes.

c Per hanc vero laudabile teſtimonium cōſequuti ſunt patres noſtri, & dignam ſui reliquerunt memoriam.

d Fide intelligimus

d Per fidem illi aſſentimur quod ſenſus non capit, & ratio minime perſuadet:

e aptata eſſe ſecula verbo dei/

e Nempe per verbum dei vniuerſum mundum creatum, atq; ad perfectionem perductum eſſe:

f vt ex inuiſibilibus inuiſibilia fierent.

f ita vt ex nihilo, cum nuſquam adhuc quicquam videri poſſet creatum, fierēt cuncta, hæc quæ nunc ſūt oculis ſubiecta, atq; ex incorporeis quæ in mente

mente artificis Dei erant idæis, corporea iſta procederent. g Fecit in Abel primo iuſto, fidei deuotio, vt ampliorem atq; potiorem de optimis ſuis offerret præ Cayn fratre ſuo oblationem: h ex qua etiam teſtimonium à Deo (qui falſus teſtis eſſe non poteſt) accepit, quod iuſtus eſſet in eo quod dominus p ignis abſumptionem, qui ſacrificium Abel conſumpſit, demonſtrauit ſibi grata eſſe munera eius: cum econtrario ad Cayn munera nõ reſpiceret. a Atq; per hãc fidem dum innocenter propter deuotionem ſacrificii ſui fuit occiſus, etiam poſt mortem clamare perhibetur in ſcriptura ſanguis eius. Clamare, inquam, & loqui, ſiue ad Deum pro vindicta, ſiue ad poſteros in exẽplũ, vt ſciant, ab initio ĩnocẽtes à malis perſecutionẽ ſuſtinuiſſe, atq; ita in ſuis aduerſitatibus conſolẽtur. b Per fidem Enoch transferri meruit. vt mortem ſuo tempore iuxta conſuetum hominum terminum non guſtaret, ſeruatus in vita: c & poſt raptum non eſt inuentus, ne ſecundum corpus quidem, quoniam hinc viuum illum tranſtulerat dominus. Illud autẽ ex fide huic obtigiſſe patet: d quoniam ante tranſlationem ſcriptura teſtificatur ipſum cum deo ambulaſſe, Deoque placuiſſe. Atqui, ſine fide impoſſibile eſt Deo placere. e Vnde conſtat illum fidem habuiſſe, per quam deo placens factus fuit. Dico autem ſine fide neminẽ deo poſſe placere, f quoniam neceſſe eſt omni qui vult accedere ad gratam Dei ſeruitutẽ, vt primum credat de Deo, quod vnus ſit verus Deus qui reſpectum habeat humanorũ actuum. g Deinde quod iuxta opera iis qui ſibi placere ſtudent redditurus ſit optimæ mercedis retributionem in tempore ſuo iuxta ſecretum conſilium ſapientiæ & prouidentiæ ſuæ, curam gerens ſeruorum ſuorum. h Per fidem, Noe admonitus de iis quorũ

g Fide plurimã hoſtiam Abel quã Cayn obtulit deo/

h p quã teſtimoniũ cõſecut⁹ eſt eſſe iuſt⁹ teſtimoniũ perhibẽte muneribus ei⁹ deo

a ⁊ p illam defunct⁹ adhuc loquitur.

b Fide Enoch trãſlat⁹ eſt ne videret mortem/

c ⁊ nõ inueniebatur q: trãſtulit illũ dñs.

d Ante tranſlationẽ enim teſtimoniũ habuit placuiſſe deo:

e Sine fide autẽ impoſſibile eſt placere deo.

f Credere enĩ oportet accedentem ad deum quia eſt/

g ⁊ inquirentibus ſe remunerator ſit.

h Fide/ Noe reſpõſo

ſo accepto de ijs q̃ adhuc nō videbant metuens/
i aptauit arcā in ſalutem domus ſue.

a p̄ quam damnauit mundum/

b ⁊ iuſtitie/ que p̄ fidem eſt/ heres eſt inſtitutus.

c Fide/ qui vocatur abrahā/ obediuit in locū exire/

d quem accepturus erat in hereditatē/
e ⁊ exijt neſciēs quo iret.

f Fide demōſtrat⁹ ē in terra promiſſiōis tāquam in aliena.

g in caſulis habitā do.
h cū Iſaac ⁊ Iacob coheredibus repromiſſionem eiuſdem.
i Expectabat eī fūdamētum habentē ciuitatem/
a cuius artifex ⁊ cō ditor deus.
b Fide/ ⁊ ipſa Sara

quorum adhuc nec inſcia nec indicia videbātur quæ poſt multa annorum ſpacia erant futura, credans verbo domini, metuenſque venturum diluuii periculum, i apte compoſuit, iuxta præſcriptam formam à Domino arcam illam per quam ſaluaretur dom⁹ eius, a per quam fidem ipſe mūdi condēnauit per fidam infidelitatem, dum illis nolētibus credere atq; proinde diluuio perditis ſolus ipſe credidit, atque ſuperſtes permanſit. b & per eandem fidem, hæreditariam etiam accepit promiſſionē iuſtitiæ fidei, quæ per Chriſtum erat ventura. Cum enim omne tunc ſemen alienum periiſſet, certificatus eſt de ſuo ſemine naſci debere Chriſtum, qui in ſuo aduentu mundum per fidem erat iuſtificaturus. c Fide, is quem dominus aucto nomine abraham vocauit, vocatus àdeo ad egrediendum de domo patris ſui, obediētem ſe pręſtitit voci Dei, exiens de cognatione ſua in locum peregrinum, d quēin hæreditatem erat recepturus, ipſe in promiſſionem, & ſemen eius in poſſeſſionem, e et quod magis mirandum eſt, cum exiret terrā ſuam, neſciebat prorſus quo eum Dominus erat perducturus. f Propter fidem inhabitauit multo tempore in terra ſibi, ſuoque ſemini repromiſſa, tanquam peregrinus & aduena in terra aliena. Cum illic, neque paſſū pedis in propriam poſſeſſionem haberet. g Morabatur, inquam, in mobilibus tabernaculis atque tentoriis: h quemadmodum & Iſaac poſtmodum & Iacob, ad quos eadē hæreditatis huius repromiſſio facta fuit. i Spe enim firma cœleſtium bonorum, expectabat ciuitatem illam ſupernam, in fundamentis perpetuo conſtabilitam, (id eſt, manſionem immobilem & ſempiternam) a quam ciuitatem condidit, viuis ex lapidib⁹, ſapientiſſimus artifex Deus. b Per fidem idem

idem ipſe Abraham promeruit, vt acciperet Sara (quæ ante ſterilis fuerat) virtutem ad concepti ſeminis retentionem, atq; ita ad fœtus in vtero generationem, etiã cũ iã eſſet vetula, & tempus ætatis minime aptum conceptioni: c quoniam fidelem credidit eſſe deũ qui hoc repromiſerat, daturum videlicet ſe illi filium etiam in tanta ętæte, d propter quam fidei magnitudinem, diuino operante miraculo, ab vno Abraham, & ipſo quidem iam præ vetuſtate viribus (ſecundũ naturæ curſum) ad generandum pene defecto, e orti ſunt filii plurimi & innumerabiles velut ſtellæ cœli, aut arenæ granula quæ ſũt in littore maris. f In hac fide mortui ſunt patriarchę iſti, cum nihil tamen in poſſeſſionẽ fuiſſent adhuc conſecuti, ex omnibus quę eis Deus promiſerat: g ſed tantum per fidem credentes, velut longe poſt implenda, aſpiciebant & reuerebantur ventura Dei bona, pro eis tanquam pro præſentibus Deo gratias agentes, aſſerentes ſuper terram ſe non niſi peregrinos & aduenas exiſtere, ad aliã meliorem patriam tendentes. i Dum enim ſe peregrinos fatentur ſuper terram & aduenas, ipſo ſermone patenter indicant, ſe ad aliam (hoc eſt, futuram cœleſtem patriam ſuam) tendere. a Neq; vero putandum eſt ad hoc illos reſpexiſſe, cum hæc dicerent q̃d à ſuorum parentum patria fuiſſent egreſſi. Nam ſi illud exilium, aut peregrinationem talem deploraſſent, b potuiſſent ſane nullo negocio in ſuam terram facilime reuerti vnde venerant. c Sed non iſtud erat, quod peregrinos ſe profitebantur, ſed ad meliorẽ terram reſpiciebant, nempe cœleſtem, ad quã ſe feſtinare indicabant. Et quia tanta erga deum fidei eorum deuotio fuit, dum in hoc mundo viuerent: d Iccirco nos eos apud poſteros tali dignatur honore vt ſe voluerit nomi-

ſterilis virtutẽ incõceptione ſeminis accepit. etiam p̃ter tempus etatis:

c q̃m fidelẽ credidit eſſe eum qui repromiſerat.

d Propter quod ⁊ ab vno emortui ſũt (⁊ hoc emortuo)

e tãq̃ ſydera celi in multitudinẽ ⁊ ſicut arena que eſt ad oram maris innumerabilis. f iuxta fidẽ defuncti ſũt oẽs iſti non acceptis repromiſſionibus/

g ſed a lõge eas aſpicientes ⁊ ſalutantes

h ⁊ cõfitẽtes q2 peregrini ⁊ hoſpites ſũt ſup terram.

i Qui eñi hec dicũt/ ſignificãt ſe patriã inquirere.

a Et ſi quidẽ ipſius meminiſſent de qua exierunt/

b habebãt vtiq; tempus reuertendi/

c Nũc aũt meliorem appetũt. i. celeſtem/

d Ideo nõ confũdit deus vocari deus eorum.

nominari Deum eorum (quemadmodum in ſcripturis frequentiſſime legimus,) Deum Abraham, Iſaac, & Iacob. e Ipſe enim cœleſtem parauit eis, & immobilem manſionē in qua cum eo inhabitent, imperpetuum. f Fides erat, quæ Abraham cum à Deo tentaretur, pro vnigeniti immolatione, prōptū fecit animo & voluntate, ad offerendum (iuxta preceptum domini. filiū ſuum vnigenitum Iſaac. g Illum, inquam, filium in quo ei fuerat à Domino ꝓmiſſa ſeminis ſui multiplicatio, & omnium promiſſorum impletio, h de quo dixerat dn̄s: Semē quod ex Iſaac procedet, illud reputabis tuum, in quo omnia mea promiſſa ſuo tempore ſum impleturus. i Nihil tamen hæſitauit, ſciens quod etiā à mortuis potens eſſet eum excitare, ſi ſic fuiſſet ſibi placitum. a Propter quod, Iſaac filium ſuum recepit Abraham (quem ſe prodidiſſe ratus fuerat) in ſimilitudinem & figuram Chriſti. Nam oblatio illa Iſaac filii Abrahæ, figura erat immolationis Chriſti filii patris Dei. b Per fidē, Iſaac ipſe poſtmodū vir factus & ſenex benedicēdo & imprecando filiis ſuis Iacob & Eſau bona, de futuris prædixit, quæ nondum videbat, credens quoniam eſſent implenda, quæ ei dominus reuelauerat. c Conſimili fide, Iacob cum morti appropinquaret, vtrunꝗ filium Ioſeph (maiorem ſcilicet at que minorem) tanquam filios ſui fœmoris, benedixit d & adorauit ad faſtigium ſceptri eius: intelligens venturum Chriſti in hoc mundo pauperis regnum, quod Ioſeph venditi & incarcerati, illud ſceptrum prætendebat. e Per fidem, credens Ioſeph implenda eſſe, quę illi à Deo fuerant reuelata cum moreretur, filiis Iſrael congregatis, de exitu ipſorū poſt annos multos prædixit, f & vt oſſa eius tunc ſecum deferrent pręcepit, dicens: Viſitabit vos

e Parauit enī illis ciuitatem.

f Fide obtulit abrahā Iſaac, cū tentaretur, & vnigenitū offerebat,

g in quo ſuſceperat repromiſſiones,

h ad quē dictuꝫ eſt: In Iſaac vocabitur tibi ſemen.

i arbitrans quia & a mortuis ſuſcitare potens eſt deus:

a vnde eum & in parabolaꝫ accepit,

b Fide, & de futuris benedixit Iſaac, Iacob & Eſau.

c Fide, Iacob moriens, ſingulos filioꝝ Ioſeph benedixit,

d & adorauit faſtigiū virge eius.

e Fide Ioſeph moriens de ꝓfectione filioꝝ Iſrael memoratus eſt.

f & de oſſibus mandauit.

bit vos dominus,deferte oſſa mea vobiſcum.

g Per fidem,parentes Moyſi,ipſum natum puerum occultauerunt menſibus tribus,donec diutius celare ſe poſſe deſperarent: h eo quod vidiſſent infantem aptum & idoneum ad ſalutem populi,à domino preparatũ, Deo ſic illis in cor immittente: h & non timuerunt regis imperium,donec celare ſe poſſe ſperarent, quem poſtmodum vbi res latere vltra non potuit diuinæ prouidentię in ciſtula incluſum,& aquis expoſitum, commiſerunt,& id quidem ruſum per fidem. i Ob fidem ſimiliter vnius veri Dei (qui inhabitabat in populo Iſrael) Moyſes poſtquam adoleuiſſet , propter zelum quem erga Deũ & populum Dei habebat Aegyptium trucidans Hebræum opprimentem, a renuit eſſe et haberi filius filiæ Pharaonis. b Ipſo nimirum hoc facto magis eligens cum populo Dei humiliter viuere , & in afflictionibus q̃ voluptatibus ſæcularibus in peccatis frui, quod in aula Pharaonis vtique potuiſſet: c maiores diuitias reputans, pro Dei honore & zelo improperia & miſeriam ſuſtinere,quàm omnes theſauros Aegypti poſſidere. d Aſpiciebat enim in venturam æternitatis retributionem,cuius reſpectus præſentia illum fecit fortiter contemnere. e Fide poſtmodum dux fact⁹ populi Iſrael,poſt cæſa primogenita,Aegypto egreſſus eſt cum omni turba filiorum Iſrael, f nihil veritus regis pertinacem iracundiam,quã toties fuerat expertus: ne videlicet poſtmodũ egreſſos ipſe (vt fecit) perſequeretur. Nihil,inq̃, metuit regis illam pertinaciam, g quoniã Deum inuiſibilem protectorem,vſqueadeo certa fide et ſpe expectauit, acſi viſibiliter eũ preſentem conſpexiſſet,nihil dubitans de ei⁹ protectione adfutura. h Per fidem,ipſe ex Dei mandato,ſecundum ritus præſcriptos et

g Fide, Moyſes natus, occultatus eſt menſibus tribus a parentibus ſuis,
h eo q̄ vidiſſent elegantem infantem,
h et non timuerunt regis edictum.
i Fide, Moyſes grandis factus,
a negauit ſe eſſe filium filie Pharaonis:
b magis eligens affligi cũ populo Dei q̃ temporalis peccati habere iucunditatem,
c maiores diuitias eſtimans theſauro Egyptiorum, improperium Chriſti.
d Aſpiciebat enim in remunerationem,
e Fide, reliquit Egyptum,
f non veritus animoſitatem regis:
g inuiſibilem enim tã quam videns ſuſtinuit:
h Fide, celebrauit paſcha,

i & ſanguinis effuſionem,

a ne q̃ vaſtabat primitiua, tangeret eos.

b Fide tranſierunt mare rubrum, tanquam per aridã terram,

c quod experti Egyptij deuorati ſunt.

d Fide, muri Hiericho corruerunt circuitu dierum ſeptẽ.

e Fide, Raab meretrix non periit cũ incredulis, excipiens exploratores cum pace.

f Et quid adhuc dicam?

g Deficiet enim me tempus enarrantem

de Gedeon, Baruch, Sampſon, Jephthe, Dauid, Samuel, et prophetis:

h qui per fidem vicerunt regna,

i operati ſunt iuſtitiam,

a adepti ſunt repromiſſiones,

traditos à Deo, immolationem agni Paſchalis celebrauit cum populo, i & ſanguinem effuſum agni ſuperliniuit in ſuperliminaribus domus, a ne angelus domini tranſiẽs per Aegyptum occidendo omnia primogenita, eis noceret. Erat enim ſãguis ille in ſuperliminarib⁹, in teſtimonium ſecuritatis: quod vbicunque inuenit angelus percutiens, non illic quenquam percuſſit. b Fide factũ eſt, vt mare diuideretur, aquis ex vtraque parte pro muro ſtantibus, quo diuiſo tranſierũt filii Iſrael ſine nocumento, quaſi per ſiccam terram: c quod ipſum cum tentare vellẽt Aegyptii, redeuntibus aquis omnes operti ſunt, & demerſi in profundo maris. d Fides erat, quæ muros Hierico illos fortiſſimos fecit ſine humana manu concidere, poſtquam diebus ſeptem cum tubis & clamore circuiſſent ſacerdotes domini. e Fides ſaluam fecit Raab meretricem, cæteris infidelibus pereuntib⁹ gladio, eo quod excepiſſet exploratores populi Iſrael a Ioſue miſſos pacifice, & credens verbis domini in pace eos dimiſit, nec prodidit etiam quærentibus. f Quorſũ aũt attinet fidei virtutem in ſingulis commemorare? g Nam ſi id tentare voluero per ſingula fidei exempla, prolixum foret nimis, & epiſtolæ modum excederet oratio: vtpote ſi ſigillatim enarrare vellem, quæ per fidẽ geſſerunt iudices Iſrael, Gedeon, Baruch, Sampſon, Iephthe, Rex Dauid, Samuel Propheta & Iudex populi, cæterique ſancti & prophetę. h Qui omnes per fidem reges, duces, & regna, in virtute domini deuicerunt. i operati ſunt iuſtitiam, liberando oppreſſum populum domini, de manibus inimicorum ſuorum. a & per eandem conſequuti ſunt varias & peculiares a Deo promiſſiones: quemadmodũ Phinees, ſacerdotii ſempiterni. Dauid regni nunquam auferendi. Ezechias de

infirmita-

infirmitate conualeſcendi, atque ita in aliis.

b Per fidem, leonibus clauſa ſunt ora vt nihil ſanctis nocerent: quemadmodum Danieli in medio leonum datum eſt, vt a nullo contingeretur. c Virtus ignium diuina virtute compreſſa eſt atque cohibita, ita vt comburendi nullam haberet poteſtatem, quod tribus pueris in camino ignis datum refert hyſtoria. d Euaſerunt diuina protectione periculum gladii, quod humana ſubinde via non erat ſperandum: quomodo & Dauid gladium Saulis, & Machabæi frequenter gẽtilium gladios diuina virtute ſola euaſerũt. e Conualuerunt miraculo nonnulli de infirmitate mortali, vt Ezechias. f In bello diuinitus confortati ſunt, cuiuſmodi erant Machabæi, g qui etiam alienigenarum gentium caſtra & exercitus (diuino auxilio innixi, & fide magis quam armis pugnantes) debellauerunt, vſque ad exterminium. h Fuerunt etiam qui per fidem mortuos filios reſuſcitatos, ſuis matribꝰ reddiderunt, quod de Helia legimus atque Helizeo. i Fuerunt autem qui propter fidem & cultũ verum vnius Dei, eiuſque cæremonias & legitima, eo quod nollent ritibus inquinari Gentilium, extenti ſunt velut pelles in tympano, & verberibus continuis vſque dum deficerent pulſati, a non ſuſcipientes liberationem: quam habere potuiſſent, ſi voluiſſent in illicita conſentire: b eo quod reſurrectionem ſperabant ad vitam immortalẽ, pro temporalibus afflictionibꝰ accipere, quę longe melior eſt atque optabilior, quam breuis vitæ temporalis redemptio. c Alii vero opprobriis irriſionibuſque variis, inſuper & verberibus affecti ſunt, vincula quoque & carceres horridiſſimos perpeſſi.

d Fuerunt nonnulli lapidibus obruti, vt Zacharias Propheta. Nonnulli ſecti per

b Obturauerunt oꝛa leonum,
c extinxerunt impetum ignis,
d effugerunt aciem gladij,
e conualuerunt de infirmitate,
f foꝛtes facti ſunt in bello,
g caſtra verterunt exteroꝛum,
h acceperunt mulieres de reſurrectione moꝛtuos ſuos,
i Alij autem diſtenti ſunt,
a non ſuſcipientes redemptionem,
b vt melioꝛẽ inuenirent reſurrectionẽ.
c Alij vero ludibꝛia ⁊ verbera experti, inſuper ⁊ vincula et carceres,
d lapidati ſunt,
ſecti ſunt,

tentati ſunt/
in occiſione gladij
mortui ſunt/
e Circuierunt in
melotis/ in pellibus
caprinis / egentes/
anguſtiati / afflicti/
f quibus dignus nō
erat mundus:

g in ſolitudinibus
errantes/
h in montib⁹ ⁊ ſpe-
luncis ⁊ in cauernis
terre/

i Et hi omnes teſti-
monio fidei probati
non acceperunt re-
promiſſionem.

a Deo pro nobis me-
lius aliquid proui-
dente/

b vt non ſine nobis
conſummarentur.

TEXTUS. CA.
Duodecimum.

a Ideo ⁊ nos tantā
habentes impoſitaʒ
nubem teſtium/

b deponentes omne
pond⁹ ⁊ circunſtās
nos peccatum/

c per patientiaʒ cur
ramus ad propoſi-
tum nobis certamē/

d aſpicientes in au
thorem fidei/ ⁊ con-

per medium, vt Eſaias. Tentati ſunt atq; ve-
xati exquiſitis modis. Complures gladio oc-
ciſi ſunt. e Circuierunt, incertis vagantes
ſedibus & profugi, in ouillis pellibus, atque
etiam caprinis, in magna egeſtate, anguſtia,
& afflictione conſtituti, f tales viri quali-
bus mundus non erat dignus, quibus cœlum
magis congruebat, quam terrena habitatio,
g Errabant in deſertis locis, profugi à facie
perſequentium eos propter iuſtitiam: h In
montibus quoque, ad quos confugiebant, &
in ſpeluncis atque cauernis terræ, intra quas
deliteſcebant, ad effugiendum rabiē grauiſſi-
mæ perſequutionis. i Et hi omnes, licet
per fidem laudabile teſtimonium conſequu-
ti & probati inuenti, nō ſūt tamē conſequu-
ti (donec adueniret Chriſtus) æternæ vitæ
promiſſam poſſeſſionem. a Deo per hoc
ſecundum ſuam prouidentiā melius aliquid
pro nobis, hoc eſt, pro nouæ legis fidelib⁹ ho-
minibus proſpiciente atque intendente: b
ne videlicet ſine patribus temporis gratiæ,
priores illi patres legis, ad perfectam æternę
vitæ coronam perducerentur.

ELVCIDATIO CA. XII.

a Cum itaque tam copioſam habe-
amus fidei noſtrę teſtium multitu-
dinem, nobis in exemplū velut im-
poſitam, vt quos imitari debeamus, qui no-
bis merito ad fidem & patientiam ſufficiant
illuminandis, & animandis, b æquum eſt
vt abiecto omni concupiſcentiarum malarū
pondere, omnique peccato quod vndequaq;
nobis, quaſi de proximo imminet ſemel abdi-
cato, c curramus deinde viriliter & forti-
ter agentes, ad certamē fidei quod nobis pro
nomine Chriſti modo proponitur, per pati-
entiam à ſemel ſuſcepta fide nunquam diſce-
dentes. d mentis oculos fixos tenentes in
Ieſum Chriſtum, qui eſt noſtræ fidei author
et conſum-

& conſummator:id eſt,principium & finis, dator & remunerator,qui dat velle & perficere. e Qui Chriſtus quum potuiſſet vtique gaudio ſolo frui,nec neceſſe haberet vllā perpeti miſeriam, voluntarie tamen magis elegit crucem ſuſtinere in exemplum nobis, f neque propter tantam confuſionem talis ſupplicii,mortem omittens ſuſcipere: g atque ob hoc nunc, propter inſignem illam obedientiam,patri aſſidet ad dexteram,eidem in gloria & maieſtate æqualis. h Omnino enim hoc vos hortor ac moneo, vt huius exemplum frequenter reuoluatis in cogitationibus,& in memoriam reuocetis eū qui talē ſuſtinuit, tamque inſignem perſequutionē, aduerſus ſemetipſum,à peccatoribus Scribis & Phariſęis:idque non pro ſe,ſed pro nobis. i Ad hoc,inquam,recogitate, vt eius exemplo animati,non defatigemini in certaminibus perſequutionū,quas pro eo ſuſtinetis animo deficientes. Nondū enim tanta pro eo paſſi eſtis,quanta pro vobis ipſe paſſus eſt.Ille enim ſanguinem effudit pro nobis. a Veſtra autem lucta & pugna contra infidelitatem,nondum ad ſanguinem vſque peruenit neque mortis tormenta adhuc pro eo ſubiiſtis, ſed tantum exteriorum bonorum rapinam,& ſimilia. b Et quomodo fieri poſſet, vt tam facile tamque leui cauſa obliuiſceremini illius paternæ conſolationis atque exhortationis, c qua in ſcripturis paterna voce admonētur filii, qui in tribulationib⁹ probantur,hoc modo: d Fili mi(inquit Sapiens)accepta libenter diſciplinam domini,cū patientia & gratiarum actione,neque deficias animo ad impatientiā aut murmurationem,dū ab eo per aduerſitates corripieris. Non enim quia te odit,ideo hoc facit. e Caſtigat enim & aduerſitatib⁹ exercet, quos diligit ex vero amore. f Imo vero flagellis grauio-

ſummatorē Jeſum / e qui propoſito ſibi gaudio / ſuſtinuit crucem: f confuſione contēpta / g atque in dextera ſedis Dei ſedet. h Recogitate enim eum qui talem ſuſtinuit a peccatoribus aduerſ⁹ ſemetipſū contradictionē / i vt non fatigemini / animis veſtris deficientes. a Nondum enī vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis / aduerſus peccatū repugnantes / b & obliti eſtis conſolationis / c que vobis tanq̄ filijs loquitur / dicens: d Fili mi / noli negligere diſciplinā domini / neq; fatigeris dum ab eo argueris e Quem enī diligit dominus / caſtigat: f flagellat enī omnē

filium quez recipit.
g In diſciplina perſeuerate.

h Tanquã filijs vobis offert ſe Deus:

i Quis eſt fili⁹, quẽ non corripit pater?
a Quod ſi extra diſciplinã eſtis, cuius participes facti ſũt omnes: ergo adulteri & non filij eſtis.
b Deinde, patres quidem carnis noſtre eruditores habuim⁹
c et reuerebamur eos.

d Num multo magis obtemperabim⁹ patri ſpirituum & viuemus?

e Et illi quidem in tempore paucorum dierum,
f ſecundũ voluntatẽ ſuã erudiebant nos:
g Hic autem ad id quod vtile eſt, in recipiendo ſanctificationem eius.
h Omnis aũt diſciplina in preſẽti quidem videtur nõ eſſe gaudij, ſed meroris
i poſtea autem fructum pacatiſſimum exercitatis per eam reddit iuſtitie.

grauioribus exercet, quos ſibi in peculiares filios ſuſcipit. g Perſeuerate itaq; cũ patiẽtia in correptionibus Domini, quib⁹ vos ex amore ad veſtrum profectũ exerceri permittit. h Videtis hoc ex loco, quomodo vobis filiis Deus ſe patrẽ exhibet, quos ſeueritatis ſuæ diſciplina caſtigat. Nam etiã inter homines, non eſt pater verus, nec patris officiũ recte agit, qui non filium ſuũ (cũ expedire nouerit) verbo, atque etiã verberibus erudit. i Alioqui ſi filiũ non corripit, pater vere nõ eſt, ſed perditor. a Itaque vos ſi abſque patris veſtri Dei diſciplina eſſetis, quam omnes verè filios diximus experiri, adulterini certè & nothi eſſetis, de quibus nõ ſit ipſi cura, nõ veri filii & dilecti. a Præterea, carnales patres noſtros pro tempore adoleſcentiæ noſtræ habuimus eruditores, & caſtigatores morũ noſtrorum, c & non remurmurabam⁹ eis, etiam caſtigantibus nos & verberantibus, neque inobedientes eramus illis, imo multo eos afficiebamus honore & reuerentia. d Multo ergo magis decens eſt, vt obtemperemus ſpirituum patri Deo, quo ſic per eius eruditionem ad vitam æternam introducamur. Multo enim magis hoc quam illud eſt rationi conſentaneum. e Illi enim ad modicum tempus, donec adoleſceremus erudiebant nos, f ad ea potius quæ volũtati ſuæ erant placita, quam noſtræ ſaluti vtilia. g Deus autem, nunquam niſi ad id quod nobis vere eſt vtiliſſimum. Nempe ad hoc, vt apti ſimus ad ſuſcipiendum ſanctificationem ei⁹, a qua nos proſpera ſubinde auertunt. h Sane quidem omnis diſciplinaris per aduerſa correptio, ipſo quidem tempore donec infligitur, triſtitiam infert non gaudium quãtum ad ſenſum attinet. i At ſi in ea patienter quis manſerit, fructum poſtea beatiſſimum veræ pacis proferet, atque iuſtitiæ: iis, qui

qui per eam fuerint exercitati. a Propter quod fratres mei, hortor vos manus veſtras à bene operando per inertiam non remittere ſed magis confortare, itemq; nõ genibus diſſolui hoc eſt, non deficere per impatientiam, nec corruere ſub pondere tribulationum: ſed potius ſi forte cœperint diſſolui, per faſtidium, vt erigantur, ad reſumendum aduerſa ſuſtinendi fortitudinem. b Et ſemitas rectas (non declinando, neq; ad dexterã neque ad ſiniſtram) velim pedes veſtros percurrere, c vt prorſus nemo ex vobis à recto tramite deflectens errando pereat. d Quin potius volo, vt ſi quis errare cœperit, reſumpto ſpiritu ac viribus, ad priſtinam rectę ſanæq; fidei curet redire ſanitatem. e Studete (quantum eſt in vobis) pacem habere cũ omnibus hominibus, & puritatis ſanctã mũdiciam, ſine qua Deum nemo poteſt, neq; modo per fidem, neque in futuro per ſpeciem videre, qui à ſolis corde mundis conſpicitur.

f Hæc (inquam) agite, non tantum pro ſe quiſque, verumetiam diligenter inuicem attendentes & conſiderantes, ſi forte aliquis omnino ex vobis, in hoc curſu deficiat, deſtituaturque gratia Dei, ad ſuam infidelitatem rediens: Ne ſic communem Eccleſiæ veſtræ curſũ & bonũ profectũ cõmunitatis veſtræ contingat per aliquem impediri. g Ne qua alicubi radix amaritudinem infidelitatis ſuę ſurſum germinans, in alios quoque eam tranſfundat, h atque ita per illius forſitan vnius maliciam inficiantur plurimi, quẽ admodum modicum fermenti vniuerſam maſſam ſua corruptione inficit. i Conſiderantes, ne forte ſit in vobis fornicator vllus aut prophanus, propter temporalem fœlicitatem à Chriſto ſponſo & ſanctiſſimis eius pollicitationibus diſcedens, quorum figuram tenet Eſau, qui primogenituræ dignitatem,

a Propter quod remiſſas manꝰ, ꝛ ſoluta genua erigite.

b ꝛ greſſus rectoſ facite pedibꝰ veſtris.

c vt non claudicans quis erret,

d magis aũt ſanetur

e Pacem ſequimini cũ oĩbus, ꝛ ſanctimoniam ſine qua nemo videbit Deum,

f cõtẽplantes ne qs deſit gratie dei,

g ne qua radix amaritudinis ſurſũ germinans impediat,

h ꝛ per illã inquinẽtur multi.

i Ne quis fornicator aut prophanus,

vt eſau qui propter

vnam eſcā vendidit primitiua ſua:

a Scitote em̄ qm̄ & poſtea cupiens heredıtare bn̄dictionē

b reprobatus eſt/

c Non enim inuenit penitentie locū/ quā q̄ cum lachrimis inquiſiſſet eam.

d Non em̄ acceſſiſtis ad tractabilem & acceſſibilē ignē/ & turbinem & caliginem & procellam & tube ſonum & vocem verborum/

e quā qui audierūt excuſauerunt ſe/ ne eis fieret verbum.

f Non em̄ portabāt quod dicebatur.

g & ſi beſtia tetigerit montē lapidabitur

h Et ita terribile erat quod videbatur

i Moyſes dixit ex=

tem, vnius eſcæ breui delectatione vendidit rem multo digniſſimam & priuilegium à deo donatum ſingulare, tam vili ac tam temporario precio indigne commutans. a Illud enim conſiderandum quod habet ſcriptura Geneſis, quoniam poſtmodū requirens accipere à patre benedictionē, quaſi ſibi debitā hæreditatem, deo ita diſponente, quoniam ſe indignum fecerat, b merito ab illa præcipua primogeniti benedictione fraudatus eſt. c Non enim potuit peruenire ad talē pœnitentiam quæ illi ſemel venditum ius reſtituiſſet, quanquàm etiam cum eiulatu valido requiſiſſet eam. Ita timendum eſt & vobis, ſi oblatam modo tam ſacroſanctam Dei gratiam, ob temporales proſperitates auerſati fueritis: ne ſimiliter ab æterna dignitate irrecuperabiliter repellamini, ad quam tamen (quantum ex patribus, cū ſitis filii abrahæ) quaſi primogeniti præcipuè ius benedictionis obtinuiſtis, niſi voſipſos Dei gratia, reddatis indignos. Longe autem alia eſt hęc noua nouæ legis gratia, quam modo accepiſtis, quàm illa prior vetus veteris legis latio. d Non enim modo acceſſiſtis ad ignem ac montem corporalem & palpabilem, ad quē poſſit corporali acceſſu appropinquari, & ad caliginoſum turbinem, atq; procellā ventorum, & ſonitum tubarum, quę omnia erant in veteri legiſlatione, & ad vocem terrificam verbis horribilibus reſonantem in terrorem populi audientis, e ita vt audientes præ timore refugerent auditum eius, dicentes Moyſi: Loquere tu nobis, & nō loquatur nobis Dominus, ne forte pereamus. f Non enim poterāt ferre terrificum ſonitum verborum Domini: g & ad terrorem, ex præcepto domini, etiā beſtia ſi tetigiſſet montem, lapidibus erat obruenda: h & ita erāt illi omnia terribilia, quæ videbātur, i adeo vt ipſe

vt ipſe quoq; Moyſes in timore & tremore ſe geſſerit coram Domino, exterritum cõtur batum & tremebundum ſe in tanta tam ter ribilium rerum nouitate demonſtrans. a Vos autem nouæ legis ſuſceptores, per fidẽ acceſſiſtis ad montem ſanctum Sion, qui eſt Chriſtus dominus, b & ad ſanctam ciuita tem ſupernam Dei viui, Hieruſalem cœleſtẽ, cuius eſtis ciues inſcripti, c & ad exercitus angelorum qui ſunt innumerabiles, quibus iam coiuncti eſtis, vt conſerui mereamini di ci illorũ, d & ad eccleſiam ſanctam à fidei primoribus ſanctis Apoſtolis fundatam, & ex cæteris ad fidei gratiam electis conſtitu tam, qui ſuſceperunt intra ſe ſpiritus primi tias, quorum nomina ſcripta ſũt in cœlis, ad quos ſunt ab initio prædeſtinati e & ad deũ iudicem omnium, cui per fidem facti eſtis ꝓ pe qui eratis longe: f & ad ſpûs eorum qui in iuſtitia perfectam duxerunt vitam, cum quibus eandem expectatis gloriam: g & ad ipſum Dei filiũ Dominum Ieſum, per quẽ nouum teſtamentum accepimus: h atque ad ſãguinem eius, vt eo aſpergamini, eiuſq; efficiamini participes, i qui ſanguis mul to melius loquitur ad Deum, quàm ſanguis Abel, quoniam hic vindictam clamare legi tur, ille autem miſericordiam & propiciatio nem pro omnibus qui fuerint eo aſperſi.

a Videte fratres ne Deum loquentem vo bis per filium ſuum de cœlo miſſum repella tis, per infidelitatis inobedientiam. b Si enĩ in veteri lege non euaſerunt impuniti, qui inobedientes extiterunt Moyſi, ſuper terrã eis loquenti & præcipienti ex ore Domini, aut qui inobedientes extiterunt Deo aut an gelis ſup terrã corporalibus vocib⁹ & ſignis legem ferentibus: c multomagis non eua demus impuniti nos Chriſti fideles, ſi deũ pa trem qui nobis modo per filiũ ſuum de cœlis demiſſũ

territus ſum ⁊ tre mebundus/

a Sed acceſſiſtis ad Sion montem/

b ⁊ ciuitatẽ dei viuẽ tis Hieruſalem cele ſtem/

c ⁊ multorũ millium angelorũ frequentiã

d ⁊ eccleſiam primi tiuorum qui conſcri pti ſunt in celis/

e ⁊ iudicem omniũ deum/

f ⁊ ſpûs iuſtorum ꝑ fectorum/

g ⁊ teſtamenti noui mediatorem Jeſum/

h ⁊ ſanguinis aſper ſionem/

i melius loquentẽ quam Abel.

a Uidete ne recuſe tis loquentem.

b Si enĩ illi nõ effu gerũt recuſantes eũ qui ſuper terram lo quebatur/

c multomagis nos de celis loquentem nobis/ auertimus:

demiſſum, atq; ipſum etiã Chriſtum, qui nobis poſt aſcenſionem per miſſum cœlitus ſpiritum ſanctum ſuum eſt loquutus, auerſati fuerimus per infidelitatem noſtram. d Cuius Dei vox, tunc quidem cum legem ferret veterem ſemel commouit terram, & fecit eã tremere, conturbauitque eam. e Quantum vero ad hoc tempus venturum, promittit apud prophetam dicens: Veniet tempus quod à me ordinatum eſt, quando non ſolum terram ſed etiam cœlum ipſum commouebo. Quod ſine dubio impletum eſt, nouę legis tẽpore quando cæli aperti ſunt, & omnia tam cœleſtia quàm terreſtria in ſanguine Chriſti reſtaurata. f Quod autem dicitur adhuc ſemel: videtur aliud temp⁹ deſignare, quo trãſferenda erunt mobilia omnia, tanquam temporaria & ſuo tempore mutãda, g vt his ſublatis, ſuccedant quæ ſunt immobilia per manſura, & non ad vllam mutationem facta. Quemadmodum (verbi gratia) nouæ legis tempore, cuncta veteris legis temporalia ſacramenta, cęremonię, atq; iudicia, in perpetuo manſura nouæ gratiæ myſteria commutata ſunt: & ſuo tempore omnium generabilium & coruptibiliũ fiet abſumptio, vt ſola illa permaneant quæ ſũt in æternũ permãſura. h Nos itaq; iuxta quod offertur nobis, immutabile illud & æternũ regnum cũ oĩ gratiarum actione per fidẽ ſuſcipientes, contendamus Deo gratam ducere vitã, i vt illi ſimus grati, eiuſq; gratiã accipiamus amplio rẽ, per quã ita ſeruiamus, vt placere valeam⁹ Deo, cum filiali metu & reuerentia. a Sciẽtes quoniam Deus noſter cui ſeruimus, ipſe terribilis eſt, & velut ignis conſumens aduerſarios potens ad vltionem omnium qui modo non timent nomen eius.

d cuius vox mouit terram tunc, e nũc aũt repromittit dicens: Adhuc ſemel & ego mouebo nõ ſolum terram ſed & celum.

f Quod aũt adhuc ſemel dicit declarat mobiliũ trãſlationẽ tanquam factorum ꝫ vt maneant ea que ſunt immobilia.

h itaq; regnũ immobile ſuſcipientes,

i habem⁹ gratiam, p quam ſeruiam⁹ placentes deo cũ metu & reuerentia.

a & cũ deus noſter ignis conſumẽs eſt.

TEXTUS. CA. decimum tertium.

¶ ELVCIDATIO CAPI. Decimitertii.

a IN

a IN charitate fraterna perſeuera- te, b & hoſpitalitatis, ac miſeri-
I cordię cętera opera ne ĩtermittatis.
c Per hanc eñ veteris teſtamenti patres nõnulli Deo placuerunt, hoſpitio recipientes angelos, quos homines eſſe exiſtimabant, d memores eſtote, ad exhibendam miſericordiam, eorum qui pro chriſti nomine vincti ſunt, quaſi & ipſi cum eis pariter vincti eſſetis, e & eorum qui pro Chriſti nomine mala patiuntur, tanq̃ cui ſimul etiam in corpore adhuc miſero commoramini: ſcientes etiam vobis eadem poſſe obtingere, in quibus illi affliguntur. e Per omnia prorſus honorabile & ſanctum eſt coniugium legitimum: & thorus eorum qui vero ſunt adinuicem coniugio copulati eſt ſine macula peccati, vbi coniugali modo ſibiinuicem fuerint ſociati. g Fornicatores vero qui extra coniugium legitimum ſibiinuicẽ copulantur, & adulteros qui ſuis coniugib⁹ abiectis aliis commiſcentur, Deus ſupplicijs æternis condemnabit. h Vita veſtra, omnis auaritiæ ſit expers: & contenti eſtote iis quę dominus dederit, ſine ſuperflua accumulandi ſolicitudine. Nec eñ eſt quod ſuperfluiſcuris diſtringamur: i quoniam Deus ipſe eſt qui dixit ad Ioſue & ad ſingulos iuſtorum. Non, inquit, te deſeram neque aliquãdo derelinquam, ſed adero tibi ſẽper in oĩbus neceſſitatibus tuis bonus prouiſor: a Ita vt audacter nobis liceat dicere, quod ĩ Pſalmo loquitur Dauid: b Dominum ſi habuero adiutorem, non timeo quid poſſit mihi inferre aduerſi, quæcũq; virt⁹ inferior. c Præfectos vobis ad memoriam ſedulo reuocare, qui p̃dicauerunt vobis euangeliũ Chriſti: d quorum ego vos hortor imitari fidẽ, diligenter conſyderato exitu conuerſationis eorum, vt illorũ quam in finem vſq; tenuerũt perſeuerantiã imite-

a Charitas fraternitatis maneat i vobis
b ⁊ hoſpitalitatẽ nolite obliuiſci:
c Per hãc eñ placuerunt quidã angelis hoſpitio receptis.
d Memẽtote vinctorũ tanq̃ ſimul vincti/
e ⁊ laborãtium: tanq̃ ⁊ ipſi in corpore morantes.
f Honorabile cõnubiũ in oĩbus/ ⁊ thorus immaculatus.
g Fornicatores eñ ⁊ adulteros iudicabit Deus.
h Sint mores ſine auaritia/ contenti p̃ſentibus.
i Ipſe eñ dixit. Nõ te deſeram neq; derelinquam.
a Ita vt confidẽter dicamus.
b Dñs mihi adiutor non timebo quid faciat mihi homo.
c Memẽtote p̃poſitoꝝ veſtroꝝ, q̃ vobiſ loquuti ſũt verbũ dei
d quoꝝ intuẽtes exitum cõuerſationis/ imitamini fidem.

e Jeſus Chriſt⁹ heri & hodie / ipſe & in ſecula.
f Doctrinis variis & peregrinis nolite abduci.

g Optimũ eſt eim̃ gratia ſtabilire cor.

h nõ eſcis que nõ ꝓfuerunt ambulantibus in eis.
i habemus altare /

a de quo edere non habẽt poteſtatẽ qui tabernaculo deſeruiunt.
b Quorꝫ enĩ animaliũ infert ſanguis ꝓ pctõ in ſancta per põtificẽ horũ corpora cremãt extra caſtra
c Propter quod & ie ſus vt ſãctificaret ꝑ ſuum ſanguinem populum / extra portã paſſus eſt.
d Exeam⁹ igitur ad eum extra caſtra im properiũ eius portantes.

e Non eĩ habemus hic manẽtẽ ciuitatẽ ſed futurã inquirimus /
f Per ipſum ergo /

g offeramus hoſtiã laudis ſẽp deo id ẽ /

imitemini. e Ieſus Chriſtus ab initio erat, qui modo eſt, et erit quoq; in ſęcula. Ecce hoc eſt fundamentum ſyncerę omnis fideliſq; doctrinæ: f Doctrinis autem variis quæ pro diuerſitate authorum diuerſæ confinguntur non conſentientibus cum vnitate catholicæ fidei, & quæ à veritate ſunt extraneæ, nolite abduci à fidei ſemel ſuſceptæ rectitudine. g Multo enim præſtantius eſt & ſalubrius, vt cordis noſtri fiduciam confirmemus & conſtabiliamus in gratia dei, per quã veram iuſtificationem & redemptionem conſequuti ſumus, h quã in eſcarum legalibus obſeruãtiis, quæ non potuerunt ſuos obſeruatores iuſtos facere apud Deum. i Nos Chriſtiani altare habemus ſpirituale & verum (cuius vetus altare figura erat) Chriſtum dominum, a de quo manducandi ius non habent, id eſt, in quo partem non habent Leuitæ veteris tabernaculi miniſtri: ſed qui in Chriſtum credunt quilibet fideles. b Conſyderate aũt, ꝙ veteri obſeruatione, illorum animalium carnes extra caſtra cremabantur, quorũ ſanguis erat per pontificem inferendus in feſto expiationis intra ſancta ſanctorũ, pro peccatis populi. c Secundum quam figuram, ad eius impletionem, Chriſtus omniũ figurarum finis & veritas, vt per ſuum ſanguinem patri oblatum ſanctificaret populum ſuum à peccatis, extra portã pati voluit. d Quę res (ſi ad mores eam trahamus) hortatur nos poſt Chriſtum extra huius mũdi caſtra exire, ad ignominiam & paupertatẽ crucis volũtarie amplexandam. e Non eĩ hoc in mundo permanſurã manſionem quiſquã hominum habet, ſed ſtabilem manſionem in futuro ſæculo expectamus. f Per ipſum ergo Chriſtũ ꝑ quem nobis proceſſerunt oĩa gratię bona, de quibus hacten⁹ dixim⁹, g Deo patri laudem offeramus pro acceptiſſimis hoſtiis. videlicet

delicet fidei fructum bonum Deo confitendo
& gratias agendo per labia noſtra. h A be
nefaciendo vero indigentibus, & miſericor
diæ operibus miſeris communicando ne deſi
ſtatis. i Neq; enim vllis hoſtiis ita deū no
bis promereri poſſumus, vt per huiuſmodi
miſericordiæ opera, neq; ſacrificium aliud ei
gratius poteſt offerri. a Obedite iis qui vo
bis ſunt præpoſiti, & voluntariè ſubiecti e-
ſtote illis, ex animo: quoniam ipſi attentiſſi-
me vobis inuigilant, pro veſtra ſalute tanq̄
qui ſint coram iuſto iudice pro animabus ve
ſtris rationem reddituri. b Iccirco iuſtum
eſt vos illis benigne ſubiectos eſſe, vt tantū
ſibi impoſitum onus gaudenter ferāt, cū vos
viderint ad obediendum animo promptos et
non cum doloribus atq; ſuſpiriis: quod ſolet
fieri, cum recta ſibi pręcipientibus viderint
non obtemperari. c Nequaquā enim vobis
hoc expedit, vt illorum onus per ſe alioqui
grauiſſimum veſtra inobediētia amplius ag
grauetis. d Fratres orate pro nobis. Spera
mus enim coram Deo nos bona eſſe volunta
te, cupiētes in oībus recte ſecundum veritatē
Euāgelii ſine offenſione conuerſari, quāquā
ſunt qui forſitan mihi detrahentes, falſo me
vt legis inimicum apud vos deferant. e
Atq; eo magis hoc obſecro, vt quantotius ſe-
cundum Dei voluntatē, iuxta propoſitum,
poſſim venire ad vos. f Deus autem pacis
qui ſuſcitauit ex morte Ieſum paſtorem ſum
mum fidelium ouium, per ſanguinem teſta-
menti noui & æterni, g vos perficiat in oī
bono, vt ſemper eius impleatis in omnibus
voluntatem: h faciens de vobis quicquid
fuerit placitū ante conſpectū p̱ ſuū Ieſū chri-
ſtum, cui eſt gloria in ſæcula ſæculorū, Amē.
i Rogo autem vos fratres, ne ægrè tuleri-
tis epiſtolam hanc, quā ad ſolatium veſtrū cō
ſcripſi: a & quidem breuibus, quantum
ad

fructum labiorū cō-
fitētium nomini ei⁹
h Beneficentie aūt
ꝛ cōmunicationis no
lite obliuiſci.
i Talib⁹ ei hoſtiis
promeretur deus.

a Obedite p̄poſitis
veſtris, ꝛ ſubiacete
eis, ipſi eñ peruigi-
lant quaſi rōnē pro
animab⁹ veſtris red
dituri.
b vt cū gaudio hoc
faciant ꝛ non gemē
tes:

c Hoc enim non ex-
pedit vobis.
d Orate ꝓ nobis: Cō
fidimus eñ q: bonā
conſcientiā habem⁹
in omnibus bene vo
lentes conuerſari.
e Amplı⁹ aūt depre
cor vos hoc facere,
quo celeſtius reſtitu
ar vobis.
f Deus aūt pacis, q̄
eduxit de mortuis pa
ſtorē magnū ouium
in ſanguine teſtamē
ti eterni, dñm nr̄m Ie
ſū xp̄m, g aptet vos
in oī bono, vt faciā-
tis eius voluntatem,
h faciēs i vobis qđ
placeat corā ſe p̱ Ie
ſū xp̄m, cui eſt gloria
i ſcl'a ſcl'orum, Amen.
i Rogo aūt vos fr̄es
vt ſufferatis verbū ſo
latii, a Etenī p̱ pau

cis ſcripſi vobis. b Cognoſcite fratrẽ noſtrum Timotheũ dimiſſum/ c cũ quo (ſi celerius venerit) videbo vos. d Salutate omnes prepoſitos veſtros/ et omnes ſanctos. e Salutãt vos de Italia fr̃es. f Gratia cum oibus vobis/ Amen.

Finit textus epiſtole ad Hebreos beati Pauli Apoſtoli.

ad affectus mei erga vos magnitudinem, et materię multitudinem. b Scire vos volo Timotheum fratrem noſtrum modo dimiſſum hactenus detentum ſiue impeditum, quo minus venire potuerit. c Cum quo, ſi celerius venerit vt expecto, ſpero me quantoci⁹ venturum ad vos. d Salutate omnes prępoſitos veſtros, & vniuerſos fideles. e Salutãt vos fratres qui ſunt de Italia nobiſcum. f Gratia cum omnibus vobis, Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam ad Hebræos beati Pauli Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam Canonicam Beati Iacobi Apoſtoli.

AD eos qui ex Iudæis crediderant, ob perſequutionis rabiem & Chriſti nominis prędicationem per diuerſa loca diſperſos, beatus Iacobus Apoſtolus, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Epiſcopus, conſolatoriam & moralem hanc ſcribit epiſtolam. In qua poſt ſalutationem, ſtatim eos ad gaudẽdum in tribulationibus, patientiam exercitantibus & fidei probationem operantibus inducit. Dehinc veræ ſapientiæ indignos, vnde & quomodo poſtulare debeãt edocet: nimirũ à deo, et cõfidẽter abſque hæſitationis diffidentia. Gloriari quoq; & gaudere vult etiã abiectos Chriſtianorum, in ſuperuentura glorificatione ſua, diuitibus in ſæculari gloria (in modum vaporis mox diſparitura) prohibens gloriari. Patientes autem in tribulationibus beatos p̃dicat, & coronandos pro ſua ſuſtinentia affirmat. Deinde ne quis in Deum (vt fere ſolent carnales homines) peccatum ſuum referat, quaſi ipſe quenquam peccare cogat aut inuitet, prohibet, diligenter demonſtrans, quomodo peccati tam initium quàm cõſummatio à noſtri eſt ſenſualis affectus corruptione, qui primo à bono nos abſtrahens, niſi mox fuerit ſuppreſſa eius mala ſuggeſtio vt non pariat, mortem continuo generat. Omnis autem boni quod in nobis eſt cauſam & primordialem originem eſſe, Deũ patrem luminum, nulli mutatio ni ſubiectum: qui nos ſingulariſſimo

ſimo beneficio,per verbum ſuum voluntariè & creauit & recre auit,in gloriã ſuam. Poſt hoc moraliter loquens loquacitatẽ & irã deteſtatus,magis auditionem bonam ſuadet,& manſuetudi nem,in qua ſancti euãgelij verbum fructificet:& vt magis ver bi factores quàm auditores ſeſe exhibere ſtudeant,eum qui tan tũ audit & non operatur comparans cum eo qui ſe in ſpeculo tã tũ cõtemplatur,nihil ad emundationem faciẽs macularum. Atq; in fine ad religionem veram neceſſariã eſſe linguæ refrenationẽ docet,& in quo ſit vera religio demonſtrat. Atq; hæc quidẽ cap. primo. In ſecundo autem contra perſonarum acceptionem,diui tũque ſolorum cum pauperum contemptu nimiã & ſæcularẽ honorationem prolixius agit & feruenter:nolens in hoc mundo contẽni pauperes,quos in ſua vocatione & ſalute deus habet pręcipuos cum ecõtrario diuites & potẽtes potiſſimũ ſint,hi qui perſecutionem fidelibus inferunt,& ſimpliciores opprimunt. Docet autem vnius præcepti tranſgreſſione legis obſeruationem infrin gi,& cum vnus ſit qui omnia ſimul dedit præcepta, qui in vno aliquo offendit modo quodam in omnibus reum fieri. Propter quod nunc eos monet, ſecundum legem libertatis, ſecundum quam erunt iudicandi,vitam inſtituere: & ante omnia miſeri cordiam facere, vt queant in iudicio nouiſſimo miſericordiam inuenire quæ illis tunc negabitur;qui nunc immiſericordes fue rint pauperum contemptores. Et ne quis de mortua fide ſibi blã diatur,declarat fidem ſine operib⁹ ad ſalutem non proficere idq; ſimilitudine ex pauperum indigentia ſolo verbo non reuelata, ratione ex dæmonum fide ad ſalutem inualida & exemplo Abra hæ filium ſuum ſecundum animi promptitudinem offerentis ac Raab meretricis, propter fidem Dei exploratores Ioſue ab ſcondẽtis. Capite vero tertio ambitionem ad magiſteria propter periculum grauioris iudicii deteſtatus,ad id quod pri⁹ cœperat de lingua refrenanda reuertitur,& multa quidem de linguæ do matione,per varias rerum naturalium comparationes, tam in bonum de bene domita,quàm in malum de male domita,late diſ ſerit. In fine autem, veram ſapientiam ex bona & diſciplinata conuerſatione à falſa diſcernit, duplicem ſapientiam cœleſtem & terrenam,ex aduerſo diſtinguens,& contrariis conditionib⁹ deſcribens. Quarto dehinc capitulo,poſt litium & pugnarum ra dicem ex concupiſcentia mala deſcriptam,à ſæculi huius amo re & amicitia dehortatur. Magis autem vt cum deo amicitiam ineant ſuperbia ſæculi relicta, eos monet per humilitatem deo

subdi

ſubditos fieri,ac pœnitentiam agendo ei appropinquare, detra-
ctiones damnans,& vana iudicia:ſimul & prauam illã loquen-
di conſuetudinẽ corrigens,qua plurimi de futuris loquũtur euẽ
tibus ſic definite,quaſi in manu ſua habeant temporum momen
ta,cum ex Dei placito omnia pendeãt:propter quod in loquen-
do de iis quæ in futurum proponimus, adiiciendam conſulit mo
deratiuã particulam,ſi dominus voluerit,aut ſimilẽ aliquã. Vlti
mo autem capitulo,aduerſus diuites ſæculi in auaritia detinẽtes
vnde ſuſtentandi erant pauperes,& aduerſus iniuſtos mercena-
riorum ſuorum fraudatores,cum terrore exclamat:eos vero qui
patiuntur patientes eſſe monet vſq; in aduentum domini,agrico
læ exemplo,& non aduerſus ſuos oppreſſores cum amaritudine
& odio ingemiſcere:exempla prophetarum,& nominatim bea-
ti Iob,eis ad conſolationem proponens. Poſt quæ,à iuramento fi
deles dehortans.infirmis ſanctam presbyterorum vnctionẽ ordi
nans,& mutuam peccatorum confeſſionem præſcribens, & ad
orandum pro inuicem exhortans,orationiſq; virtutem & effi-
caciam per Heliam deſcribens,fructumq; reducentium errantes
ad viam rectam aperiens,ita terminat plenam ſanctis eruditio
nibus,Catholicam ſuam epiſtolam.

¶Finit Argumentum.

TEXTVS Epiſtolæ Canonicæ beati Jacobi Apoſtoli.

Elucidatio IN EPISTOLAM CANONICAM BEATI Iacobi Apoſtoli.

Textus ca. primum.

a Jacobus dei ꝛ dñi noſtri Jeſu chꝛiſti ſeru⁹ duodecim tribubus que ſunt/ in diſperſione ſalutem.

ELVCIDATIO Capitis primi.

a Iacobus ſeru⁹ Dei patris & Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ſcribit ſalutemque conuerſis ex duodecim tribubus Iſrael, qui ſunt ob perſequentium rabiem per varia loca diſperſi.

b Pro ſummo et vero gaudio ducite fratres varijs affligi tribulationibus, quæ ad probationem Deo diſponente ac permittente vobis aduenjunt. c Conſyderantes diligenter quod iſta peraduerſa fidei veſtræ probatio, exercitat vos ad patientiam. d Patientiam vero nemo parui æſtimet, quoniã ipſa perfectum habet virtutis opus, & totã virtutum ſtructuram, conſummat, perficit, atque conſeruat. e Ita vt per hanc perfecti ſitis futuri & integri, in nullo bono indigentiam paſſuri. f Quod ſi quis eſt ex vobis, cui vt ſapientię indigo nõ ſapiunt iſta quę Dei ſũt, poſtulet à Deo intelligentiam & ſapientiã: g qui omnibus recte petentibus, ſine auaritia dat copioſe & liberaliter, neque hominũ more poſt donationem improperat, & dabitur ei quantum opus erit. h Vt autem ſuæ petitionis conſequatur effectum, illud videat vt in fide poſtulet nihil addubitans. i Qui enim hęſitans orat dominum, propter inſtabilitatem ſpei ſuę comparandus venit fluctui maris, qui ab omni vento nunc huc nũc illuc ſine ordine agitatur. a Talis igitur cum ſit ille qui diffidenter petit, nõ eſt quod ſperet quicquam à Deo tali poſtulatione cõſequi. b Quiſquis non eſt in vno fixus animi propoſito, cuiuſmodi eſt qui ſe duob⁹ dominis putat poſſe ſeruire, inconſtans eſt et inſtabilis in omnibus operibus ſuis. c Gaudeant vero & glorientur pauperes, & deſpectiores qui ſunt Chriſtiani, in conſyderatione ſublimitatis ſuæ, in qua exaltabuntur in futura vita ęterna: vt non propter ſuæ humilitatis abiectionem deiiciantur animo, ſed futurorum conſyderatione bonorum, magis in ſpe ventura erigant animum. d Diuites autem qui nunc florent quantum ad ſæculũ, ita glorientur & gaudeant, vt ſemper quæ ſunt humilitatis & infirmitatis ſuæ magis conſyderent,

b Omne gaudiũ exiſtimate fratres mei, cum in tentationes varias incideritis, c ſcientes, q probatio fidei veſtre, patientiam operatur. d Patientia autẽ opus perfectũ habet e vt ſitis perfecti et integri, in nullo deficientes. f Si quis autem veſtrum indiget ſapiẽtia, poſtulet a Deo, g qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabit ei h Poſtulet autẽ in fide nihil heſitans: i Qui enim heſitat, ſimilis eſt fluctui maris, qui a vento mouetur & circũfertur: a Non ergo exiſtimet homo ille, q accipiat aliquid a domino. b Uir duplex animo inconſtans eſt in omnibus vijs ſuis. c Glorietur autem frater humilis in exaltatione ſua: d Diues autem in humilitate ſua,

e Quoniã ſicut flos feni tranſibit.

f Exortus eſt enim ſol cum ardore/ ⁊ arefecit fenum/ ⁊ flos eius decidit ⁊ decor vultus ei⁹ deperijt. g ita ⁊ diues in itineribus ſuis marceſcet.

h Beatus vir q̃ ſuffert tentationem: i quoniam cum probatus fuerit/ accipiet coronam vite/ quã repromiſit Deus diligentibus ſe.

a Nemo cum tentatur/ dicat quoniam a Deo tentatur/ b Deus enim intentator malorum eſt/ c Ipſe enim neminẽ tentat.

d Unuſquiſque vero tentatur/ a concupiſcentia ſua abſtractus et illectus.

e Deinde concupiſcentia cũ conceperit/ parit peccatum. f Peccatum vero cũ conſummatũ fuerit/ generat mortem.

g Nolite itaque errare fratres mei dilectiſſimi.

h Omne datum optimum/ ⁊ omne donũ perfectum deſurſum eſt deſcendens a patre luminum/

conſyderent, vt non nimium exaltentur in ſemetipſis. e Vere enim vilis res eſt omnis gloria diuitum. Nam ſicut flos graminis nõ diu ſubſiſtit, ita tranſibit diuitiarum iſta tẽporalis gloria. f Statim vbi ſol cęperit æſtuare, arefacit gramen & flos pariter marcid⁹ decidet, & omnis decor aſpectus illius ſubito deperibit. g ita & diuitis floridus qui videtur ornatus, breui deperibit. h Beatus eſt qui perſequutiones & aduerſitates quæ ad tentationem à Deo ſuper bonos permittuntur, ſuſtinet cum patientia: i quoniam per patientiã ſic bene probatus, accipiet mercedem æternæ beatitudinis, quam promiſit Deus dare ſuo tempore omnibus qui modo in veritate diligunt eum. a Nemo autem cum ad malum ſolicitatur, dicat ſe à Deo ad malum inclinari aut ſolicitari: b De⁹ enim neſcit ad malum tentare, quemadmodum neque tentari. c Ipſe enim neminem ad malũ ſolicitat. d Vnuſquiſq; enim inclinatur ad peccatum à proprio corrupto ſenſuali appetitu per quem abſtrahitur à recto animus, et allicitur ad illicita carnis deſyderia: Atque hoc quidem eſt peccati primum ſeminarium. e Deinde concupiſcentia iſta cum ſic conceperit, ita vt incipiat immorari nimium et delectari in propoſito, producit iam peccatum. f Quod cum fuerit per plenum conſenſum aut etiam opere conſummatum, mortis æternæ inducit obligationem, & animam vera ſpiritus vita priuat, etiam in hoc ſæculo. g Nolite itaque errare chariſſimi fratres mei, ne in Deum referatis peccatorum veſtrorũ malitiam: ſed tantum in voſipſos, qui eſtis totius maliciæ authores, per concupiſcentiam quæ in vobis habitat corrupta. h quemadmodum econtrario Deus omnis boni author eſt, non homines. Omne enim datum vere bonum, & omne perfectum donum non à vo-
bis eſt,

bis eſt, ſed deſuper venit à largitore omniũ, patre cœleſtium luminum, ſiue incorporeorum, ſiue corporalium: i Apud quem nõ eſt vlla de forma in formam tranſmutatio, neque viciſſitudinaria vlla ſecundum varia accidentia obumbratio. a Ipſe autem nos penitus libere nullo coactus noſtrorum operum merito, neque vlla neceſſitate obſtrict⁹, nos regenerauit per ſemẽ incorruptibile verbũ veritatis, quos pri⁹ in natura per ſemen corporale fecerat. b Iccirco (inquam) voluntarie nos ſic genuit, vt eſſemus nos velut primitiæ & præcipua aliqua pars toti⁹ creaturæ ſuæ, cum angelica natura ſortem & locum accipientes dignitatis gloriæ eius. c Iſta fratres mei vos ſatis ſcire arbitror & intelligere. d Hortor autem charitatem veſtram, vt ad audiendum ſanæ fidei conſonã doctrinam veloces ſemper parati ſitis: e non faciles autem neque præcipites ad temere loquendum, etiam quæ bona videntur, neque prompti ad iraſcendum. f Ira enim viri præter aut contra rationis iudicium, iuſtiam verã impedit atq; perturbat. g Quapropter abiecta omni immunditia, tã in verbo quã in cogitatione, & abundantia malitiæ cuiuſlibet, h ſuſcipite in manſuetudine ſpiritus, verbũ ſancti Euangelii, quod per prędicationẽ implãtatur & inſeritur animabus veſtris, i quod ipſas poteſt facere a peccato ſaluas, ad æternã vitam ſi diligẽter auditum cuſtodieritis. a Illud vero poſt acceptã Euangelii prędicationẽ videndum eſt vt non ſitis Euangelii tantũ auditores, ſine operatione, ſed magis factores eius eſſe ſtudeatis in opere, ne fallatis voſmetipſos. b Decipiunt enim ſeipſos, qui de ſolo verbi auditu & mortua fide ſibi placẽtes, putãt hęc ad ſalutẽ ſufficere, cũ requiratur etiã cũ fide bona operatio. c Quia quiſquis auditor tantũ

i apud quem nõ eſt tranſmutatio/ nec viciſſitudinis obumbratio.
a Uoluntarie enim genuit nos verbo veritatis/
b vt ſimus initium aliquid creature eius.
c Scitis fratres mei dilectiſſimi/
d Sit autem omnis homo velox ad audiendum/
e tardus autem ad loquendum & tard⁹ ad iram.
f Ira enim viri/ iuſtitiã dei non operat.
g Propter quod/ abiicientes omnem immunditiam & abundantiam malitie:
h in manſuetudine ſuſcipite inſitũ verbum.
i quod poteſt ſaluare animas veſtras.
a Eſtote autem factores verbi & nõ auditores tantum/
b fallentes voſmetipſos.
c Quia ſi quis audi

toꝛ eſt verbi/ ⁊ nõ factoꝛ/ hic comparabitur viro conſyderanti vultum natiuitatis ſue in ſpeculo.
d Conſyderauit em̃ ſe/ ⁊ abijt/ ⁊ ſtatim oblitus eſt qualis fuerit.

e Qui autē perſpexerit in lege perfecte libertatis/ ⁊ pmãſerit in ea/ nõ auditoꝛ obliuioſ⁹ fact⁹ſꝫ factoꝛ opis: hic beatus in facto ſuo erit
f Si quis aũt putat ſe religioſũ eſſe/ non refrenans linguã ſuam/ ſed seducẽs coꝛ ſuum: hui⁹ vana eſt religio.
g Religio munda ⁊ immaculata apð deum ⁊ patrẽ/ hec eſt/ h viſitate pupillos ⁊ viduas in tribulatione eoꝛum/
i ⁊ immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſeculo.

TEXTUS. CA. Secundum.

a Fratres mei nolite in perſonarum acceptione habere fidẽ domini noſtri Jeſu Chꝛiſti gloꝛie.

b Etenim ſi introierit in ꝯuentũ veſtrũ vir aureũ anulũ ha

eſt verbi non factor, merito comparand⁹ venit homini qui faciẽ ſuam naturalem in ſpeculo contemplatur tantũ, nihil agens ampli⁹ ad emundationẽ macularum quas in ſpeculo conſyderauerat. d Statim enim ille vt conſyderauit, abiit, nihil amplius agẽs: et ſtatim oblitus eſt qualis fuerit, qualẽque ſe viderit. Sic & homini qui verbũ audit, ſed ad componendos mores non accõmodat, nihil proficit verbum tantũ conſpexiſſe vel audiſſe. e Qui autẽ diligenter inſpexerit in legem perfectã, perfectæ veræque libertatis: ita vt opere ipſã impleat, non ſurda aure obliuioſus auditor prætereat, hic non auditu, ſed in ipſa pręcepti obſeruatione per operationem bonã, beatus erit. f Quiſquis autẽ religioſũ ſe arbitratur ac ſanctũ Dei cultorẽ, ſi negligat linguã ab ocioſis atque malis frenare ſermonibus: ſciat ille, non verã eſſe neque fructuoſam huiuſmodi religionem, quę id quod primum eſſe debet, negligit. g Verus autem Dei cultus, qui mundum & immaculatum efficit hominẽ coram Deo patre eſt, h in viſitãdo deſolatos, & eos qui ſũt ſine humano patrocinio (cuiuſmodi ſunt viduę & pupilli) in tribulationibus, aut egeſtate conſtitutos, & cæterorũ miſericordiæ operum exhibitione, i & à mundi cõcupiſcentiis ſemetipſũ cuſtodiendo immaculatum, Id eſt, & ſi proximo miſericorditer quis ſubueniat, & ſeipſum a peccatis ſeruet immunem.

ELVCIDATIO CAP. II.

a Fratres mei, nolite in vobis ſimul cũ fide domini noſtri Ieſu Chriſti, domini, inquam, æternę glorię admittere vitium acceptionis perſonarũ. Verbi gratia, ne diuitem propter diuitias ſolas plus iuſto honoretis, aut pauperem propter inopiam deſpiciatis. b Etenim ſi vobis congregatis, ingrediatur vir aliquis anulos aureos geſtans in manibus

in manibus, veſtem indutus precioſã & ſplẽ didam: c introgrediatur etiam pauper in veſte vili & minime precioſa. d Iſtis autẽ ſic ingredientibus, cœperitis oculos coniice re in illum diuitem præclara veſte indutum, et pro ſolis diuitiis illi exhibentes indignum honorem, e dixeritis ei: Tu ſede hic hone ſtiori loco: Pauperi autem dixeritis, Tu ſta illic in abiecto loco, aut ſede ſub ſcabello pe dum noſtrorum, propter inopiam ſic paupe rem deſpicientes. f Hæc, inquam, ſi egeri tis, nonne hoc ipſo iudicatis, iniquas cogita tiones & iniquum iudicium veſtro inſidere animo. g Attendite fratres mei chariſſimi diligentius, quoniam non ita fieri conuenit, vt diuites diuitiarum ſuarum & ſuperbiæ ſuæ reſpectu ita nimium honorentur, contẽ ptis ob inopiam pauperibus. Nequaquã de ſpiciendi ſunt ab hominib⁹, quos Deus adeo non deſpicit, vt etiam ſuæ vocationis & ele ctionis partes potiores eis concedat. h Nõ ne videtis, quemadmodum Deus maxima ex parte pauperes elegit in hoc ſæculo: vt ſi cut temporalib⁹ bonis ſunt pauperes in hoc mundo, ita ſpiritualibus diuites fiant per fi dem, & ſpe hæredes regni æterni, quod pro miſit Deus omnibus diligentibus ſe? i Vos autem econtrario ſi vt prædictum eſt feceri tis, pauperes ob ſuam paupertatem inhono ratis, quos tamen Deus diuitibus huius ſæcu li videtur præponere, in ſua vocatione. At que ita qui prædicto modo agerent, diuino conſilio videntur contraire. a Rurſum: nõ ne videtis quotidiana experientia qui oppri munt Chriſtianos per potentiam & vim in ferunt eiſdem pertrahentes eos ad tribuna lia, ſiue pro Chriſti confeſſione, ſiue per alias fraudes ſuas, diuites eſſe & potentes huius ſę culi: b Nonne ipſi ſunt qui maledicunt & perſequuntur ſanctum nomen Chriſti, quod

bẽs in veſte cãdida/ c Introierit autem & pauper in ſordido habitu/ d & intendatis in eũ qui indutus eſt ve ſte preclara/ e & dixeritis ei: Tu ſede hic bene/ Pauperi autem di catis: Tu ſta illic/ aut ſede ſub ſcabel lo pedum meorum: f Nonne iudicatis apud voſmetipſos/ & facti eſtis iudices co gitationũ iniquarum? g Audite fratres mei dilectiſſimi.

h Nonne Deus ele git pauperes in hoc mundo/ diuites in fi de/ & heredes regni quod promiſit dili gentibus ſe?

i Vos autem exho norastis pauperem.

a Nonne diuites per potentiã opprimũt vos? & ipſi trahunt vos ad iudicia?

b Nonne ipſi blaſ phemant bonum no

men, quod inuocatum eſt ſuper vos? c Si tamen legem pficitis regalem ſecūdum ſcripturas: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, bene facitis. d Si autem perſonam accipitis, peccatum operamini, e redarguti a lege, quaſi trāſgreſſores. f Quicunque autē totam legem ſeruauerit, offendat autē in vno, factus eſt omnium reus. g Qui em̄ dixit: Nō mechaberis: h dixit et non occides. Quod ſi non mechaberis, occides autē factus es tranſgreſſor legis. a Sic loquimini, et ſic facite, ſicut per legem libertatis incipientes iudicari. b Judicium enim ſine miſericordia, illi qui non facit miſericordiam.

vos inuocatis, et in cuius inuocatione per baptiſmum ſanctificati eſtis? c Equidem non prohibeo iuxta mandatum domini illud vniuerſale et regium, quod ab omnibus oportet obſeruari: Diliges proximum tuum ſicut teipſum, etiam diuites diligi huius ſæculi: imo ſi ſic eos per charitatem diligitis, in hoc benefacitis, mandatum Dei implentes. d Si autem non ſecundum illius præcepti exigentiam agitis, ſed ſecundum perſonarum acceptionem propter diuitias: peccatum operamini, e conuicti per legem quaſi tranſgreſſores, cum hoc facitis quod illa prohibet. Et ne forſitan vobis blandiamini, parum eſſe in vno iſto deficere, modo non peccetis in cæteris, f conſyderandum vobis eſt quod quicunque in vno aliquo peccato offendit in legem, vnica illa præuaricatione factus eſt omnium reus. Hoc eſt: ita præmio obſeruantibus legem deputato priuatus & indignus, quaſi nullum obſeruaſſet ex omnibus legis præceptis. Idem enim eſt Deus, qui omnia et ſingula dedit præcepta legis, & ſimul omnium exigit atque ſingulorum obſeruationem, ab iis qui mercedem vitæ quærunt. g Idem eſt qui præcepit non mœchari & non occidere: h propter quod ſi occideris, etiam ſi mœchatus non fueris, tranſgreſſor es totius legis, quæ in vno eſt concathenata: Ita vt quiſquis præuaricatus fuerit partem aliquā legis, totam cenſeatur tranſgreſſus, nec ſtatutum præmium merebitur accipere. a Sic vos loqui conuenit & omnia agere, tanquā qui per nouam Euangelii & veræ libertatis legem, & modo in conſcientia, & in futuro ſitis in publico iudicio iudicandi. b Iudicium enim damnationis ſine miſericordia ſaluante, aduerſus illum proferetur, qui dum viueret, caruit erga miſeros affectu miſericordiæ, ſolos honorando diuites, paupe-

ribus

ribus ob inopiam deſpectis. c In illis vero qui fecerunt miſericordiam dum viuerent ſupe vincit miſericordia iudicium, longeq; ſuperat & præponderat, vt ſecundum miſericordiam ſaluentur & non per iudicii ſeueritatem condemnentur, quoniam & ipſi fecerunt miſericordiam. d Profectò ſaluare nõ poteſt quenquam, quod ſe ſolo verbo fidelẽ iactitat, niſi eandem fidem operibus efficaciter comprobet. e Nunquid ſola illa operibus vacua fides, ſaluare poterit habentem? Nequaquam. Quo modo enim neceſſitatem patientibus nihil proſunt verba, niſi ope exhibeas charitatẽ: f Exẽpli gratia, ſi pauperibus chriſtianis, ſiue victu, ſiue veſtitu carentibus, dicat quis. Ite in pace, bene ſit vobis. Calefiatis & reficiamini, & habeatis quæ ſint neceſſaria nõ exhibendo in opere, quod lingua dicitur: Ita etiam fides ſola, niſi adſint opera, ad ſalutem prodeſſe non valet, & mortua reputatur atque inualida. e Denique huiuſmodi ſola fide glorianti, merito dicere poteſt aliquis operum laudator.

f Tu quidem fidem te habere dicis, cum non adſint opera: Ego autem opera habeo, & ex ipſis quidem operibus ego tibi potens ſum demonſtrare etiam fidem meam. Tu autem cum opera non habeas, fidem tuam demonſtrare non potes. Neque fidem tibi iactanti fides habebitur, niſi per opera, fidei tuæ probaueris teſtimonium. Et profectò nihil eſt magnum mortua fide credere.

g Nam tu credis, quod vnus eſt omnipotens Deus, rectè quidem credis: ſed hoc tibi cum dæmonibus commune eſt, qui & ipſi non credunt modo, ſed etiam timent ac tremunt eius potentiam. h Vis autem apertè ex ſcripturarum exemplis diſcere, ò homo qui inaniter in mortua ſola fide gloriaris, quod inſufficiẽs ſit ad ſalutem, fides abſque operi

c Superexaltat aũt mĩa iudicium.

d Quid proderit fratres mei ſi fidẽ quis dicat ſe habere opa autem non habeat? e Nũquid poterit fides ſaluare eum?

f Si aũt frater ⁊ ſoror nudi ſint, ⁊ indigeãt victu quotidiano, Dicat aũt aliquis ex vobis illis: Jte i pace. Calefacimini ⁊ ſaturamini: nõ dederitis aũt eis q̃ neceſſaria corpori, quid proderit? e Sic ⁊ fides ſi non habeat opera mortua eſt in ſemetipſa. f Sed dicet quis: tu fidẽ habes, ⁊ ego opera habeo: oſtẽde mihi fidẽ tuam ſine opibus, ⁊ ego oſtendam tibi ex opibus fidem meam.

g Tu credis q vnus eſt de9 bene facis, ⁊ demones credunt ⁊ contremiſcunt.

h Uis aũt ſcire o hõ inanis qz fides ſine opibus ocioſa eſt?

i Abrahã pater noſter nonne ex operibus iuſtificatus eſt? a offerens Iſaac filiũ ſuũ ſup altare?

b Uides quoniã fides cooperabatur operibus illius, & ex operibus fides conſummata eſt?
c Et ſuppleta eſt ſcriptura dicens: credidit abraham deo: et reputatũ eſt illi ad iuſtitiam, & amicus dei appellatus eſt. d videtis qm̃ ex operibus iuſtificatur homo, & nõ ex fide tantum?
e Similiter & Raab meretrix nonne ex operibus iuſtificata eſt? f ſuſcipiens nũcios, & alia via eijciens?

g Sicut enim corpꝰ ſine ſpũ mortuũ eſt: h ita fides ſine operibus mortua eſt.

operibus? i Abraham ſumamus in exemplum, qui non ex ſola fide, ſed ex ea ſimul cũ operibus iuſtus prædicatus eſt in ſcripturis, a in eo quod prompta animi voluntate ſe dedit ad obediendum & opere implendum mandatum domini, vt immolaret filium ſuum Iſaac. Qui ſi vocem domini opere renuiſſet implere, nunquam ex mortua ſua fide in ſcriptura iuſtus diceretur. b In hoc exemplo clarum eſt videre, quoniam fides ſimul cum operibus effecerunt, vt perfecte iuſtus nominaretur & eſſet, permaneretq; in finé. c Et hoc ipſo quod hic operibus iuſtificatio attribuitur ſuppleta eſt ſcriptura illa prior, quæ videtur de ſola fide mentionem facere qua dicitur Abraham Deo credidiſſe, reputatũq; fuiſſe illi ad iuſtitiã, ex hoc fuiſſe Dei amicum appellatũ. d Clarũ itaq; relinquitur, quoniam non iuſtificatur homo ex mortua ſola fide ſine operibus, ſed ex fide cum operibus. e Quod etiam confirmat Raab illa meretrix, quę ex operibus tanquam iuſta commendatur in ſcriptura, f in eo quod ꝑ fidẽ quã erga Deum habebat exploratores à populo Dei miſſos ſuſcepit hoſpitio, & ꝓtexit benigne, ac dimiſit per murum in propria. g Quemadmodum enim ſine ſpiritu corpus non viuit, ſed cadauer tantum eſt inutile: h Ita ſola fides cui deſunt opera mortua eſt, quia vitam in ſe omnium virtutum charitatem non habet. Charitas enim opera habere debet, oblata occaſione & tẽporis opportunitate, aut excidit & perit, ſine qua uis alia virtus mortuum tantum cadauer eſt.

TEXTUS. CA. tertium.

a Nolite plures magiſtri fieri frẽs mei, b ſciẽtes qm̃ maiꝰ

ELVCIDATIO CAP. Tertii.

a Nolite fratres mei paſſim ad magiſteria aſpirare, neq; docendi alios munus intempeſtiue affectare: b ſcientes quoniam maius vobiſipſis iudicium

cium ſuperinducitis, ſi in tali gradu altitudinis minus recte vixeritis. Res enim grandis eſt doctorem eſſe in populo Dei, & quæ nõ cuilibet paſſim conueniat neq; niſi à magnę ſanctitatis & perfectionis hominibus administrari digne poteſt. c Primũ enim nemo eſt omnium, etiam perfectorum, qui non frequenter labatur in plurimis. d Specialiter vero in verbo per linguam non offendere, tãtæ eſt artis, & res tam difficilis: vt perfectum illum pronunciare audeam, cui contigerit ita linguam ſuam domitam frenatamque habere, vt nec in verbo quidem offẽdat aliquando. e Vt pote, qui domita lingua poſſit etiã cætera corporis vniuerſa membra facile continentiæ freno coercere. Nam qui potuit quod eſt omnium difficilimum, poterit etiam quæ ſunt faciliora. Atque id experientia quoq; in brutis videmus animantibus. f Quemadmodum equis, vt obedientes fiant ſuis ſeſſoribus, frena mittuntur non niſi in os, atque ita totum deinde corpus pro ſuo arbitrio circumagitant ſeſſores. Sic & homini qui velit omnia corporis membra ſub iugata habere rationi, prima cura eſſe debet vt os & linguam refrenet. g Rurſum videmus naues magnas & ampliſſimas, validis ventis agitatas, à gubernaculo (quod paruulũ eſt totius nauis comparatione) circũferri & dirigi in curſibus ſuis, quocunq; director impetum fecerit, & ſecundum quod ipſe diſponere ac mouere voluerit. h Ita & lingua paruum quidem eſt quantitate membrũ ſed magna iactat, & agit miranda. i Iterũ videre eſt, modicum & paruulum ſubinde igniculum totam aliquam incendere ſyluã, & maximam inflammare materiam. a Et huic igni merito lingua cõparatur, quæ vniuerſum iniquitatis incendium potens eſt exuſcitare, b quę cõſtituitur inter reliqua hominis

iudicium ſumitis.

c In multis enim offendimus omnes.
d Si quis in verbo non offendit: hic perfectus eſt vir.

e Poteſt cũ freno circunducere totuz corpus.

f Si aũte quis frena in ora mittimus ad conſentiendũ nobis oẽ corpus illorum circunferimus.

g Et ecce naues cuz magne ſint & a vẽtis validis minẽtur: circũferuntur aũt a modico gubernaculo vbi impetus dirigentis voluerit.
h Ita & lingua modicũ quidẽ mẽbrũz eſt & magna exaltat.
i Ecce quãtus ignis quam magnaz ſyluã incendit.
a Et lingua ignis ẽ vniuerſitas iniquitatis.
b Lingua conſtitui

tur in mēbris nrīs/ q̄ maculat totū corpus/ c ⁊ inflāmat rotum natiuitatis noſtre inflammata a gehenna/

d Omnis enī natura beſtiarū ⁊ volucrū ⁊ ſerpentum/ ⁊ ceterorum domantur/ ⁊ domita ſunt a natura humana: e Linguam aūt hominis nullus hominū domare poteſt f Inquietum malū plena veneno, mortifero. g In ipſa bn̄dicimus deum ⁊ patrem/ ⁊ in ipſa maledicimus homines/ q̄ ad imaginē ⁊ ſimilitudinē dei facti ſūt. h Ex ipſo ore procedit bn̄dictio ⁊ maledictio. i Nō oportet fratres mei hec ita fieri. a Nūquid fōs de eodem foramine emanat dulcē ⁊ amaram aquam?

b Nūquid poteſt fratres mei ficus vuas facere aut vitis ficus? c Sic neq; ſalſa dulcē pōt facere aquā.

d Quis ſapiēs ⁊ diſciplinatus inter vos oſtendat ex bona cōuerſatione operationem ſuam?

minis membra in corpore & maculare poteſt totum corpus, c propterea quod ex ipſa ſoleant oriri omnis generis mala, & totum vitæ naturalis curſum inflammat, atq; perire facit, ipſa à gehennę inhabitatore dæmonio, aut peſſima concupiſcentia prior inflammata. d Et quidem vniuerſæ pene ſpecies beſtiarum, ferarum, & volucrum, & ſerpentum, & cæterorum aquatilium domantur, ſubiugātur q; quotidie, atque etiam olim ex multo tempore domita extiterunt. e Linguam autem perpauci ſūt qui domare queant. f Malum eſt petulans & inquietum quod coerceri minime valeat, plenum veneno detractionis, blaſphemiæ, & ſimilium, animæ plus quàm mortifero. g Per ipſā nos benedicimus Deum orantes & pſallentes, et alias in ipſa maledicimus homines ꝓximos noſtros, ad imaginem dei creatos: h & per os hominis procedit nunc benedictio, nunc maledictum atq; conuitiū, i quod nequaq̄ licet aut congruum eſt. a Quemadmodum enim impoſſibile eſt, vt idem fons ex eodem foramine emittat dulcem aquam, ſimul & amaram: (Nam vbi cœperint commiſceri, tota erit amara) ſic non debet ſimul ex eodem ore & benedictio & maledictio procedere. Nam maledictio, ſua amaritudine etiā benedictionem inficit, & inſipidam ingratāque reddit. b Neque ficus aliquando vuas gignit, neque vitis ficus: & non niſi vnius ſpeciei fructus ſingulę producūt arborū ſpecies. c Nullus item fons ſalſus, aquam dulcē emittit. Ita etiam per os non debet niſi naturalis bonus fructus, hoc eſt, non niſi benedictio & ſermo bonus procedere. Si quis inter vos eſt aut haberi vult ſapiens, & ſcientia ac iudicio valens, non ſtatim aſpiret ad cathedram: ſed oſtendat primum atq; comprobet ex bona conuerſatione, quid habeat virtutis in operando

rando ea, quæ ſe ſcire exiſtimat aut profitetur. e Idq; præcipuè in maſuetudine & lenitate, quæ veræ ſapientiæ efficacius eſt indicium. f Si autem amarum inuidiæ zelũ habetis erga inuicem, aut ſuperbam & maliuolam æmulationem in cordibus veſtris pro honorum & cathedrarum, aſſecutione, g nolite falſo gloriari in vobiſipſis, & mendaces eſſe aduerſus veritatem, falſo iactantes veſtram ſapientiam, aut vane pręſumentes de veſtra ſcientia h Non enim eſt hæc vera cœleſtis ſapientia, quæ à Deo per donationem ſpiritusſancti infuſa eſt, i ſed mundana, ſenſualis, & diabolica: quoniam ea quæ mundi ſunt quærit, & quæ ſenſualis affectus, & ea quæ dæmonis inſtinctus ſuadent, ſectatur. a Quiſquis enim zelum malum, aut ambitioſam, rixoſamq; cõtentionem habet in corde, hunc conſequitur in nullo bono firmũ eſſe, & ad omne opus malum eſſe propenſum: quoniam ex his pullulare ſolent vniuerſa mala. b Cœleſtis autẽ & vere ſpiritualis ſapientia, ante omnia pura, caſta, ſiue pudica eſt, ab omni immundicia mentem præſeruans. c Eſt etiam pacẽ diligens, tam in ſe quã in aliis, & contendere neſcia, modeſta, minimeq; ſeuera, facile ſuadibilis, minimeq; pertinax, & bonis ſuaſionibus facile conſentiens, d plena miſericordiæ affectionibus & operationibus bonis abundanter intenta, e ſynceriter abſq; fictione & ſimulatione omnia iudicans, & in bonam partem cuncta ſimpliciter (quantũ fieri poteſt) referens. f Fructus autẽ & merces æterna rectę operationis ſeminatur modo atq; comparatur in pace, hoc eſt, pacifice conuerſando erga omnes, non contentionibus (vt quidam exiſtimant) agendo omnia.

e in mãſuetudine ſapientie.

f Quod ſi zelũ amarũ habetis / ⁊ cõtẽtiões ſũt i cordib⁹ veſtris

g Nolite gloriari et mẽdaces eſſe aduerſus veritatem.

h Nõ eſt eñi iſta ſapiẽtia de ſurſũ deſcẽdẽs a patre luminũ /

i ſed terrena animalis diabolica:

a Ubi eñ zelus ⁊ cõtentio / ibi inconſtãtia / ⁊ oẽ opus prauũ

b Que autẽ de ſurſũ eſt ſapientia primũ quidem pudica eſt / c deide pacifica / modeſta ſuadibilis / bonis conſentiens /

d plena mĩe ⁊ fructibus bonis /

e iudicans ſine ſimulatione.

f Fructus aũt iuſtitie in pace ſeminatᷣ facientibus pacem.

ELVCIDATIO CAPITIS. Quarti.

TEXTVS. CA. Quartum.

a Unde bella ⁊ lites in vobis? Nonne ex concupiſcentijs veſtris que militant in membris veſtris?

b Cõcupiſcitis, ⁊ nõ habetis:

c Oditis, zelatis, et nõ poteſtis adipiſci:

d litigatis ⁊ belligeratis, ⁊ non habetis

e Propterea quod non poſtulatis.

f Petitis ⁊ nõ accipitis, eo ꝙ male petatis,

g vt in concupiſcentijs vr̃is inſumatis.
h Adulteri neſcitis q: amicitia hui⁹ mũdi, inimica eſt Deo?

i Quicũq; ergo voluerit amic⁹ eſſe ſeculi huius inimicus dei cõſtituitur.

a An putatis q: inaniẽ ſcriptura dicat?

b ad inuidiam cõcupiſcit ſpũs qui habitat in vobis?

D a Icite vero mihi, Vnde lites & pugnę (ſiue verborum, ſiue verberũ) in vobis, niſi ex carnalibus concupiſcentiis, quas in membris ſinitis regnare, non ſubiugatas rationis imperio? Ecce ad oculũ depingam vobis, quomodo ex concupiſcentiis veſtris oriantur lites & iurgia. b Primum enim, propter carnis affectum inſatiabilem, concupiſcitis ſuperflua quæ non habetis. c Atq; inde odio affici incipitis & inuidere iis, qui habent quę vos concupiſcitis & non habetis, neq; ſic tamen poteſtis adipiſci. d Deinde iniuſtas lites, cõtentiones, pugnaſq; & priuatim rixoſas, & publice iudicarias atque forenſes, ſuſcitatis aduerſus inuicem. Quod ſi in manſuetudine quæ vobis deſunt poſtularetis à domino, accciperetis vtique quæ eſſent neceſſaria. e Nunc autem non habetis, quia à deo omnium largitore nõ petitis, ſed per iniuſtitiã vultis veſtræ auaritiæ ſatiſfacere. f Atque etiam ſi ſint qui petant à domino, non merentur tamen accipere: eo quod male petant, non ad ſatiſfaciendum naturali neceſſitati, g ſed ad impendendum carnalibus deſideriis, eiſque ſatiſfaciendum in voluptatibus. h O homines adulteri, qui à Deo vos ſeparatis & mundo & carni ſociamini, quare non aduertitis, amicitiam huius mundi eorũque quę ſunt in mundo temporalem amorem, Deo eſſe deteſtabilem? i Itaq; dico vobis quod verum eſt, quoniã quiſquis mundi amator eſſe vult & mundanis hominibus quærit placere, inimicus dei hoc ipſo efficitur, quoniam contraria ſunt mundus & deus. a An putatis in ſcripturis ſine cauſa toties interdictam eſſe mundi amicitiam, & toties conuerſationem cum iniquis fruſtra damnatam? b An putatis ſpm̃ ſã ctũ qui in vobis inhabitat fidelibus, propter inuidiã mũdi hui⁹, et mũdanorũ homi

rum hominum aſpernari & inhibere conſortia? c Nō ita ſane quod inuidus ſit aut male zelator, ſed vt maiorem det gratiam iis qui ſe ab hoc ſæculo puros & à mundanorū conſortio immaculatos, cuſtodierint. d Vnde in ſcriptura dicitur: Deus ſuperbis huius mundi hominibus gratiæ ſuæ dona negat, humilibus autem (qui ſęculi faſtum fugiūt) eadem donat copioſius. e Eſtote ergo ſubiecti deo in perfecta cordis humilitate, & diabolo vos opponite, nihil illi conſentientes, ſed deteſtantes prauum omne quod ſuggerit, & non habebit locum in vobis, neque nocumenti quicquam inferre poterit. f Curate autem ad deum per humilitatem propius vos adiungere, & ipſe in auxilium & gratiam & protectionem appropinquabit vobis. g Emundate manus veſtras abiicientes opera mala, vos qui in peccatis vixiſtis, & corda veſtra ab omni macula peccati interioris munda facite qui duplices fuiſtis animo, ſecundum ſpeciem quidem deo, ſecū dum veritatem tamen magna ex parte diabolo aut mundo aut carni propriæ hactenus ſeruientes. h Agite pœnitentiam, vt præſcribam vobis, Voluntariis miſeriis propter peccata præterita, voſipſos affligite. i In triſtitia viuite, lachrimas fundite, pro riſus diſſolutione modo luctum & fletum aſſumite, & pro petulanti & vano gaudio, ſanctū pro peccatis dolorem. a Humiliate ante deum corda veſtra, & prôſternite voſmetipſos pedibus eius, & ipſe miſertus veſtri exaltabit vos peccatis omnibus dimiſſis gratia ſua ditatos, & æternæ vitæ hæredes inſtitutos. b Cauete autem fratres chariſſimi, ne vobiſinuicem detrahatis alter alteri. c Qui enim fratri ſuo detrahit, aut fratrem ſuum iudicat bene conuerſantem iuxta legem, propter inuidiam, tantum ex odio cupiens fratrem

c Maiorem autem gratiam.

d Propter quod dicit: Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

e Subditi ergo eſtote Deo, reſiſtite aūt diabolo et fugiet a vobis.

f Appropinquate Deo, et appropinquabit vobis.

g Emundate man⁹ peccatores, & purificate corda veſtra duplices animo.

h Miſeri eſtote & lugete & plorate:

i riſus veſter in luctum conuertatur, et gaudiū in merorē.

a Humiliamini in conſpectu domini, & exaltabit vos.

b Nolite detrahere alterutrum fratres mei.

c Qui detrahit fratri, aut iudicat fratrē ſuū detrahit legi.

trem calumniari, in legem videtur ille pecca re, ſic iudicans aut detrahens, cum fratrem omnia legis recte ſeruantem, adhuc vitupe rat. d Quo ipſo, in legem vel inſufficientē vel malam videtur aſſerere, atq; ita legē iudi care, & legi detrahere. e Porro qui iudicat legē cōtrauenit legi. Atq; is (cū obſeruator eſſe deberet ac ſubditus) iudicem tamē ſe po tius exhibet. f Vnus eſt enim qui tulit legē & iniunxit hominibus obſeruandam, cuius eiuſdem officiū eſt ſecūdū eam homines iudi care, g qui poteſtatem habet ſecundum ſuū iudiciū, & perdendi tranſgreſſores & ſaluā di innocentes obſeruatoresq; præmiandi. h Ad te autem ô homo mortalis nō ſpectat, nec tibi licitum eſt, ante tempus iudicare pro ximum tuum. i Quàm vero ridiculi ſūt qui bus eſt conſuetudo tam determinate & aſſer tiue de futuris loquendi, quaſi in eorum ſint poteſtate ſita tempora, dicētes: a Hodie aut cras proficiſcemur huc aut illuc, & ibi per manebimus annum vnum, & negociationes exercebimus, & lucrum faciemus. Cū igno rent, quid vel craſtino die de ipſis acturus ſit dominus: b Vere enim nimia breuitas eſt vitæ veſtræ & incertitudo maxima (quem admodum de vapore eſt, qui ad modicū tē pus apparet, & ſtatim reſoluitur vt non vl tra appareat) vt merito eius conſideratione debeamus cuncta quę de futuris diſponimus, diuinæ diſpoſitioni ſubmittere, vt dicamus. c Faciemus hoc aut illud, ſi diuinę volunta ti ita fuerit placitum, & ſi vitam nobis ſerua bit Deus, aut per ſimilem aliquam diuinæ ꝓ uidentiæ expreſſiuam particulam. d Nūc autem gloriamini in pompoſis veſtris ſermo nibus, ſic loquentes quaſi qui ſingula vitæ veſtræ momenta, & omnium venturorum diſpoſitionem in manu habeatis. e Omnis talis ſuperba iactabundaq; exultatio, à ma lo eſt,

d ꝛ iudicat legem.

e Si autē iudicat le gē, non eſt factoꝛ le gis, ſed iudex.

f Unus eſt enim le giſlatoꝛ ꝛ iudex.

g qui poteſt ꝑdere ꝛ liberare.

h Tu aūt quis es, q̄ iudicas ꝓximū tuū?

i Ecce nunc qui dici tis.

a Hodie aut craſti no ibimus in illā ci uitatē, ꝛ faciemꝰ ibi quidē annū ꝛ merca bimur, ꝛ lucrum fa ciemꝰ qui ignoꝛatis quid erit i craſtinū.

b Que eſt em̄ vita ve ſtra? Uapoꝛ ē ad mo dicū parens, ꝛ dein ceps exterminabit, pꝛo eo vt dicatis.

c Si dn̄s voluerit, ꝛ ſi vixerimus faciemꝰ hoc vel illud.

d Nūc aūt exultatis in ſuperbijs veſtris.

e Omnis exultatio talis, maligna eſt.

lo eſt, & ſuperbiam ſapit, Vere enim humilis, diuinæ prouidentię ſua ſubmittit omnia. f Itaq; ſcienti bonum, quod facere oportet, & non facienti, hoc inpeccatū reputabitur, quod id quod faciendū nouit, facere omiſit.

f Sciēti igit̃ bonū facere / ꝛ non facienti / peccatum eſt illi.

ELVCIDATIO CAPITIS Quinti.

a Tandem ad vos ſermonem vertens ò mundi diuites & potentes, denuncio vobis fletum & vlulatū ſuper miſeriis quæ vos manent, niſi per pœnitentiam deum iudicē placaueritis. b Ecce veſtræ diuitiæ quas coaceruaſtis per auaritiam in horreis, præ abundantia putrefactæ ſunt, vt nullo vſui ſint aptæ, quas debueratis in pauperum ſuſtentationem, ex Dei præcepto, erogare. c Veſtimenta quæ vobis p̄ ſuperbiam & curioſitatem præparaſtis plurima, propter abundantiam, à tineis comeſta ſunt pauperibus nudis & in egeſtate relictis d Aurū veſtrum & argentum quod immodice compegiſtis, ærugine corroſum eſt, & ærugo eorum erit vobis velut teſtis ad condemnationem veſtram, f & igni æterno vos reddet obnoxios quoniam ea maluiſtis ærugine fruſtra conſumi, quàm in miſericordiæ opera expendi vtiliter. g Theſaurizando comparaſtis vobis iram dei, in nouiſſimo examinis die, quæ tunc ſuper vos reuelabitur. h Ecce vindictam expoſcet apud deum merces detenta operariorum veſtrorū qui maximos veſtros agros. & ampliſſima prædia coluerunt, quam per auaritiam detinuiſtis & imminuiſtis: i & dominus deus exercituum exaudiuit voces pauperum clamantiū ad ſe, propter ſibi factam iniuſtitiā, facturus vindictam acerrimam ſuo tempore. a In voluptatibus vitam duxiſtis ſuper terram & in laſciuiis & petulantiis luxurię enutriſtis viſcera veſtra, p̄ oīa carnis curam dilig

TEXTVS. CAP. Quintum.

a Agite nūc diuites plorate vlulātes in miſeriis veſtris que aduenient vobis.

b Diuitię veſtre putrefacte ſunt /

c ꝛ veſtimenta veſtra atineis comeſta ſūt.

d Aurū ꝛ argentum veſtrū eruginauit / e ꝛ erugo eoꝝ in teſtimoniū vobis erit. f ꝛ manducabit carnes vr̃as ſicut ignis

g Theſaurizaſtis vobis iram in nouiſſimis diebus.

h Ecce merces operariorū qui meſſuerūt regiōes veſtras / q̄ fraudata eſt a vobis, clamat /

i ꝛ clamor eoꝝ in aures dn̄i ſabaoth introiuit.

a Epulati eſtis ſup terram ꝛ in luxuriis enutriſtis corda veſtra.

b In die occiſionis adduxiſtis & occidiſtis iuſtum, & non reſtitit vobis.

c Patientes igitur eſtote fratres, vſque ad aduentū domini.

d Ecce agricola expectat precioſū fructum terre,

e patiēter ferēs, donec accipiat tēporaneum & ſerotinum.
f Patiētes igit̄ eſtote & vos, & confirmate corda veſtra,

g q̄m aduentus dn̄i appropinquabit.
h Nolite ingemiſcere fratres in alterutrum,
i vt non iudicemini,

a Ecce iudex ante ianuam aſſiſtit.

b Exemplū accipite fratres, exitus mali laboris & patientie, prophetas qui loquuti ſūt in nomine dn̄i.

diligentiſſime perficere curantes. b In die quando immolandæ vobis erant propter ſolēnitatem Paſchæ legales victimæ iuſtum Ieſum & innocentem vos Iudæi vinctū adduxiſtis morti, & mortis reū condēnaſtis ac denique iniuſte occidiſtis, nihil illo vobis reſiſtente. Ecce qui nunc ſimilia patimini per iuſtitiam potentem Chriſtum dominū habetis eiuſdem rei exemplum. c Itaque hoc exemplo animati moneo, vt patientes ſitis, vſque ad aduentum domini quando & illorū nequitia vindictam, & veſtra patientia recipiet coronam. d Ab agricola diſcite patientiam, qui poſtquam ſeminis in terram iacti fecit diſpendium, patienter fructū terræ precioſum (quem ſuo tempore ex ſemine illa eſt productura) expectat nihil murmurans ſi non ſtatim iacto ſemine prodeat fructus: e ſed patienter ſuſtinet, donec in futuro accipiat fructum duplicem, priorē quidem, & qui adiicitur poſteriorem. f Sic & vos qui modo in lachrimis ſeminaſtis, patientes eſtote & perſeuerantes, voſipſos per patientiam confirmantes, quoniam in proximo eſt & non tardabit qui copioſiſſime remuneratur⁹ eſt vobis. h Nolite fratres cum ab aliis oppreſſi perſecutionem ſuſtinetis, aduerſus inuicem, ex odio aut vindictæ amore aut murmuratione ingemiſcere, i vt non fructum patientiæ perdentes, etiam condemnationis æternæ iudicio efficiamini obnoxii. a Ecce qui iudicabit adeſt vbique videns omnia, vt eum latere nihil poſſit, & in proximo eſt vt coronet, quos comprobatos conſpexerit. b Sint vobis pro exemplo Prophetarum affectiones, etiam vſque ad ignominioſę mortis exitum, vna ex parte: & contra hæc illorum longanimis patiētia qui tamen tam inſigni erant ſanctitate, vt etiam per ſpiritum domini futura prædicerent.

cerent. c Scitis quod beati prædicantur, & memoria æterna commẽdati facti ſunt, quos probauit patientia. d Nemo veſtrum eſt, qui non audierit de inſigni illa patientia beati viri Iob. e Cognoſcitis ſimiliter, quo fine dominus eius patientiam remunerauerit, etiam in pręſenti vita reddens ei dupla omnia: f quoniam natura miſericors eſt, et miſereri ſemper ſolitus Deus noſter. g Diligentiſſime autem abſtinete ab omni iuramẽto malo, vt non iuretis neque per cœlum, neque per terram, neque alio quocunq; ſuperfluo iuramento, h Sit autem ſermo veſter ſimplici affirmatione aut ſimplici negatione enunciatus, abſq; iuramẽti adiectione: vt nõ ex iuramenti ſuperfluo vſu iudiciũ incurratis. i Si quis veſtrũ triſtitia aut grauitate ſpiritus vexatur, oratione & Pſalmodia ſtudeat illã depellere, vt non immoretur in eiꝰ animo, nec ad impatientiã deueniat. a Si quis eſt corpore grauiter & cũ periculo infirmus curet adduci Pręſbiteros Eccleſię, qui ſuper eũ & pro eo orationem facientes, vngent eũ oleo ſancto & conſecrato ſanctæ vnctionis, cũ inuocatione nominis domini. b Et oratio illa communis fideliũ, per virtutẽ fidei tam inungentibus ad conferendũ, quam in vncto ad deuote ſuſcipiendũ exiſtentis, ſaluum faciet infirmum. c Ita vt melius habeat, aut etiam in totũ conualeſcat, iuxta quod expedire nouerit Deus. d Et ſi in peccatis exiſtat, per fidei & ſacramenti & orationis virtutem, dimittentur ei. e Denique cõfitemini peccata veſtra erga inuicem: maiora quidem ſacerdotibꝰ ſolis minora etiã proximis familiaribus: f & orate pro inuicẽ, vt pariter eandem ſalutem omnes conſequamini. g Multum enim potens & valida eſt oratio iuſti, ſi fuerit aſſidua, & efficaciter effuſa. h Id in Helia apertiſſime patet, qui

c Ecce beatificamꝰ eos qui ſuſtinuerũt/ d Sufferentiã Iob audiſtis/ e & finem domini vidiſtis/ f qm̃ miſericors dñs eſt & miſerator. g Ante omnia autẽ fratres mei nolite iurare neq; p celũ neq; per terram / neq; aliud quodcunque iuramentum. h Sit aũt ſermo veſter/ Eſt/ Eſt: Non/ Non: vt non ſub iudicio decidatis. i Triſtatur aliquis veſtrũ/ oret equo aio/ & pſallat. a Infirmatur quis in vobis/ inducat Preſbyteros Eccleſie/ et orent ſuper eum/ vngentes eum oleo in nomine domini. b Et oratio fidei ſaluabit infirmum/ c Et alleuiabit eum dominus: d Et ſi in peccatiſ ſit remittentur ei. e Confitemini ergo alterutrum peccata veſtra/ f & orate pro inuicẽ vt ſaluemini. g Multũ ei valet deprecatio iuſti aſſidua h Helias homo erat ſimilis nobis paſſibi

lis/ ⁊ oꝛatiōe oꝛauit
vt nō plueret ſuper
terrā/ ⁊ nō pluit an=
nos tres ⁊ mēſes ſex
ı ⁊ rurſū oꝛauit/ ⁊ ce
lū dedit pluuiā/ ⁊ t=
ra dedit fructū ſuū.
a Fratres mei ſi q̄s
ex vobis errauerit
a veritate ⁊ conuer=
terit quis eum/
b ſcire debet/ quoni
am qui conuerti fe=
cerit peccatoꝛem ab
erroꝛe vie ſue/ ſalua
bit aīaȝ ei⁹ a moꝛte.
c Et operit multitu
dinem peccatoꝛum.

oratione ſua cœlum continuit, vt non daret pluuiam ſuper terram, & nō fuit pluuia vlla per totum trium annorum ſpaciū & ſex menſium. i Iterumq; orando obtinuit, vt deſcenderet ſuper terrā pluuia, & dedit terra irrigata (vt ſolebat) fructum ſuum. a Fratres mei, ſi quis veſtrum errauerit a via veritatis, ſiue rectum fidei dogma deſerens, ſiue etiam vitę ac morum rectitudinem: qui illum ab errore ad rectum iter reduxerit, b ſciat ille, quod quiſquis peccatorem ab errore in quo viuebat quomodocunque conuerti fecerit, ſaluabit & eius et ſuam ipſius animā à morte æterna. c Plurima quoq; per tantum miſericordiæ op⁹ peccata delet corā domino, tam eius quem conuertit quam propria quibus erat forte venialiter maculat⁹.

Finit Textus Epi=
ſtole Canonice bea
ti Jacobi Apoſtoli.

Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam beati Iacobi Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPISTOlam Canonicam priorem beati Petri Apoſtoli.

SImon Petrus, diſperſis per diuerſa loca fidelibus, ſui paſtoralis memor officii, hanc ſcribit exhortationibus & bonis inſtructionibus plenam epiſtolam. In cuius principio, regeneratoris noſtri Dei miſericordiam benedicens, quæ à nobis per Chriſtum ſperantur futura bona commemorans, monet propter horum expectationem, in tribulationibus (quæ ad exercitium & probationem fidei à Deo, electis aduenire permittuntur) eſſe patientes: eorum in hoc fidem collaudans, quod in eum quem non vidiſſent crederent, per quam fidem, dicit eos peruenturos ad veram ſalutem, de qua & olim a diebus antiquis prædixerunt Prophetæ, non quidem ſibi, nec ſuo tempore implenda, ſed pro tempore iſto gratiæ, in quo nos ſumus nouæ

legis

legis Chriſtifideles. Propter quod, tāta accepta gratia, monet eos ſuccinctos lumbis mentis, ſecundum ſpem & vocatione ſuam digne & ſancte in omni cōuerſatione viuere, quomodo ſanctus eſt qui vocauit nos Deus: qui cum ſine perſonarum acceptione iudicet de omnibus, merito nos oportet de noſtra bona conuerſatione eſſe ſolicitos: ſcientes quanto nos precio agnus Dei immaculatus redemerit ad vitam: Conſcientias noſtras caſtificando ac puras faciendo, potiſſimum charitate, tanquam qui ſpirituali generatione per ſemen Verbi Dei ſimus regenerati, quam ſane regenerationem ſpiritualem ſancta decet & ſpiritualis conuerſatio. Popter quod, ſecundi capitis initio, tanquam paruulos in Chriſto regeneratos, omni malitia & dolo abiectis, ſalutaris doctrinę lac monet concupiſcere, & Chriſti dulcedinem guſtare, eique tanquam lapidi viuo per fidem aſſociari, in ſpiritualis ædificii, hoc eſt, Eccleſiæ ſanctę compoſitionē: De quo lapide conſequēter narrat quēadmodum à quibuſdā ſit repulſus, eiſq; petra offenſionis factus, aliis autem credētibus factus fuerit in honorē: ita vt propter fidem eius, & regale ſacerdotium, & gens ſancta nominentur, populusquoque mirabiliter acquiſitus, ad laudē gloriæ Dei. Hortatur autem omnes, quaſi aduenas in hoc ſæculo, a carnis cō cupiſcentiis abſtinere, & inter gentes bene prudenterque conuerſari, vt omnem auferat eis occaſionem bonum nomen Chriſti maledicendi, omnibus hominibus iubens eos eſſe ſubditos, pręcipue ſæcularibus poteſtatibus, eo quod ſic ſit voluntas & ordinatio Dei, a quo eſt omnis poteſtas, nec prætextu libertatis Chriſtianæ aliud agant, quam debent. Seruos autem peculiariter, ad obedientiam dominis etiam difficilibus & moroſis præſtandam, inſtituit: in hoc dicens eſſe Chriſtianæ perfectionis gratiam, ſi quis etiam ſine cauſa ferat patienter, quæ non commeruit: Chriſti domini ad hoc exemplum inducens, qui ſine omni ſuo demerito peccata noſtra ipſe pertulit in ligno. Cuius exemplum, poſtquam ad ipſum conuerſi ſumus paſtorem noſtrum & epiſcopum, omnimodis nos congruit imitari. Dehinc tertio capitulo mulieres inſtituit, docens eas viris eſſe debere ſubditas & in timore erga viros ſancte conuerſari: ornatumque ſuperfluum et curioſum exterioris hominis interdicens, verum ornatum qui eſt in interiori homine, in ſpiritu pacato, modeſto, & humili, manifeſtat: exemplum Sarę, quæ Abrahæ vt domino obediuit, eis tanquam bonis filiabus proponens. Viros autem docet ſuis vxoribus tanquam vaſculis infirmioribus ſecundum diſcretionem

couti,eiſque pro ſua infirmitate deferre, non quaſi ſcortis abuti, aut quaſi ancillas contemnere. Poſt quod,ad generalem exhortationem tranſiens,omnes ad fidem, vnanimitatem, fraternum amorem,& cæterarum virtutum ſtudia,adhortatur:præcipue autem ad patientiam exhibendam,ne malum reddant pro malo,ſed in omnibus à malo declinantes, ſectentur quæ bona ſunt: & ne præter Chriſtum dominum quenquam metuant,aut ab vlla poteſtate terreantur,poſtquam virtutis ęmulatores ſe exhibuerint: parati ſemper ad rationabilem reſponſionem,iis qui de ſua fide & ſpe eos interrogauerint,vt ſic tam exemplo quam verbo poſſint & alios lucrifacere. Bonum autem eſſe pro iuſtitia pati,Chriſti exemplo declarat:qui pro nobis iniuſtis, iuſtus ipſe mori voluit. Quiquidem Chriſtus, non ſolum nunc de noſtra liberatione eſt ſolicitus,pro noſtra ſalute veniens in carne viſibiliter,ſed etiã olim ſolicitus fuit pro conuerſione hominum,in diebus Noe:quãdo ſpiritu veniens,per ſanctos viros ſancto ſpiritu inſpiratos,excæcatos illius temporis homines, ad pœnitentiam reuocare ſatagebat: vbi occaſione Noe de arca loquens, ipſam euaſionem per arcam cum baptiſmali regeneratione, tanquam figuram cum figurato,comparat. Quarto autem capitulo,omnes monet fideles, recogitatione exempli huius quod in Chriſto præceſſit,contra omnes malas concupiſcentias carnis armari, & ſolius Dei voluntati de cætero obtemperare, Iterumque ad orationis & charitatis cæterarumque virtutum ſtudia,eos adhortatur,& peculiariter ad adminiſtrandum acceptas gratias in inuicem. Deinde eos pręmonet,ne eis mirum & nouum videatur,quod pro veritate perſequutionem patiantur:ſed magis gloriæ ſibi ducant,pro iuſtitia & Chriſti nomine,ſine cauſa mala pati. Vltimo deinde capitulo,preſbyteros & prępoſitos monet ſacerdotes,gregi ſibi credito fideliter intendere,eique ſe formam & exemplum exhibere, ex animo propter Deum: Adoleſcentes ſenioribus ſubeſſe. Omnes vero erga inuicem humilitatem demonſtrare. Sub potenti quoque manu Dei,vt exaltentur venturo tempore,nũc eos docet humiliari omni ſolicitudine in Deum proiecta. Sobrios quoque ac vigilantes eſſe,contra aduerſariorum aſtutiam,importunitatem & crudelitatem. Tandem pro eorum conſummatione Deum deprecat⁹,familiarib⁹ ſalutationib⁹ adpoſitis,ita claudit Epiſtolã.

Finit Argumentum.

Elucidatio

IN EPISTOLAM CANONICAM PRIOREM Beati Petri Apoſtoli.

ELVCIDATIO Capitis primi.

a PEtrus Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſcribit ſalutemque dicit fidelibus electis a Deo, b qui propter diſperſionem ex perſequutionis rabie quaſi aduenæ & peregrini agunt apud Pontum, Galatiam, Cappadociam, Aſiam atque Bithyniam: c electis, inquam, ſecundũ Dei patris æternam præſcientiam, d in ſãctificatione ſpiritus, quæ eſt iuſtificatio ex fide: e ad obediendum fidei, & participandũ de virtute & efficacia ſanguinis Ieſu Chriſti, quo aſperſi ſunt omnes fideles. f Gratia vobis & pax vera, a Deo copioſa donetur, & creſcat de die in diem. g Benedictus ſit Deus qui eſt pater domini noſtri Ieſu Chriſti, h qui non ſecundum noſtrorum operũ merita, ſed ſecundum magnam miſericordiã ſuam renaſci nos fecit generatione ſpirituali (quę eſt ſecunda hominis natiuitas) in ſpẽ vitæ ęternæ, i per reſurrectionem a mortuis Ieſu Chriſti: a vt ſuo tempore accipiamus illam æternæ vitę hęreditatem, quę eſt incorruptibilis atque indeficiens, nulla imperfectione aut defectu contaminata, & in eodem ſemper flore gratiſſima permanens, b quę ſuo tempore reddenda ſeruatur in cœ-

TEXTVS

Epiſtolæ Canonicę prioris beati Petri Apoſtoli.

TEXTVS. CA. primum.

a Petrus Apoſtolus Jeſu Chriſti electis
b aduenis diſperſionis Ponti/ Galacie/ Cappadocie/ Aſie ꝛ Bythinie
c ſecundum preſcientiam Dei patris/
d in ſanctificationẽ ſpiritus/
e in obedientiam et aſperſionem ſanguinis Jeſu Chriſti:
f Gratia vobis ꝛ pax multiplicetur.
g Benedictus Deus et pater domini noſtri Jeſu Chriſti/
h qui ſecundum miſericordiam ſuã magnam regenerauit nos in ſpem viuam/
i per reſurrectionẽ Jeſu Xpi ex mortuis/
a in hereditatem incorruptibilem ꝛ incontaminatam/ ꝛ immarceſcibilem/
b cõſeruatã in celis.

in vobis,
c qui in virtute Dei cuſtodimini per fidem in ſalutem paratam reuelari in tempore nouiſſimo:
d In quo exultabitis, modicum nunc ſi oportet contriſtari in varijs tentationibus,
e vt probatio veſtre fidei multo precioſior ſit auro quod per ignem probatur.
f Inueniatur in laudem & gloriam & honorem in reuelatione Ieſu Chriſti,
h quem cum non videritis diligitis, in quem nunc quoque non videntes creditis,
h Credentes autem exultabitis letitia inenarrabili & glorificata,
i reportantes finem fidei veſtre ſalutē animarum veſtrarum.
a De qua ſalute exquiſierant atque ſcrutati ſunt Prophete,
b qui de futura in vobis gratia prophetauerunt.
c Scrutantes in quod vel quale tempus ſignificaret in eis ſpiritus Chriſti,
d prenuncians eas que in Chriſto ſunt paſſiones,

lis, erga vos, & pro vobis omnibus: c quos nunc virtus ſpirituſſancti cuſtodit per fidē, vt ſitis apti & digni ad recipiendam ſalutē illam, quæ credentes manet, reuelanda in nouiſſimo die. d Ob quam rem, & in qua re exultare & gaudere plurimum debetis: etiā ſi nunc in hoc tempore multa occurrant aduerſa, & tentationes plurimæ, quæ triſtitiā adferunt corpori: quæ non niſi modicum aliquid videri poſſunt ſi ad illius futuræ glorię retributionem, mens noſtra conſpiciat. e Hoc enim Deo ſic diſponente permittitur, vt fides veſtra ſic per patientiā probata fiat prę clarior, quomodo aurum igne examinatum probatius habetur: f & ſic probata ac precioſa inueniatur, tam Deo quā vobis, ad laudem, gloriam, & honorem, in die quando reuelabitur iuſtus ille iudex Chriſtus Ieſus. g Quem vos tametſi non videritis corporeis oculis, diligitis tamen: quemadmodum & creditis in eum, tametſi corporeis oculis nunc eum non videatis, aſſumptum in cœlos, atque ex vobis plurimi nunquam illum corporis viſu conſpexerint. h Qui autem nunc ſic in eum quem non videtis creditis, per fidem hanc perducemini ad exultationem & lætitiam futuram, ineffabilem & pleniſſime glorioſam, i recipientes finalem retributionē & fructum vltimum fidei veſtræ in qua hic ambulaſtis, ſalutem animarum veſtrarum: id eſt, vitam in Deo ſempiternā. a De qua ſalute diligenter atque vigilanter exquirentes, perſcrutati ſunt priores patres atque Prophetæ, b qui multo ante de hac gratia nouæ legis (quæ tunc adhuc futura erat) prędixerant: c diligenter conſyderātes in quod tempus iſta reſpicerent, & quando eſſent implenda, quæ ſignificabat aliquando implenda ſpirituſſanctus, d prænuncians & multo ante prædicens paſſiones Chriſti, quas

pro huma

pro humani generis ſalute erat paſſurus, & ſubſequuturam poſt hæc perfectam gloriam qua à patre erat poſt paſſiones ſublimand⁹. c Reuelatum eſt autem eis (ſpirituſancto eodem docente) quoniam non ſibimet ipſis iſta prænunciarent, hoc eſt quod non pro ſuo tēpore iſta dicerent, f ſed poſterioribus generationibus (hoc eſt, vobis qui nūc eſtis in mūdo) prophetabant & prænunciabant tunc ea quaſi ventura quæ nunc vt preterita & impleta nunciata ſunt vobis, g per eos qui ſpiritu ſancto de cœlo poſt chriſti aſcenſionem miſſo & in ſe accepto, euangelizauerunt vobis ſancti euangelii verbum, hoc eſt per apoſtolos Chriſti. h In quæ admiranda illa vobis euangelizata, aut in quem chriſtum, angeli ſumma oblectatione indefeſſe proſpiciunt, quibus ſatietas eſt & beatitudo illam contueri Chriſti gloriam, quam vobis nos prædicauimus. i Tales igitur habentes promiſſiones, taliburq; propoſitis præmiis mentem & omnes animæ vires ab omni impedimento & ſuperfluitate vanitatum præcingentes, a ſobrie quoque omnibus quæ in hac vita ſunt vtentes non niſi quantum ad neceſſitatem attinet, & omnimodis perfecti iuxta gratiam Dei, b ſperando acceptare gratiam iſtam quæ vobis vltro offertur, dum per Apoſtolorum prædicationem vobis Chriſtus Ieſus manifeſtatur, tanquam filii bene obedientes, c non amplius priora illa carnis deſyderia, quibus in infidelitate veſtra ſeruiebatis inſequentes: d ſed ita conuerſantes ad exemplum Chriſti, vt quēadmodum ipſe qui vos vocauit Deus fact⁹ eſt, ita & vos ſancti ſitis in omni conuerſatione veſtra: e quemadmodum in veteri lege, filiis Iſrael ſcriptum fuit: Sancti eſtote, quoniam ego ſanctus ſum. f Et ſi creditis deūquē vt patrem adoratis & inuocatis, talem eſſe qui

ꝛ poſterioꝛes glīas.

c Quib⁹ reuelatū ē q: non ſibimetipſis

f vobis aūt miniſtrabant ea que nūc nūciata ſunt vobis/

g p eos qui euāgelizauerunt vobis: ſpū ſctō miſſo de celo/

h in quez deſiderāt angeli pꝛoſpicere/

i pꝛopter qđ ſuccincti lumbos mētis veſtre/

a ſobꝛij/

perfecti/

b ſperate i eā quę offertur vobis gratiā in reuelationem Jeſu Chꝛiſti.

c Quaſi filij obedientes nō cōfigurati pꝛioꝛibus ignoꝛātie veſtre deſiderijs d ſed ſcđz eū qui vocauit vos ſanctū: vt ⁊ ipſi in oī conuerſatiōe ſancti ſitis e quī ſcriptū eſt ſancti eſtote qm̄ ego ſanctus ſuz.

f Et ſi patrē inuocatiſ eū q̄ ſine acceptiōe

perſonaꝝ indicat ſecũdũ vniuſcuiuſq; opus. g In timore incolatus veſtri tempore conuerſamini/ h Scientes q nõ corruptibilib⁹ auro vł argẽto redẽpti eſtis de vana veſtra cõuerſatione paterne traditionis/ i Sed ꝓcioſo ſanguine quaſi agni incontaminati ⁊ immaculati xp̃i. a precogniti quidẽ ante mundi conſtitutionem/ b manifeſtati autem nouiſſimis tꝑibus/ c ꝓpter vos qui ꝑ ipſũ fideles eſtis i deo d qui ſuſcitauit eũ a mortuis/ ⁊ dedit illi gloriã vt fides vr̃a ⁊ ſpes eſſet in deo/ e aias veſtras caſtificantes in obediẽtia charitatis/ in fraternitatis amore/ ſimplici ex corde inuicẽ diligite attẽti⁹. f renati ex ſemine non corruptibili/ ſed incorruptibili. g ꝑ verbũ dei viui ⁊ ꝑmanẽtis in eternũ/

qui ſine perſonarum acceptione vnumquenque iudicabit ſecundum opera ſua, g merito vtique in omni timore & circunſpectione conuerſãdum vobis erit hoc tempore peregrinationis veſtræ, donec huius mundi incolæ eritis. Illud ſemper ante oculos habentes, h ꝗ non corruptibili precio, vtpote auro vel argento vel alio quouis lapide precioſo, liberati eſtis & redempti à veſtra mala conuerſatione, in qua vos inſtituerant idololatræ & inobedientes patres veſtri, i ſed precio ſanguinis agni illius immaculati & incontaminati Chriſti Domini noſtri: a quem ab æterno quidem ante mundi conditionem, pater, ad humani generis redemptionem, ſuo tempore mittendum præordinauerat, b ſed nunc primum veniente plenitudine temporis, circiter finem mundi manifeſtũ fecit: carne eum humana viſibilem, & ꝑ Apoſtolorum prędicationẽ toti orbi cognitum faciens. c Manifeſtum, inq̃, ſic fecit ꝓpter ſaluandos vos qui per ipſum creditis in Deũ vtpote per filium factum viſibilem, in patrẽ inuiſibilem manentem: d qui pater eum ſuſcitauit à mortuis, & glorificauit, atque exaltauit ad dexteram ſuam vt crederetis atque ſperaretis in eũ: non vt in purũ hominem, ſed verum etiã deũ, ſuo patri per oĩa aqualem. e Sitis quoque purificantes aĩas veſtras ab omni malitia & amaritudine, ꝑ obediẽtiã charitatis fraternę, ſubiecti inuicẽ in timore Dei. Et in amore fraterno, ex ſimplicitate cordis veſtri, frequenter vt poteſtis diligite inuicẽ, f nati denuo ſpũali regeneratione: non ex ſemine terreno & corruptibili, ex quo erat prima veſtra naturalis generatio, ſed ex ſemine incorruptibili & ſpirituali, g quod eſt verbum ſancti euangelii. Verbum Dei viui, qui in æternum permanet. Propter quod etiam æterna eſt & ſpiri

tu alis

tualis regeneratio, quæ per eius fit verbum. h Nam de carnali generatione illud cõſtat ꝙ æterna non ſit: quoniam omnis caro vt fœnum eſt, nihil perdurans, & oĩs gloria eiꝰ inſtabilis & breuis eſt, i quemadmodum flos graminis, qui ſtatim vt ſole æſtuãte gramen aruerit, ſimul decidit. a Sed verbum domini permanet in æternum, & item quæ ex eo eſt ſpiritualis generatio permanebit æterna. b Hoc aũt de quo loquimur verbi diuini ſemen, ipſũ eſt quod vobis per apoſtolos Chriſti euangelizatum & prædicatũ eſt. per quod credentes regenerati eſtis, generatione illa quæ permanebit in æternum.

h Quia omnis caro vt fenũ & omnis gloria eius tanquam flos feni
i Et exaruit fenũ & flos decidit/
a Verbum aũt domini manet in eternũ.
b Hoc eſt aũt verbũ quod euangelizatũ eſt in vos.

TEXTUS. CA. ſecundum.

a Deponentes igitur oẽs malitiam & oẽm dolũ/ & ſimulatiões & inuidias & omnes detractiones/
b Sicut modo geniti infantes/
c rationabiles/ & ſine dolo lac cõcupiſcite
d vt in eo creſcatis in ſalutem/
e Si tñ guſtatis qm̃ dulcis eſt dominus.
f Ad quẽ accedẽtes lapidẽ viuũ ab hoĩbus quidẽ reprobatũ

¶ ELVCIDATIO CAPI. Secundi.

a Itaq; chariſſimi, moneo & adhortor vos vt depoſito oĩ eo quod malum eſt: hoc eſt, dolo, ſimulationibus duplicatis, inuidia, detractionibus (quæ omnio diuinæ generationi contrariantur) b quaſi infantes, iam recenter per verbum euangelii in Chriſto geniti, c non iã vt olim irrationabilium more pecudum, ſed vt rationabiles & ſpirituales, lac cœleſtis doctrina (quod & ipſum prius ſemen appellauimꝰ) deſyderate & poſtulate à Deo, d vt in eo in quo veſtræ regenerationis habuiſtis initium, ſimul etiam creſcatis, & perficiamini in ſalutem æternam. e Hoc autem dico & vos facile capitis: ſi modo, vt omnino de vobis confido, guſtum diuinæ dulcedinis experti agnoſcitis, quod ſuauis et dulcis eſt chriſtus dominus. f Ad quẽ voſipſos adiungẽtes, tanquam ad lapidem viuum, omnibꝰ vitam largientem qui ſe illi per fidem coniunxerint ab hominibus quidem incredulis, gẽtibus atq; Iudæis abiectum & contemptui habitum, à Deo autẽ & apud deum electum & glo

g ⁊ ipſi tanq̄ lapides viui superedificami ni/ domus ſpūalis/

h in ſacerdotium ſā ctū offerentes ſpūa les hoſtias/ accepta biles Deo p̄ Jeſum Chriſtum/

i Propter quod cō= tinet ſcriptura: Ec= ce ponā in Syon la pidē ſūmū angularē

a probatū electum preciosum:

b ⁊ qui crediderit in eum / nō cōfūdetur.

c Uobis igit̄ credēti bus honor/ non cre dentibus autem/

d lapis quē reproba uerunt edificantes hic factus eſt in ca= put anguli/

e ⁊ lapis offenſionis ⁊ petra ſcādali/ his qui offendūt verbo nec credunt in quo ⁊ poſiti ſunt.

f vos aūt genus ele ctū/ rega le ſacerdo= tium/

g Gens ſancta popu

& glorioſum, g ſuperædificari, & ſuperip ſo ſtrui voſipſos curetis, per fidem ei adhæ= rendo, vt efficiamini pars eccleſiæ Dei, quæ eſt domus ſpiritualis, in qua Chriſtus Domi nus & pater ipſe inhabitat, h & efficiami ni ſacerdotes ſancti ad offerendum hoſtias rationabiles & ſpirituales, Deo acceptabi= les per Ieſū Chriſtū, Omnes enim orationes fidelium & gratiarum actiones, per Ieſum Chriſtum patri acceptæ fiunt. i Quibus conſonat ſcriptura Prophetica: Ecce pono in Syon lapidem ſummum angularem, id eſt, qui ſtructuræ parietum angulos complecta tur, in vnum coniungat, atque contineat: a lapidem multis paſſionum tunſionibus be ne probatum, electum à Deo, & precioſum b Et omnis qui in hunc viuum lapidem cre dens, ſe illi adiunxerit non confūdetur in no uiſſimo, ſed ſaluabitur. Vobis igitur ex hoc lapide honor eſt qui in eum credidiſtis, incredulis autem contingit, & quantum ad eos illud impletur, quod in Pſalmo de hoc lapide dicitur: d quoniam lapis iſte quem ædificare volentes ſuam Synagogam Iudæi, quaſi inutilem abiecerunt, tandem di uina diſpoſitione factus eſt clauſura, & con ſummatio totius ædificii, poſitus in ſummi= tate ſtructuræ, ad continendum in angulo diuerſos parietes. e Eſtq; lapis offenſionis in quem impingūt, & petra ſcandali ad quā ſe collidunt, ii qui impingunt in verbū fidei, illi ſe opponendo, & non credunt verbo, ad quod tamen à deo vocati fuerunt, vt per ip ſum ſalui fierent. Vobis autem qui in eū cre didiſtis, illud merito aptari poteſt, quod o= lim populo Iſraelitico ſecundum carnē, ſub typo populi fidelis, Moyſes loquebatur. f Nempe quod ſitis genus à Deo electum, & regale ſacerdotium, quos ſimul omnes (ſpūs ſācti vnctione) Chriſtus fecit reges, & ſacer dotes: g gens ſancta per fidem, populus pe

culiaris

culiaris, magno precio emptus, comparatus, & conquiſitus ad dei gloriam: h vt libera litatem, benignitatem, miſericordiam, charitatem & omnem virtutem eius, quam erga nos oſtendit perpetua laude, & gratiarum actione continua prędicetis quicunq; ei⁹ beneficia agnoſcitis. i Eius, inquam, qui de tenebris infidelitatis & ignorantiæ noſtræ, p vocationis ſuæ gratiam dignatus eſt nos educere, in admirabile lumen ſuum, quod per ſpiritum ſanctum in cordibus noſtris exortum fideles nos fecit. a Qui aliquando eratis non populus Dei, Deo ingrati & odibiles propter infidelitatem: nunc autem, propter fidem, peculiaris populus Dei. b Qui aliquando non conſecuti miſericordiam, ſub ira Dei degebatis: nunc autem miſericordiam conſequuti, in gratia Dei eſtis. c Quoniam igitur tantis vos beneficiis Deus dignatus eſt, obſecro vos chariſſimi, vt tanquam aduenæ & peregrini in hoc ſæculo, non inhærentes huic mundo, ſed proficiſcentes ad patriam, abſtineatis à carnalibus concupiſcentiis, eis nullo modo obſequentes:
d quæ pugnant contra animam, vt eam diabolo tradant, & ſpiritui aduerſantur, contra quem concupiſcunt. e Conuerſationem veſtram quam inter gentes ducitis, ſtudentes habere bonam ac probatam: f vt quantum ad obtrectationes quibus vos infamare quærunt & de vobis male loqui, tanquam de maleficis, g cum diligenter veſtram cõuerſationem conſyderauerint, & inuenerint nihil ſe reprehenſione dignum in vobis conſpicere, h ſic per efficaciam bonorum exemplorum veſtrorum inducantur ad glorificandum Deum in tempore quo eos Dominus viſitare ad conuerſionem ſuam diſpoſuerit. Infideles enim qui prius fideles blaſphemabant, poſtquam per bona exem

lus acquiſitionis; h vt virtutes annũcietis eius;

i vt de tenebris vos vocauit in admirabile lumen ſuum.

a Qui aliquando non popul⁹ dei nũc autem populus dei

b Qui nõ conſecuti miã; nunc aũt miã conſecuti.

c Chariſſimi obſecro vos tanq̃ aduenas & peregrinos abſtinere vos a carnalibus deſideriis.

d que militãt aduerſus animam.

e Conuerſationẽ veſtram inter gentes habentes bonam; f vt in eo quod detractant de vobis tanq̃ de malefacto: ib⁹ g ex bonis operib⁹ vos conſiderantes;

h glorificent deum in die viſitationis.

exempla eorum fuerint etiam ipſi (diuina p̄ueniente viſitatiõe) ad fidem conuerſi, glorificant & laudant Deum, propter bonam conuerſationem fidelium, per quam ſe de infidelitate & errore agnoſcũt liberatos. i Illud itaq; vos præcipuè moneo, vt omnibus hominibus per veram humilitatem, propter deum ſubiiciatis voſipſos, habẽdo omnes in reuerentia, amore, & honore, quaſi ſuperiores vnicuiq; in ſuo gradu & ordine. d Regi quidem, tanquam aliis præeminenti, & populo præpoſito: b ducibus item & inferioribus ſub rege poteſtatibus, quaſi à deo deſtinatis & ad hoc deputatis, c vt pro maleſactis vindictam, pro benefactis laudem et præmium reddant, quod eſt adminiſtrare iuſtitiam. d Sic enim deus vult, & ita fieri oportet, vt per veſtra benefacta & conuerſationem veſtram, occludatis os hominibus infidelibus & veritatis ignaris, qui vos obſeruant, vt inueniant vnde vobis male loquantur. e Sic autem vos in omnibus geratis, quaſi vera & ſpũali libertate exiſtentes liberi. Neq; habeatis libertatẽ pro velamine malitiæ, ſub prætextu libertatis euangelicæ carnis petulantiam perficientes: quemadmodũ faciunt qui libertatem dant in occaſionẽ carnis, rebellãtes ſub ſpecie libertatis dominis ſuis temporalibus aut ſpũalibus, nolentes eſſe ſubiecti: f ſed ſic vos habete quaſi ſerui dei à cuius ſeruitute, vera libertas neminem ſubtrahit. g Itaq; rurſum vos moneo, vt omnibus honorem & reuerentiam exhibeatis, fraternam quoq; charitatem diligatis. h Deum timeatis, & regem honore afficiatis. i Qui autem ſecundum temporalem cõditionem ſerui ſunt, obediant dominis ſuis, cum omni reuerentia: a non modo benignis & facilioribus, verumetiam ſi difficiles fuerint atq; morosi, ob hoc eos dimittere non poſſũt. b Hæc

i Subiecti igitur eſtote oi humane creature propter deũ.

a Siue regi quaſi p̄cellenti,
b ſiue ducibus, tã q̄ ab eo miſſis.

c ad vidictam malefactorũ, laudem vero bonorum:
d Q2 ſic eſt volũtas dei, vt bñfaciẽtes obmuteſcere faciatis imprudẽtiũ hominũ ignorantiam.

e Quaſi liberi, & nõ quaſi velamẽ habentes malitie libertatem,

f ſed ſicut ſerui dei.

g Oẽs honorate fraternitatem diligite.
h Deum timete, Regem honorificate.
i Serui ſubditi eſtote i oi timore dñis,

a non tantũ bonis & modeſtis, ſed etiam diſcolis,

b Hæc enim eſt euangelicæ gratiæ perfe-ctio, ſi propter timorem Dei (dictante conſcietia) quis patiēter ſuſtineat triſtia aut grauia, ſine cauſa aut ſuo merito eiuſmodi patiens. c Nam quæ erit perfectio aut quæ ſupererogatio, quòd ue ſingulare præmium erit, ſi patienter ea tantum ſuſtineatis mala, quæ pro peccatis veſtris infliguntur vobis? d Veluti ſi quis (exempli gratia) propter peccatum ſeruꝰ à domino colaphis cędatur. Sic enim fures & latrones patiuntur. e Verum, ſi poſtquam omnia recte feceritis nihil mali promeriti, à moroſis tamen dominis ſine cauſa percutimini, & id patienter Deum habentes in conſcientia, ſuſtinetis: f hæc eſt Euangelicę perfectionis gratia, Deo placita, quam Chriſtus dominus & verbo docuit, & exemplo monſtrauit. g Ad hoc eſt̄ vocati eſtis, vt Chriſtum dominum veſtrum imitemini. Chriſtus enim dominus noſter, ꝓ noſtris demeritis pati voluit, vobis omnibus fidelibus exemplum in ſe relinquens ad imitādum, vt per eandem ſimiliter patientiæ viā pergatis. i Qui peccatum nullum vnquam commiſit, non modo in opere, ſed neq; in verbo doloſo aut mendacio. a Qui cum maledictis & contumeliis afficeretur, non reddebat maledicta. b Cum pateretur, nō intentabat crucifigentibus minas: c ſed volūtarie ſe tradebat (hoc eſt, tradi permittebat) ei qui ſe eſſet iniuſte cōdemnaturus ſine cauſa. d Qui pro peccatis noſtris pœnam ſuſtinuit, in carne ſua, in ligno crucis: e vt deſtructis & expiatis peccatis noſtris, nos à peccato deinceps ceſſantes, operaremur opera iuſtitiæ: cuius vulneribus & doloribus, vos ſanati eſtis. f Eratis enim ante conuerſionem, quaſi oues à recta via & a paſtore in deuia, poſt alienos deos & falſos paſtores, aberrantes. g Nunc autem rediiſtis per pœni-

b Hec eſt em̄ gratia/ ſi ꝓpter dei cōſcientiā ſuſtinet quis triſtitias/ patiēs iniuſte.
c Que em̄ eſt gratia
d ſi peccantes & colaphiſati ſuffertis?
e Sed ſi bñfaciētes patienter ſuſtinetis
f hec eſt gratia apd̄ deum.
g In hoc em̄ vocati eſtis.
h Qꝛ & chꝛiſtus paſſꝰ eſt pꝛo nobis vobis relinquens exēplū/ vt ſequamini veſtigia eius/
i qui peccatum nō fecit nec inuētꝰ eſt dolus in oꝛe eius/
a qui cū malediceretur nō maledicebat/
b cū pateretur/ non comminabatur.
c Tradebat aūt iudicanti ſe iniuſte/
d Qui pctā noſtra ipſe pertulit in coꝛpore ſuo ſuper lignū.
e vt pctīs moꝛtui iuſtitie viuamus cuiꝰ liuoꝛe ſanati eſtis.
f Eratis enim ſicut oues errantes:
g ſ; ꝯuerſi eſtis nūc

ad paſtorē & epiſcopū aiarū veſtrarum. poenitentiam ad fidem cōuerſi, ad illum qui eſt vere paſtor, curator & Epiſcopus animarum veſtrarum.

TEXTUS. CA. tertium.

a Similiter & mulieres ſubdite ſint viris ſuis/
b vt & ſi qui non credūt verbo mulierū cōuerſationem ſine verbo lucrifaciant.
c Cōſiderātes in timore ſanctā conuerſationem veſtram:
d quarum non ſit extrinſecus capillatura/ aut circūdatio auri/ aut indumēti veſtimentorum cult⁹.
e Sed qui abſcōdit⁹ eſt homo cordis/
f in icorruptibilitate quieti & modeſti ſpiritus/
g qui eſt in cōſpectu Dei locuples.
h Sic enim aliquādo & ſācte mulieres ſperātes i deo ornabāt ſe/ ſubiecte proprijs viris/

ELVCIDATIO CAP. Tertii.

a Quomodo autem ſeruos pręcepi dominis ſuis eſſe ſubiectos, ſic mulieres ſuis debent viris per reuerentiā & obedientiam ſuo modo eſſe ſubiectæ, b vt ſi qui forte ex viris, propter ſuam duritiē per verbum fidei conuerti non poſſunt ad fidem Chriſti, ſaltem exemplo bonæ conuerſationis mulierum trahantur ad eam, ſine verborum ſuaſionibus: quoniam efficacior eſt cōuerſationis probitas, quā virtus tātū ſermonis ſine operatione, c ſint, inquam, ſubdit mulieres diligenter & ſolicite curantes, vt ſanctam habeant conuerſationem ſuam. d Quas nolo extraneo ornatui ſuperfluo & curioſo, aut comæ curandæ & criſpandæ ſtudere, aut auro ſe ſuperfluo adornare, aut induendo veſtimenta nimium excedentis precii, ſuum corpus ſuperfluis ſumptibus excolere: e ſed interior homo, & ſpiritus latēs quem deus intuetur, ille curari debet & exornari bonis virtutibus: f quod erit ſi ſpiritum ſuum ſtudeant incorruptum integrū ꝗ ſeruare, in manſuetudine, & ſilentio atque inquiete, quæ ſui ſunt officii, ſine garrulitate & contentionibus omnia agentes, g quod eſt in mulieribus maximum ornamentum. Cuiuſmodi ſpiritum Deus maximi reputat, quique eſt apud Deum magni precii, magnæque æſtimationis, plus quàm omnia corporis quæ poſſunt adhiberi ornamenta. h Exempla attendant ſanctarum mulierum, de quibus in ſcripturis legimus, quod ſperātes in domino, & illi placere quęrētes ſic ſe ſpiritualibus ornamentis, per fidē & ſpem

& ſpem ornabant, ſubiectæ in honore & obedientia viris ſuis. i Quemadmodum (exempli gratia) Sara, Abraham vocauit dominum ſuum, in omnibus ei quaſi domino ſuo obedientiam præſtans. a Cuius eſtis vos ſanctæ mulieres filiæ, quæ credentes in Dominum, obeditis viris veſtris propter Deum, benefacientes, ſicut vobis ſecundum deum videtur conuerſando, & non pertimeſcentes vllam quæcunque aliunde acciderit, perturbationem, quoniam iuſtus non commouebitur in ęternum, & ab auditione atque perturbatione mala non timebit.

b Viri autem non deſpiciant vxores ſuas, quanquam ſubditas: ſed tanquam ſuis comparibus in coniugali actu potiſſimum, cohabitent eis ſocialiter, ſecundum ſcientiam; id eſt, cum diſcretione & ſolicitudine, c quaſi infirmioribus creaturis, quæ in ſe generationis ſemen & recipiunt & conſeruant ob quod debent multa cura & ſolicitudine erga eas, ſecundum ſcientiæ diſcretionem, viri conuerſari: d impartiendo eis honorem, quaſi coniugibus & comparibus ſuis deferendo eis in multis, & earum neceſſitatibus diligenter prouidendo, atque etiam infirmitates ſuſtinendo, nec eis quaſi ſcortis aut ancillis abutendo. e Sunt enim etiam mulieres cohęredes gratiæ Dei, quæ eſt vita eterna, & æque ad illam atque viri, ſi bene viuant vocatæ, quoniam in Chriſto, non eſt maſculus neq; fœmina. f Idq; volo & pręcipio, ob hoc ne propter diſcordiam impediantur fruct⁹ orationum veſtrarum, ſic vt nõ exaudiamini in orationib⁹ veſtris.

g Tandem vero concludendo particulares exhortationes, ad generalem tranſiẽs, hortor vos omnes, in fide vt vnanimes perſiſtatis cõpatiẽtes proximorũ miſeriis, h fraterna charitate inuicẽ diligẽtes, miſericordes, modeſti, minime

i Sicut Sara obediebat Abrahe, dñm eum vocans,

a cuius eſtis filie bñfacientes, & non ptimentes vllã perturbationem.

b Uiri ſimiliter cohabitantes ſecundum ſcientiam,

c quaſi infirmiori vaſculo muliebri,

d impartiẽtes honorẽ

e tãq; coheredibus gratie vite,

f vt non impediant orationes veſtre

g in fide aũt oẽs vnanimes, compatiẽtes

h fraternitatis amatores, miſericordes modeſti, humiles,

inō reddētes malū
pro malo/ nec male
dictum ꝑmaledicto
a qꝛ in hoc vocati e=
ſtis/ vt bñdictionem
hereditate poſſidea
tis/

b Qui ei vult vitā di
ligere ⁊ dies videre
bonos coerceat lin
guam ſuam a malo/
⁊ labia eiꝰ ne loquā
tur dolum.

c declinet aūt a ma=
lo ⁊ faciat bonū/ in=
quirat pacem ⁊ per
ſequatur eam.
d qꝛ oculi dñi ſuper
iuſtos/ ⁊ aures eiꝰ in
preces eorum.
e vultus aūt dñi ſup
faciētes mala/ f Et
quis eſt qui vobis
noceat/ ſi boni emu=
latores fueritis?

g Sed ſi quid pati=
mini propter iuſtiti
am/ beati.

h Timorē autē eorꝫ
ne timueritis/ vt nō
conturbemini/
i Dominū autē chri
ſtum ſanctificate in
cordibꝰ veſtris:

a parati ſēp ad ſatiſ
factionē oī poſcēti
vos rationē de ea q̄
in vobis eſt/ ſpe/

minimeq; ſeueri aut crudeles, humiles, i non
retaliantes mala malis, ſed potius econtrario
pro malo bonum reddatis: a Quoniam in
hoc vocati eſtis omnes fideles, vt æternæ fœ
licitatis perfectiſſimam illā benedictionem,
in hæreditatem veſtram accipiatis: propter
cuius ſpem, merito nunc ab omni maledictio
ne temperantes, ſemper in benedictione per
ſtare debetis. b Nam (iuxta Pſalmiſtam)
Qui quærit vitam ſpiritus & deſiderat ve-
re bonos dies, & fœlicem æternitatis accipe-
re requiem, ſit illi prima cura, vt linguam ſu
am ab omni malo ſermone cohibeat, & ca-
ueat ſibi, ne per labia ſua loquatur fraudem
mendacium, aut deceptionem contra proxi-
mum ſuum. c Recedat etiam à malo, et bo
num ſtudioſe perficiat: Quærat pacem & ſtu
deat tenere, ſic vt eam apprehendat, & in ea
maneat: d quoniam reſpectus Domini eſt
erga facientes iuſtitiam, e ira autem & tor
uus vultus domini, eſt contra omnes operan
tes malum. f Et quis tandem vobis vel ho-
mo vel diabolus ſecundum veritatem vllū
poterit inferre nocumentum, ſi virtutis ęmu
latores ſitis, & bonum ſtudioſe operemini?
Profecto nemo, quoniam ſecundum verita-
tem nemo homini poteſt nocere, niſi quiſque
ſibiipſi. g veruntamen, ſi forte aliquid oc
currit propter iuſtitiam ſine veſtra culpa, pa
tiendum diuina voce, ex hoc beatitudo pro-
mittitur æternæ fœlicitatis, & beatos vox
Chriſti pronūciauit. h Ego autem moneo
vos , nihil eos timere ſic vt conturbemini
qui corpori tantum nocere poſſunt, poſt hoc
non habentes quid amplius faciant. i Ma-
gis autem dominum noſtrum Chriſtum, ip-
ſum ſanctificate in cordibus veſtris illum ti
mendo: a parati ſemper ſatiſfacere cōgru
is reſpōſionibus & rationabilibus inſtructio
nibus, de veſtra fide ac ſpe, iis qui vos humili
ter (vt

ter (vt doceantur) interrogauerint, aut etiã qui malitioſe oppugnare voluerint. b Nõ id quidem contentioſe, ſed cum modeſtia, reuerentia, & humilitate, habentes bonæ conſcientiæ teſtimonium de vita & conuerſatione veſtra; c vt quantum ad id quod vobis detrahere cupiunt infideles, in ſeipſis confuſi erubeſcant, quærentes calumniari veſtrã bonam conuerſationem & nihil calumnia dignum inuenientes, quæ illis poterit fieri ſuæ conuerſionis occaſio. d Melius enim vobis & ad ſalutẽ vtilius eſt (quando omnino Dei voluntas & diſpoſitio velit vos tribulationibus exercitari) vt ſine veſtro demerito benefacientes patiamini iniuſte, quam ſi tanq̃ malefactores (vtputa contẽtioſi, ſeditioſi, inobedientes, & rebelles) patiamini. e Nam huius rei Chriſtus nobis exemplum reliquit qui pro peccatis alienis, hoc eſt noſtris, nõ ſuis, vltro paſſionem & mortem ſuſtinuit, ipſe iuſtus pro nobis iniuſtis, f vt nos Deo patri per mortem ſuam reconciliatos, offerret atque exhiberet, g carne quidem mortificatos, vt amplius carni non viuamus: ſpiritu aũt viuificatos, vt deĩceps ſecũdum ſpiritum viueremus. h Quomodo (nempe in ſpiritu) ille idem Deus, qui his nouiſſimis temporibus in carne apparuit, etiam olim in dieb⁹ Noe, quando ex domini iuſſu ille fabricabat arcam, quando expectabatur patientia Dei donec veniret finis eius, & omnis caro interficeretur veniens ad illos incredulos homines qui tunc in tenebroſa caligine errorũ ſuorũ iacebant demerſi: veniens, inquã, ſpiritu, prædicauit eis ad pœnitentiam reuerti, vt poſſẽt cum Noe ſaluari inſpirando Prophetas & Noe, qui ex ore domini populum à malis reuocare quærebant. i In illa autẽ arca Noe, pauci admodum, hoc eſt octo tantum homines, euaſerunt ex aqua, & per aquam ſuble-

b ſed cum modeſtia & timore, conſciẽtiã habentes bonam:

c vt in eo quod detrahũt de vobis, cõfundantur qui calũniantur veſtram bonam in Chriſto conuerſationem.

d Melius eſt eñ, vt benefaciẽtes (ſi volũtas Dei velit) pati, quam malefaciẽtes.

e Quia & Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis,

f vt nos offerret deo

g mortificatos quidem carne, viuificatos autem ſpiritu.

h In quo & his qui in carcere erant ſpiritu veniens prędicauit, qui increduli fuerant aliquando, quando expectabãt Dei patientiam diebus Noe cum fabricaretur arca.

i In qua pauci. i. octo animę ſalue facte ſunt per aquam.

a Quod et nos nūc ſimilisforme ſaluos facit baptiſma/

uantem arcam ſaluati ſunt. a Et hoc ipſum nunc in Eccleſia tempore gratiæ, baptiſma (quod per aquam illam figurabatur,ſaluantem eos tantum qui in arca erant)facit:quia ſicut per aquam ſaluabatur arca,ſic per baptiſmum Eccleſia.

b non carnis depoſitio ſordium: ſed cōſcientie bone interrogatio in Deum.

b Baptiſmum autem dico,non ablutionem ſordiū carnis noſtrę, ſed ad conſcientiā noſtram bonā apud Deum cōmendandam,poſteaquā fuerit per ſacramentum baptiſmatis emundata.

c per reſurrectionē Jeſu Xp̄i a mortuis

c Saluat,inq̄, fidei hoc baptiſma,per virtutē reſurrectiōis Chriſti à mortuis:

d q̄ eſt in dextra De i deglutiens mortē/

d qui nunc in patris dextera reſidet glorioſus,morte deuicta & penitus deleta, nos a ditione mortis æternę per ſuam mortē temporalē liberando:

e vt vite eterne heredes efficeremur/

e vt ab ea liberati,vitæ æternæ,modo quidem ſecūdum ſpem in futuro autem ſecundum poſſeſſionem hæredes efficeremur per ipſum:

f profectus in celū/

f tanquam præcurſor noſter, ad parandū nobis viam profectus in cœlum,

g ſubiectis ſibi angelis & poteſtatibus & virtutibus.

g ſubiectos ſibi habens vniuerſos ſpirituum ordines bonorum pariter atque malorum.

TEXTUS. CA. Quartum.

a Chriſto igit̄ paſſo in carne/

ELVCIDATIO CAP. IIII.

a Hriſtus igitur omnium dominus, C poſtquam per corporis paſſionem, prior ipſe pręcedens exemplum nobis paſſionis in ſeipſo monſtrauit:

b & vos eadem cogitatione armamini/

b vos quoque ſeruuli,huius exempli meditatione,ſitis velut armati: vt non facile ob paſſiones corporis,malis quibuſlibet cedatis, & conſtanter vitia abnegetis.

c quia qui paſſ⁹ eſt in carne deſiit a peccatis/

c Quoniam in eo quod in carne paſſionis acerbitatem voluntarie ſuſcepit poti⁹ quam voluptatem, docuit a peccatis(quæ ſunt ſecundum carnis voluptatē) debere nos ceſſare, & carni magis contraria & dura ſuſcipere:ſic nobis in ſeipſo exemplū præbens.

d vt non iam deſyderijs hominū ſed voluntate Dei: quod reliquum eſt in carne viuat tempore.

d vt non vltra ſecundum carnalia humana deſyderia viuerēt homines, ſed ſecundum voluntatem & ſanctiſſimum beneplacitū Dei,de cætero donec in carne per-

mancant

permaneant, viuant. c Sufficit enim prioribus temporib⁹ ſua malitia, & ſatis eſſe debet merito, quod tantis temporib⁹ ante prædicationem Euangelii, & ante conuerſionē noſtram, f Gentiles homines inſeruierint luxuriis & omnibus malis concupiſcentiis, vinolentiis, comeſſationibus, ebrietatibus, & nefariis atque prophanis idololatriis. Satis, heu nimium ſatis, iſta peregimus. g Atq; in hoc mirabantur illi, qui adhuc in ſua infidelitate permanent, quod vos non videant amplius ad ſua aduentare conuenticula, ad eandē luxuriæ & luxus omnis confuſionē, cui ipſi intendunt, h & male loquuntur de vobis, propter bonam veſtram conuerſationem, indignantes vobis, eo quod abſtineatis a malo conſortio eorum. i A quibus rationem exiget, & quos iudicabit ille, qui iā conſtitutus a Deo patre expectat, vt veniat iudicare oēs, & qui in viuis adhuc agūt et q iam ex viuis exceſſerunt. a Hanc enim ob cauſam, etiam infidelibus qui erant in ſua infidelitate (quaſi deſperati) mortui, annunciatum eſt patris voluntate Euangelium Chriſti, b vt ipſi ad Chriſtum conuerſi, iudicētur quidem ab hominibus, & ſecundum homines in corpore deſpecti habeantur, c viuant autem per fidem interius in ſpiritu. Verum nihil refert, ſi nunc boni à malis quaſi miſeri & infœlices, ſecundum carnem iudicentur. d Nam omnium finis de proximo imminet, & tunc ſecundum veritatē patebunt omnia & qualis quiſque fuerit apparebit. e Itaque chariſſimi eſtote prudentes & vigilantes (hoc eſt, intelligentes intelligentia ſpirituali, & diligentes atq; attenti) in orationibus. f Super omnia aūt curate ſemper mutuā erga voſinuicē habere illæſā charitatem, g quoniam fraternæ charitatis opera multa delent peccata, & via ſatiſfa-

c Sufficit enim preteritum tempus ad voluntatem gentiuʒ conſummandam/
f his qui ambulauerunt in luxurijs/ deſyderijs: vinolentijs commeſſationibus/ potationibus: ebrietatibus ⁊ illicitis idolorum cultibus.
g In quo admirantur: non concurrentibus vobis in eandem luxurie confuſionem/
h blaſphemantes:
i qui reddent rationem ei qui paratus eſt iudicare viuos ⁊ mortuos.
a Propter hoc enī ⁊ mortuis euangeliʒatum eſt/
b vt iudicentur quidem ſecunduʒ homines in carne/
c viuant aūt ſecunduʒ Deū in ſpiritu.
d Omnium aūt finis propinquabit.
e Eſtote itaque prudentes ⁊ vigilate in orationibus.
f Ante omnia auteʒ mutuam in vobiſmet ipſis charitatem cōtinuam habentes:
g qꝛ charitas opit multitudinē pctōꝝ/

h Hoſpitales inuicem ſine murmuratione.
i Unuſquiſque ſicut accepit gratiam / in alterutrum illa3 adminiſtrantes.
a ſicut boni diſpenſatores multiformis gratie Dei/
b Si quis loquitur quaſi ſermones Dei
c Si quis miniſtrat tanquam ex virtute quam adminiſtrat Deus:
d vt in omnib⁹ honorificetur De⁹ p Jeſū Chriſtū/ cui eſt gl'ia ⁊ imperiu3 in ſecula ſeculorū/ Amen.
e Chariſſimi/ nolite peregrinari in feruore qui ad tentationem vobis ſit/
f quaſi noui aliquid vobis contingat:
h ſed communicantes Chriſti paſſionibus/ gaudete/
h vt ⁊ in reuelatione glorie eius gaudeatis exultantes.
i Si exprobramini/ in nomine Chriſti/ beati eritis/
a quoniam quod eſt honoris / glorie/ et virtutis Dei/ et qui eſt eius ſpiritus/ ſu‐

ctionis, fraternæ charitatis officium, multa facile excuſat peccata. h Sitis erga inuicẽ hoſpitales atque miſericordes cum animi hilaritate, ſine murmuratione. i Vnuſquiſque quam accepit à Deo gratiam, ſtudeat illam in communem vtilitatem proximorum conferre: a ſic vt ſitis boni diſpẽſatores gratiarum à Deo in communem vtilitatem gratis datarum, quæ ſunt variæ admodum, & in diuerſis diuerſæ. b Exempli gratia, ſi quis ex gratia ſibi gratis data, docendo ſiue exhortando loquitur, ſic loquatur, quaſi ſermones non hominis, ſed ipſius Dei, ſe tantũ diſpenſatorem, non dominum exiſtimans.

c Qui corporale aliquod exhibet ex gratia Dei miniſteriũ ſic agat, quaſi non ex propria virtute aut fortitudine, ſed quaſi ex virtute quam Deus ſibi in miniſteriũ contulit proximorum: d vt ſic in omnibus & ex omnibus glorificetur à quo ſunt omnia, Deus, per Ieſum Chriſtum, cui eſt gloria & imperium in ſæcula ſæculorũ, Amen. e De iſto vero perſequutionis et tribulationis igne, qui nũc feruet contra vos permiſſione Dei, ad veſtrã probationem, quaſi peregrinũ aliquid, nouũ, & extraneum contingat, neq; conturbemini, f quaſi de re abſurda & inſolita. Semper enim ex antiquis diebus, à malis perſequutionem ſuſtinuerũt boni: g ſed potius in hoc gaudete, tanquã ſocii paſſionum Chriſti, qui per tribulationẽ nunc illi aſſimilamini, h vt cũ reuelatus fuerit & apparuerit in gloria ſua, gaudii etiã & exultationis eius tũc participes ſitis, in ſocietate beatitudinis illi⁹.

i Sic conuitia vobis inferuntur, & probra ingeruntur propter nomẽ Chriſti, quod creditis & confitemini: pro hoc beatitudo vobis eſt promiſſa, eritiſq; vere beati: a quoniã verus & perfect⁹ honor, & plena gloria, & tota Dei Virt⁹, et ipſe ſpirit⁹ Dei, ad beatitudinem

dinem

diném ſempiternam requieſcet ſuper vos omnes, qui modo propter Chriſti fidẽ probra & conuitia ſuſtinueritis. b Nolim aũt ita vos pœnas et conuitia perpeti, eo modo quo pati ſolẽt fures, aut homicidę, aut cõuitiatores & blaſphemi, & qui aliena quærũt rapere, qui propter ſua facinora iuſte patiuntur. c Si vero contingat paſſiones vobis inferri titulo Chriſtianitatis, in huius nominis confeſſiõe, glorificet Deũ quiſquis patitur, quod dignus ſit pro nomine iſto contumeliam pati. d Tempus enim iſtud quod modo eſt, hoc ſecundum diuinam ordinationem expoſtulat, vt venturum illud iudicium quod tã graue veniet in futuro tempore, quodammodo à bonis & fidelibus qui ſunt de domo & familia Dei, modo incipiat. Nam quod Deus nunc ſuos etiam electos permittit crudelib⁹ affligi ſuppliciis, ſignum eſt præuium illius grauiſſimæ vindictæ, quam faciet ſuper inimicos ſuos in futuro examine. e Si autem principium huius diſtricti examinis a nobis habet initium, qui ſumus in Chriſtũ tamen credentes: f quo fine, putamus, conſummabuntur illi, & quantum ſuſtinebunt iudiciũ, qui Euangelio Dei noluerunt credere? Vere exitus erit longe diſſimilis. g Et ſi iuſti quidem atque electi non niſi per multas difficultates multaq; pericula, quę ſine Dei gratia, ſola virtute humana vix poſſint effugi, ad ſalutem perducuntur: h impii & infideles homines, cæteriq; omnes peccatores, quo modo in conſpectu Dei apparere audebunt, aut vbi permanebunt niſi in æternæ damnationis horroribus? i Itaque boni qui modo ſecundum voluntatem permiſſionemque Dei patiuntur a malis ſtudeant creatori ſuo Deo commẽdatas facere animas ſuas, per ſtudium bonorum operum qui fidelis eſt, et ſuo tempore pro paſſionibus ſui nominis gratia

b Nemo autem veſtrum patiatur tanquaꝫ homicida/ aut fur/ aut maledicus/ aut alienorum appetitor.

c Si aũt vt Chriſtianus/ nõ erubeſcat/ glorificet aũt Deuꝫ in iſto nomine/

d quoniam tempus eſt vt incipiat iudicium a domo Dei.

e Si autem primuꝫ a nobis/

f quis finis eorum/ qui nõ credunt Dei Euangelio?

g Et ſi iuſtus quidẽ vix ſaluabitur/

h impi⁹ & peccator vbi parebunt?

i Itaq; & hi qui patiuntur ſecundũ voluntatem Dei/ fideli creatori commendent animas ſuas in benefactis.

toleratis, redditurus eſt bonam retributionē.

TEXTUS. CA. Quintum

a Seniores ergo q̃ in vobis ſũt obſecro conſenior,

b & teſtis paſſionũ Chriſti, qui et ei⁹ q̃ in futuro eſt glorie communicator:

c paſcite qui in vobis eſt gregem Dei,

d prouidentes non coacte, ſed ſpontane e ſecundum Deum,

e Neq; turpis lucri gratia, ſ; volũtarie, f Neq; vt dominantes in cleris,

g ſ; forma facti gregis ex animo,

h Et cum apparuerit princeps paſtorũ percipietis immarceſſibilem coronam glorie.

i Similiter adoleſcentes ſubditi eſtote ſenioribus.

a Omnes enim inuicem humilitatem inſinuate,

ELVCIDATIO CAPITIS V.

a Eniores tandem & preſbyteros, qui S ſunt inter vos tanquam ſuper alios cõſtituti & præpoſiti, obſecro ego Petr⁹ conſenior & compreſbyter, vna vobiſcum in eodem paſcendi onere ex Dei pręcepto cõſtitutus, qui etiam teſtis ſum paſſionũ Chriſti, & earum veridicus prædicator, b futurus (vt ſpero) ſuo tempore illius quoque æternæ gloriæ communicator & particeps, quomodo etiam nunc ſecundum ſpē me eſſe cognoſco. c Obſecro (inquam) vos, vt ſtudioſe, tam verbo quam exemplo paſcatis, curetis, cuſtodiatis, quiſque ſibi commiſſas oues id eſt, ſubditos veſtros, d diligenter et prouide ſuperintendentes, non quaſi ex coactione & inuiti, ſed libenter & voluntarie, non propter quęſtum, qui ex hoc officio turpiter quæritur, ſed propter bonam voluntatē, ex amore Dei & zelo ſalutis proximorum. f Neque tanquam dominium habētes & quaſi tyrannidem exercentes aduerſus ſortē vobis creditam, g ſed ita vt ſitis exemplum veſtris ouib⁹, ex bono affectu & ex corde ad hoc laborantes. Quod ſi nunc fideliter in gregis veſtri cura laboraueritis, h cum ille paſtorum princeps Chriſtus dominus aduenerit in gloria patris ſui ad iudicium, accipietis mercedem æternę retributionis perfectā, & in ſuo virore indeficienter permanentem. i Quomodo autem ſenioribus prępoſitis mãdaui diligenter gregi ſuperintendere, ſic viciſſim adoleſcentioribus & ſubditis præcipio, vt præpoſitis ſenioribus ſint obedientes & ſubditi. a Et in vniuerſum cupio omnes erga inuicem humilitatem veram demonſtrare, & in aliorum cordibus velut notam facere; ſuperiores quidem ſuo

modo

modo erga inferiores,& inferiores erga ſu
periores. b Quoniā dominus,ſuperbis gra
tiæ ſuæ beneficium denegat & ſubtrahit:hu
milibus autē,promptus eſt ſemper dare gra
tiam,poſcentibus. c Humiliamini itaque
ſub illa omnipotenti & plena potentia dei,
in illius ſeruitute & mandatis nunc perſeue
rantes: d vt in tēpore extremo(quando ve
niet viſitare orbem terræ in iudicio & iuſti
tia)ab eo exaltemini in gloriam æternam.
e Committentes illi pleniſſima & certiſſima
fiducia omnem ſolicitudinē veſtri,nihil pror
ſus vano timore ſpoliati: f quoniam ipſe
tanquam pater & dominus,veſtri tanquam
ſeruorum ac filiorum ſuorum,ſummam cu-
ram gerit. g Eſtote vero ſobrii & in om
nibus temperantes ac vigilantes, diligenter
que ſuperintendentes animabus veſtris,
h quoniam diabolus aduerſari⁹ humani ge
neris,ex omni parte vndequaque diſcurrit,
iam hunc iam illum tentans,atque etiam e-
undem modo ſic modo aliter oppugnans,
i ſemper aliquem in damnationis barathrū
per os ſuum abſorbere cupiens. a Veſtrū
autem eſt,per fidem & gratiam Dei quæ in
vobis habitat,illi viriliter reſiſtere & tentā
ti conſenſum nullo modo præbere: b ſcien
tes & cōſiderantes conſimilem perſecutionē,
quam vos ſuſtinetis,etiam aliis fidelibus fra
tribus veſtris, vbiuis locorum inferri ab infi
delibus,vt ne exiſtimetis vos ſolos pro chri-
ſti nomine perſecutiones ſuſtinere. c Deus
autem à quo omnis eſt gratia , qui vocauit
nos ad æternam gloriam ſuam in Chriſto
Ieſu, d vos qui nunc modicum quid pa-
timini pro nomine eius'. ipſe perfectos faci-
et per patientiam,confirmabitq; & ſolidabit
per gratiā ſuam,vt non excidatis a firmita-
te in qua nunc ſtatis,in æternum. e Ipſi eſt
gloria & imperialis poteſtas,per ęterna ſęcu
la,Amen.

b q2 deus ſuperbis reſiſtit/
humilibus ſūt dat gratiā. c Humiliamini igitur ſub potē ti manu dei.

d vt vos exaltet in tempore viſitatiōis

e oēʒ ſolicitudinē ve ſtraʒ proyciētes in eum/

f quoniam ipſi cura eſt de vobis.

g ſobrij eſtote ⁊ vigi late/

h q2 aduerſarius ve ſter diabol⁹ tāꝗ leo rugiens circuit/

i querens quē deuo ret/ a cui reſiſtite fortes in fide

b Sciētes eandē paſ ſionē ei qui in mūdo eſt veſtre fraternita ti fieri/

c deus aūt oīs gra- tie q̄ vocauit nos in eternā ſuam glorīā in Chriſto ieſu/

d modicū paſſos/ ipſe pficiet / cōfirma bit ſolidabitq;.

e Ipſi gloria ⁊ impe rium in ſecula ſecu- lorum/ Amen.

f Per Syluanū fidelē fratrē vobis (vt arbitror) breuiter ſcripſi/ g obſecrans & cōſtans hanc eſſe veram gratiam dei/ in qua & ſtatis.

h Salutat vos ecclia que eſt in Babilone collecta/

i & Marcus filiꝰ meꝰ.

a Salutate inuicē in oſculo ſctō/ b Grās vobis oibus q̄ eſtis i Chriſto Jeſu/ amē

Finit textꝰ epiſtole Canonice prioris beati Petri Apoſtoli.

la, Amen. f Per Syluanum vobis fidelem fratrem (vt equidem arbitror, & quantum ego ſemper attendere in eo potui) ſcripſi vobis hæc breuiter. g obſecrando ac obteſtando vobis prædicans, & pro certiſſimo affirmans, quod hæc gratia Chriſtianę fidei in qua vos modo ſtatis vera gratia ſit, per quā ſolam ſalus paratur humano generi. h Salutem vobis aſſcribi petiit fidelium eccleſia, quæ eſt in Romana vrbe, tāquam in medio Babilonis & confuſionis, per ſpiritum ſanctum mirabiliter congregata: i nominatim autem Marcus, in baptiſmate & eruditione filius meus. a Salutate inuicem, in oſculo ſancto charitatis. b Gratia ſit omnibus vobis, qui eſtis in Chriſto Ieſu fideles.

Amen.

Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam priorem beati Petri Apoſtoli.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam Canonicam poſteriorem Beati Petri Apoſtoli.

COgnoſcēs per ſpiritum beatus Petrus Apoſtolus, in proximo depoſitionem ſui tabernaculi (ſic enim ipſe corporis mortem nominat) imminere: ad conſolationem fidelium: ſcribere eiſdem voluit ſecundam hanc admonitoriam Epiſtolam. In cuius ſtatim exordio proponēs cœleſtium promiſſionum pręcioſiſſima dona per fidem conſequenda ab iis qui corruptionem vitæ ſæcularis ſecuti non fuerint, gradibus quibuſdam vſque ad ſummum charitatis apicē ſcandens, vt bonorum operum fructu non ſint vacui præmonet diligenter: ne tanquam cęci tentantes ma

tes manibus aberrent à propoſito termino, ſed per operum bonorum diligens ſtudium, firmam curent efficere vocationem ſuam per quæ reddatur eis in regnum cœleſte indubitatus introitus. Propter quod, ſe dicit illos vſq; ad mortem ſuam (quam non lõge cognoſcit abeſſe) de huiuſcemodi velle commonefacere, & id quidem modo per literas, vt etiam poſt mortem ſuarum admonitionum poſſint eſſe memores. Cuius occaſione, ad ſuæ Euangelicæ prędicationis conſtabiliendam authoritatẽ, dicit ſe in prędicando Chriſti Euangelium, non indoctas fabulas fuiſſe ſectatum, ſed ea quę annunciauit de chriſti diuinitate, didiciſſe ex firmiſſimo patris teſtimonio, quod in monte transfigurationis audiuit: cui per omnia Pſalmi prophetia aſtipulatur, quæ in ſuo ſtatim principio eundem ad filium Dei ſermonem dirigit quem pater de cœlo in eius glorificatione intonuit. Scripturam autem ꝓpheticam Lucernam nominans, commendat: affirmans eam humano inſtinctu ædi nequaquam poſſe, ſed ſolo ſpiritu diuino. Capite dehinc ſecundo, vẽturos dicit Pſeudoprophetas nouarum ſectarum & hæreſum adinuentores, per quos multi ſeducẽtur in ſuam perditionem. Quorum grauiſſimũ iudicium, propoſitis pœnis dæmonum peccantium, mundi diluuio percũtis, & Sodomitarum igne conflagratorum, ad terrorem ponit ante oculos multaq; aduerſus illos terribilia pronunciat, irrationabilia pecora eos appellans, Balaam auaro Prophetæ aſſimulans, fontibus ſine aqua & ſterilibus nubibus ad ignominiam eos comparans. Illud in fine ſignanter adiiciens, quemadmodum ſub prætextu libertatis quam promittunt, animas decipiunt, ſecundum veritatem ſerui exiſtentes omnis corruptionis, quibus propter relapſũ in infidelitatem ſuam, nouiſſima facta ſunt peiora prioribus, quibus præſtitiſſet nunq̃ fidei ſuſcepiſſe veritatem, quàm ſic nunc turpiter ad vomitum reuerti. Sequenti vero tertio capite, Epiſtolam iſtam ſe ad commonitionem ſcripſiſſe, propter vẽturos Pſeudoapoſtolos aſſerit, vt contra illorum doctrinas, in apoſtolicæ p̄dicationis veritate ſtabiles perſeuerent. Venturos enim dicit circa tempora nouiſſima deceptores, qui ſecundum animalem ſuum ſenſum omnia æſtimare volentes, nihil volent credere niſi quod ſenſibus habeant compertum, non credentes implendas eſſe promiſſiones factas fidelibus: eo quod omnia eis videantur in mundo, ſimili curſu perdurare à principio. Aduerſum quos, Petrus ex certa præteritorum temporum ſacra hyſtoria, falſum hoc eſſe demonſtrat: oſtendens quanta olim facta ſit mutatio, quando pro-

pter pec

pter peccata hominum aquis diluuii mūdus periit: & quid adhuc in nouiſſimo tempore iudicii futurum expectatur per ignem probationis, prophetico ſpiritu prædicit. Ex imitatione quoque & innouatione omnium in futuro tempore, in retributione iuſtorum oſtendens, quomodo ſancte nos doceat in omnibus, & in vitæ nouitate ac mundicia conuerſari, vt chriſto domino venturo valeamus immaculati & inuiolati occurrere. Nec ob longam iudicis & vindictæ expectationem falſa credant quæ ſunt à Deo prædicta aut promiſſa: ſed eius hoc longanimitati (qua noſtram miſericors expectat emendatioēm) potius aſſcribāt, quod & Pauli coapoſtoli ſui authoritate confirmat. Cuius per occaſionem ſapientiam vere diuinam commendans illos notat, qui quædam in Pauli epiſtolis difficilia ad falſos ſenſus trahenda peruertebant, ſicut & in ſcripturis aliis ſemper faciunt hæretici, ad ſuam perditionem. A quibus eos attendere, & in gratia Dei proficere exhortatus, ita terminat epiſtolam.

Finit Argumentum.

TEXTVS Epiſtolæ Canonicę poſterioris beati Petri Apoſtoli.

Elucidatio IN EPISTOLAM CANONICAM POSTERIOREM Beati Petri Apoſtoli.

TEXTVS. CA. primum.

Sa Jmon Petrus ſeruꝰ & apoſtolus Jeſu Chriſti / his q̄ coequalem nobiſcū ſortiti ſunt fidem /

ELVCIDATIO Capitis primi.

Sa Imon cognomento Petrus, ſeruus & Apoſtolus Ieſu Chriſti, ſcribit fidelibus omnibus Chriſtianis, quibꝰ à deo dono data eſt fides eiuſdem precii, æqualiſque ad ſaluandū virtutis, ſicut & nobis primis chriſti Apo-

ſti Apoſtolis, b per iuſtitiam veram,quæ eſt coram Deo noſtro & ſaluatore hominū Ieſu Chriſto. c Gratia ſpiritusſancti,et comes illius pax vera,creſcat & abūdet in vobis,vſq; ad perfectionem in cognitione Dei patris,& Ieſu Chriſti filii eius. d Vt cognoſcamus, quemadmodum omnia nobis ab ei⁹ diuina virtute,dono & gratis data ſūt,quæ ad vitam ſpiritualem & pietatem veram nobis ſunt neceſſaria: e per cognitionem eius ex fide,qui vocauit nos, propter ſuam gloriam & potentiam ſuam,ſecundum proprium beneplacitum: f per quem filium, aut propter quæ(gloriam & virtutem ſuā) maxima nobis promiſſionum præmia,& p̄cioſa nimiſq; deſiderabilia, pollicitus eſt: g nempe vt ſuo tempore abſorpti in deitatis abyſſū,efficiamini participes diuinæ naturæ,inęſtimabili & ineffabili vnione cum illo vnum facti in beatitudine, h modo in hoc tempore corruptionem illam & prauitatem malæ concupiſcentiæ(quæ in mundo regnat)fugiētes ad cœleſtia magis deſideria ſēper aſpiretis. i Vos autē hortor & moneo vt oē ſtudium omnēq; diligentiā adhibētes,coniungere ſtudeatis rectitudini fidei virtutem & fortitudinem bonę operationis,ſāctæq; cōuerſationis. a Virtuti aūt huiuſcemodi,ne per immoderantiā feruoris excedat diſcretionis adſit ſcientia. b Sciētia aūt externarum rerū,quia vana foret,niſi ab iis quæ ſcit vana eſſe et tēporaria abſtineret:iccirco abſtinētiā requirit comitē. c Rurſū,qa parum admodum confert,ab illicitis & ſupfluis abſtinere:niſi occurrentia etiā mala noſcamus ſuſtinere,iccirco debet abſtinentię adeſſe patiētia: d quam deinde pia debet erga Deum & hoīes affectio comitari. e Quę, vt non pure ſit naturalis,ſitq; apud deū meritoria,fraternū habeat verum amorem . f Cui

cum ad

b iiuſtitia dei noſtri ꝛ ſaluatoꝛꝭ Ieſu xp̄i
c Gratia vobis ꝛ pax adimpleatur/ in cognitione dei/ ꝛ xp̄i Ieſu dn̄i noſtri.
d Quō omnia nobis diuine virtutis ſue que ad vitam ꝛ pietatem donata ſunt/
e per cognitionē ei⁹ qui vocauit nos propria gloꝛia ꝛ virtute
f per quem maxima ꝛ precioſa nobis p̄miſſa donauit/
g vt p hoc efficiamini diuine conſoꝛtes nature/
h fugientes eius q̄ in mundo eſt/ concupiſcentie coꝛruptionem.
i Uos aūt curā omnem ſubinferentes/ miniſtrate in fide veſtra virtutem/
a in virtute aūt ſciētiam/
b In ſcientia autem abſtinentiam:
c In abſtinentia autem patientiam:
d in patientia autē pietatē: e In pietate aūt/ amoꝛē fraternitatis:
f In amoꝛe autē fra

ternitatis charitatē

g Hec eñ ſi vobiſcū aſſint/ ⁊ ſuperent nō vacuos/ nec ſine fructu vos conſtituent ī dñi noſtri ieſu chriſti cognitione.

h Cui eñ nō preſto ſunt hec: cecus eſt/ ⁊ manu tentans/ ⁊ obliuionē accipiēs purgationis veterū ſuorum delictorum.

a Quapropt̄ fratres magis ſatagite vt p bona opa/ certā veſtrā orationē ⁊ electionem faciatis:

b Hec eñ faciētes nō peccabitis aliquādo

c Sic eñ abūdāter miniſtrabit̄ vobis introitus in eternū regnum dñi ⁊ ſaluatoris noſtri Jeſu xpi/

d Propter quod vos incipiā ſēper cōmonere de his/ ⁊ qdem ſciētes ⁊ cōfirmatos vos in preſenti veritate.

cum aduenerit charitas, & erga deum, ſicut oportet, ſuper omnia dilectio, con ſummatio habetur ſpiritualis ædificii, & veræ perfectionis. g Hæc enim ſi in vobis habueritis, & abundanter ſiue etiam ſufficienter in vobis extiterint: certum habete, quod vos redent in fide & cognitione Chriſti plenos bonorum operum fructibus, minimeq́ vacuos aut egenos. h Cui vero hęc defuerint, quā tumuis ſibi videatur ſciens ac doctus, cæcus tamen eſt, viſum mentis non habens ſanum & integrum, & viam inuenire neſciēs, ſimilis cæco qui manu parietem palpat. i Et oblitus videtur talis ille, quemadmodum olim à veteribus ſuis peccatis fuerit purgat⁹ quæ denuo miſer reſumit, & in quibus iterum ambulat. a Quapropter fratres mei, hortor vos ſolicitos eſſe, & ſtudioſe curare vt per bonarum actionum aſſiduum ſtudium, digne viuatis vocatiōe qua vocati eſtis, atque ita veſtram electionem iſtam (qua modo ad fidem & ad ſpem æternæ retributionis, poſtmodum ſuo tempore accipiendę, vocati eſtis) ſic firmam faciatis, vt ab ea nūquā per peccatum excidatis: quemadmodum contingit iis, qui à bonis operibus ſunt ocioſi, in bona ſua fide ſpem habentes. b Nam ſic facientes (vt modo diximus) & in eiuſmodi virtutibus bonis operibus aſſidue vacantes, abſtinebitis à malitiis peccatorum, c & inſuper etiam coaceruabitis vobiſipſis magnū cumulum meritorum, quæ vos inducant in æternum illud regnum cœlorum, cuius eſt rex et princeps dominus noſter Ieſus Chriſtus, quo non patebit introitus illis qui modo ſe exhibent à bonis actionibus ocioſos. d Ob hoc, non deſinam neq́ ceſſabo vos commonefacere de eiuſmodi, tametſi ſatis exiſtimem vos iſta iam ſcire p ſpeculationem & in veritate iſta Chriſtiani dogmatis (de qua in præſē

præſentiarum loquimur) ſatis confirmatos.
e Ego autem hoc iuſtum & æquum exiſtimo, eo quod paſtor ſim veſtrum omnium, excitare animos veſtros per meas admonitiones frequentes: magis vt vos admoneam quam vt aliquid edoceam quãdiu in hoc corporis tabernaculo me dominus militare decreuerit, f certificatus diuina reuelatione quod in proximo imminet mors mea & ex vitio corporis mei, quod quaſi animæ tabernaculum mecum ipſe circunfero: g quemadmodum mihi indicauit & prædixit dominus Ieſus Chriſtus: idq́ ſiue per ſpiritualem reuelationem, ſiue per corporalem apparitionem, h Curabo autem interim dum in viuis ago, tam diligenter ac ſedulo vos cõmonefacere: vt etiam poſt meum obitũ habeatis in epiſtolis ac ſcriptis meis, i vnde poſſitis etiam tuncharum rerum memoriam facere, & iſta eadem tunc (me mortuo) meditari, quæ dum viuerem diligenter inculcaui & moriens ſcripto reliqui. Et ſane digna eſt hæc quam vos docuimus fidei doctrina, quę tam ſolicite imprimatur veſtris animis.
a Nam in prædicatione qua vobis notam fecimus virtutem domini noſtri Ieſu Chriſti, quam fecit in humani generis mirabili redemptione, & aduentum præſẽtiæ eius, quã ab æterno pater præſciuerat atq́ præordinauerat: Hæc, inquam, vobis annunciantes, non ſumus ſectati vanos aut fabuloſos ſermones, nec innixi ſumus illorum authoritati: b ſed facti prius ſpeculatores, conſpectores, & contemplatores glorioſæ eius maieſtatis, quæ nobis in eius transfiguratione ſe contemplandam exhibuit. c Accipiens enĩ à Deo patre in ſua transfiguratione magnã claritatis gloriam, & mirabili honore circũdatus, quando apparuerunt cum eo Moyſes & Helias loquentes, d voce inſuper de

e Juſtũ aũt arbitror
quãdiu ſũ in hoc tabernaculo: ſuſcitare vos in cõmonitione:
f cert⁹ quod velox ẽ depoſitio tabernaculi mei:
g ſcdm quod & dñs noſter Jeſus Chriſt⁹ ſignificauit mihi.
h Dabo autẽ operã & frequenter habere vos: poſt obitũ meũ
i vt horũ oĩũ memoriam faciatis.
a Non enĩ indoctas fabulas ſequuti notã fecim⁹ vobis dñi noſtri Jeſu chriſti virtutẽ & preſcientiã:
b ſꝫ ſpeculatores facti illius magnitudinis.
c Accipiẽs enĩ a deo patre honorẽ & gloriam:
d voce delapſa ad eũ huiuſcemodi a magnifica gloria:

coelum

e Hic eſt filius me⁹ dilectus i quo mihi cõplacui, ipſũ audite. f Et hanc vocem nos audiuimus de celo allatam cũ eſſemus cum ipſo in mõte ſancto.

cœlo à magnificentia paternæ maieſtatis, demiſſa ſuper eum, & de eo prolata, quæ erat huiuſcemodi. e Hic eſt filius meus dilect⁹ in quo mihi complacui, ipſum audite. Sic, in quam, certum accepimus, tam viſu quàm auditu, teſtimonium veritatis. f Et hanc vocem noſipſi audiuimus de cœlo ſuper eũ prolatam, ego & Iacobus, & Ioannes, qui præſentes àderamus: & cuncta hęc oculis cõſpeximus, & auribus noſtris audiuimus, cú eſſemus cum ipſo in monte excelſo, qui propter hoc admirabile tranſfigurationis opus, merito ſanctus debet nominari atque haberi.

g Et habemus firmiorem ꝓpheticũ ſermonem,

g Et habemus huic teſtimonio conſonãtem Propheticum ſermonem, qui ampli⁹ etiam noſtram hanc veritatem confirmat atque certificat quemadmodum in pſalmo ex patris perſona dicitur. Filius meus es tu, ego hodie genui te.

h cui bñfacitis attẽdentes, i quaſi lucerne lucẽti in caliginoſo loco

h Cui ſermoni prophetico quod attenditis & fidem habetis, benefacitis. i Sic enim eſt ſcriptura prophetica, quaſi lucerna illuminans locum tenebroſum & caliginoſum: illuminans nunc in via iſta tenebras ignorantiæ noſtræ

a donec dies illuceſcat & lucifer oriatur in cordib⁹ veſtris.

a vſque dum veniamus in illam venturi ſæculi claritatem, quando ſeipſum nobis manifeſta viſione dabit conſpiciendum verus ille lucem ferens, ſol iuſtitiæ, Chriſtus dominus noſter. Nam illic ſcripturarum adminiculo nihil opus erit nobis, vbi omnia videbimus clara & aperta viſione.

b Hoc primũ intelligentes,

b Verum hoc primum intelligatis expedit, pro ſcripturarum dignitate, & fide indubitata.

c quod ois propheтia ſcripture, ꝓpria iterpretatiõe nõ fit.

c quod omnis ſcriptura prophetica, humana compoſitione atque enuntiatione non fit, neq; ſic eſt accipienda, quaſi doctrina quam de ſuo proprio corde homo pronunciauerit.

d Nõ eñ voluntate humana allata eſt aliquando prophetia,

d Non enim vnquam fuit prolata vlla prophetia, ex corde humano, ſine ſpeciali ſpiritus ſancti inſpiratione. Namquod ſic profert homo ex ſuo

ſuo corde iuxta ſuam voluntatem, prophetia dici nõ meretur nec debet, e ſed ſpiritu ſancto inſpirati illuminati, & edocti, ſic locuti ſunt ſancti homines Deo placiti, ſecundum quod ſpiritus ſanctus qui in eis operabatur, ſuggerebat: ita vt principalis ſit apud ſpiritum ſanctum omnium ſcripturarum authoritas, homo autem non niſi miniſter ſit verbi.

ſed ſpũ ſctõ iſpirati locuti ſũt ſcti dei homines.

ELVCIDATIO CAPITIS Secundi.

Textus. Ca. ſecundum.

a Fuerũt vero pſeudo prophete in pplo ſic ⁊ in vobis erũt magiſtri mendaces/

b qui introducent ſectas perditionis/

c ⁊ eũ qui emit eos/ deum negant/

d ſuperinducẽtes ſibi celerẽ pditionez/

e ⁊ multi ſequẽtur eoꝝ luxurias/ per quos via veritas blaſphemabitur/

f ⁊ in auaritia fictis verbis de vobis negociabuntur.

g Quib⁹ iudiciũ iaʒ olim non ceſſat ⁊ pditio eoꝝ nõ dormitat

NE vero omni ſpiritui fidem habeatis ſine probationis diſcretione: hoc vos pręmonitos volo, a quod ſicut in prioribus temporib⁹ fuerunt in populo falſi prophetę, qui pro veris prophetis ſe demonſtrabant hominibus, ſic & in populo fidelium Chriſtianorum exurgent falſi doctores, b qui ſectas & hæreſes introducent, quibus populi fidelis, vnitatem conturbẽt atqꝫ diſrumpant, c & deũ qui eos ſui ſãguinis p̃cio emit (hoc eſt, chriſtũ dñm) negabunt, non recte de illo credentes & confitentes, quomodo oportet: d hoc ipſo ſuæ infidelitatis demerito conciliantes ſibi, & cõparantes æternæ damnationis interitum, qui in proximo adueniet. e Et multos quidem ex auditoribus habebunt ſectatores ſuę perditæ luxuriæ & carnalis prædicationis, per quos, tã doctores quàm auditores, veritatis via & fidei rectitudo blaſphemabitur, ſic vt ei nõ erubeſcant contradicere, tam verbo quam cõuerſatione ſua peruerſa. f Et propter auaritiã quæſtus gratia, verbis ſecundum fictionem ad decipiendum compoſitis, quomodo ſuos ſectatores expilare & expoliare valeãt, tractabũt. g Quibus iã proximum eſt ęternæ condẽnatiõis iudicium, perditio quoqꝫ dãnationis venire non tardat, ſed in proximo ſutat

per

h Si em̄ deus ange lis peccātibus nō pe percit/ ſed rudētib⁹ inferni detractos /i tartarum tradidit cruciandos:

i in iudicium reſer= uati:

a ⁊ originali mūdo non pepercit/

b Sed octauū Noe iuſtitie peconēcuſto diuit/ diluuiū mūdo impioꝝ inducens/

c ⁊ ciuitates Sodo moꝝ ⁊ Gomorreoꝝ in cinerem redigens euerſione dānauit.

d exēplū eoꝝ qui im pie acturi ſūt ponēs/

e ⁊ iuſtū Loth oppſſ ſum a nefandoꝝ in iuria ac luxurioſa cō uerſatione eripuit:

f Aſpectu em̄ ⁊ audi

per eos manifeſte veniet. h Si enim deus an
gelicis illis ſpiritibus peccātibus non peper
cit ab vltione & vindicta,ſed grauiſſimam
eis æternam pœnam propter peccatum in-
flixit,ita vt de cœlo eiectos,in inferni dam-
natione eos alligauerit, & cathenis & funi
bus nunquam conterendis(hoc eſt,obligatio
ne& ſententia ęternę mortis,à qua nunquā
abſoluentur)illicq; tradiderit quaſi in cuſto
dia,& cruciandos modo,i & reſeruandos in
nouiſſimum iudicii magni diem, vt tunc co
ram omnibus iudicium plenum,& ignomi-
niam accipiant cum ſuis ſeruitoribus:quan-
do dicetur:Ite maledicti in ignem æternum
qui paratus eſt diabolo & angelis eius. a
Si etiam Deus illius primi mūdi(qui adhuc
in originis ſuæ ſtatu perdurabat) hominib⁹
peccatoribus non pepercit ab ablutione,ſed
diluuium vniuerſale,toti mundo quem in-
habitabant impii homines ſuperinduxit, at
que ita perdidit impios, b ſolum illum
Noe liberans & ſeruās cum ſua familia,octa
uum generationis ſerie ab Adam qui tā ver
bo,quam exemplo iuſtitiam prædicauit, &
in ſe eam perfecte cuſtodiens,& alios ad idē
vt potuit exhortans. c Si rurſum Sodomā
& Gomorram & totam ſimul Pentapolim,
ob inhabitātium ſcelera,tali damnauit euer
ſionis ſententia vt eas in cinerem per ignem
de cœlo demiſſum reſolueret, d ſic illorum
pœnam in exemplum exponens omnium
qui poſtmodum impie eſſent acturi vt ſcirēt
ſe ſimili damnatione puniendos. e Ex qui
bus omnib⁹,ſolum Loth virum iuſtum,quē
nefandiſſimi illi filii Belial iniuſte opprime-
bant,propter ſuam luxurioſam & innatu-
ralem conuerſationem vim ei facientes ve-
hementiſſime,eruit ac liberauit,cum ſuis edu
cens illum per manus angelorum,quos exce
pit hoſpitio, f Erat enim ille viſu & audi
tu & mo-

tu & modis omnibus caſtus, purus, et iuſtus, habitans in medio iniquorum hominum, qui ſuis malis operib⁹ quotidie eius ſpiritum vehementer affligebant. g Et vniuerſaliter hoc verum conſpicimus, ex multis exemplis quod nouit Deus & poteſt, quando vult pios homines eripere de manibus iniquorum. Iniquos vero in diem iudicii reſeruare, interim etiam cruciandos, & tunc plenius, quando cum corpore ſimul & anima, vt hic peccauerunt, ita illic punientur. Si, inquam, non pepercit angelis, nec mundo originali, nec Sodomæ, nec Gomorræ: indubie quoque ventura eſt perditio ſuper homines iſtos falſos doctores, & veritatis blaſphematores. h Potiſſimum autem cruciabuntur in nouiſſimo, & damnationem non euadent, qui carnalem ſequentes appetitum viuunt & conuerſantur ſecundum immundiciam corruptæ concupiſcentię ſuæ, dominationemque agnoſcere præ ſuperbia volunt Chriſtum dominum negantes, & temporalibus dominis inobedientes: i homines male audaces, ſibiipſis mirum in modum placẽtes, qui nihil verentur ſectis atque hæreſibus vnitatem fidelium diſrumpere, male loqui tam de Deo quã de aliis conſueuerunt, ad omnia maledicta promptiſſimi, a Nihil, inquam, hi metuunt, quã uis homines fragiles & imbecilles. Cum tamen angelici illi ſpiritus, qui fortitudine ac virtute longe ſunt hominibus ſuperiores, imo nec conferendi cum eis, adeo durũ et graue ſentiant aduerſum ſe illud horrendũ Dei iudicium vt ipſum nequeant ſuſtinere, niſi in immenſa & æterna miſeria, quæ illis ex ſola diuini iudicii eſt ſententia. b At vero iſti ſine timore homines, quaſi bruta animantia, ſine rationis recto iudicio, ſuas cupiditates prout naturaliter ab eis feruntur ſine pudore atque remorſu ſequentes, vt in laqueo

tu iuſtus erat habitans apud eos qui de die in diez animã iuſtam iniquis operibus cruciabant.

g Nouit Deus pios de tentatione eripere / iniquos vero in diem iudicij reſeruare cruciandos:

h Magis autez eos qui poſt carnẽ in cõcupiſcentia immundicie ambulant / dominationemque contemnunt.

i audaces / ſibi placentes / ſectas nõ metuunt introducere / blaſphemantes,

a Ubi angeli / fortitudine et virtute cũ ſint maiores / nõ portant aduerſum ſe execrabile iudicium.

b Hi vero velut irrationabilia pecora naturaliter in captionem ⁊ in perniciẽ /

c in his quę ignorāt blaſphemantes/

d in corruptiōe ſua peribūt/ percipientes mercedem iniuſtitię

e Uoluptatem exiſtimantes dici delitias/ coinquinationis & maculę/

f delitijs affluentes in conuiuijs ſuis/ luxuriantes vobiſcum/

g oculos habentes plenos adulterij/ et inceſſabilis delicti/

h Pellicientes aīas inſtabiles/ cor exercitatum in auaritia habentes maledictionis filij/

i derelinquentes rectam viā errauerūt/ ſecuti viam Balaam ex Boſor/

a qui mercedem iniquitatis amauit/

b correptionem vero habuit ſuę veſanię/ ſubiugale mutū animal/ in voce hominis loquens prohibuit Prophetę inſipientiam.

c Hi ſunt fontes ſi-

peccati capiantur & pereant, c de omnibus quæ ſuo iudicio naturali non intelligūt, male & blaſphematorie loquentes, d in iſta ſuę prauitatis corruptione peribunt in finem, ſi tales perſeuerauerint, perditionem illam recepturi in ſtipendium ſuæ iniuſtitię. e Qui pro voluptate reputant delitias iſtius temporis, quæ non niſi ad diem & temporariæ ſunt, coinquinantes & maculantes animam. propter quod nullam veram voluptatem adferre poſſunt: f quorum conuiuia delitiis, & voluptatibus exquiſitis carnalibus, plena ſunt, qui in ſuis luxurioſis conuerſationibus vobis illudunt, inſultant, & quaſi ludum vos ſibi faciunt, qui eorum corruptiones fugitis, g quorum oculi ex abundantia affectus, & luxurioſiſſima circungyratione atque compoſitione, præſeferunt & demonſtrant luxuriam, atque vitium quodlibet aliud ſine fine, quod cū luxuria ſolet cō comitari: h qui attrahunt ad deceptionē, eos qui non ſūt in virtutibus bene conſtabiliti, qui affectū habent in auaricia inueteratū, & eidem aſſuetū ex longa conſuetudine: maledictioni æternę obnoxii, ſicut modo fuerūt ad maledicendū prompti: i qui viam regiā virtutis derelinquentes, declinauerunt in itinera impietatis per auariciā, ſequentes exēplum Prophetæ illius mali Balaā, a qui tractus cupiditate propoſitorū præmiorum à rege Balach, cum pergeret ſimul cū nunciis eius ad maledicendū populo domini, b correptus fuit de ſua inſana demētia auaritiæ illius, per animal mutū cui inſidebat, ſolitum ſub iugo incedere, animal vile & humile, nempe aſinā: quod animal voce humana loquens per miraculū, prohibuit Prophetā, ne perficeret incipiens conſiliū ſuū, quod propoſuerat ſpe præmii, hoc eſt, vt non malediceret Iſraelem. c Hi ſunt fontes in quibus

non eſt

non eſt aqua, qui magna promittunt & mirabilem in ſe videntur ſapientiam atq; ſcientiam continere, cũ ſint ſalutaris ſapientiæ aqua prorſ⁹ vacui. d Sunt nebulæ ſteriles ab omni opere bono, & obſcuritatẽ habentes intellectus, priuati lumine veritatis & fidei, qui circunferuntur & exagitãtur ab impulſibus affectionũ ſuarum carnaliũ: e quibus caliginoſis nebulis, recte caligo in inferno deputata eſt, æternarũ tenebrarũ, f per ſuam enim ſuperbiã inflati, magnifica ſed vana loquentes (ſiue in eloquẽtia, ſiue in ſæculi ſapientia) hoc modo ſibi aĩos conciliant audientium atq; ita pelliciunt in ſuos errores, ad inſequendum deſyderia carnis luxurioſa, g homines adhuc imperfectos, qui cœperant à mala ſua conuerſatione ſeſe elongare, ſed ad perfectam virtutis ſtabilitatẽ nec dum peruenerant. Tales enim fere ſunt qui poſt carnis doctores abeunt, & ſequentes in ſuorum præceptorum erroribus conuerſantur. h Et promittunt quidem iſti falſi doctores auditoribus, verã libertatem reputantes peccãdi licentiam, Euangelicam libertatem. i Cum tamẽ ipſi ſint et permaneant veri ſerui peccati, & oĩs corruptelæ. a Nam vniuerſaliter illius quis ſeruus eſt & haberi debet à quo ſuperari paſſ⁹ eſt. Dum ergo ipſi à carnis & peccati corruptione ſe permiſerint ſuperari, dubiũ eſſe nõ poteſt, quin ſerui ſint et dici debeant corruptionis. b Et ſiquidẽ poſtquam ſæculi huius mala deſyderia, quę coinquinant hominẽ, per fidem & cognitione domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti ſemel dereliquerunt & abiurauerunt, ad eadẽ poſtmodum reuerſi, permittant ſe ab eiſdẽ ſuperari, quæ prius abnegauerant, vere in peiori iam ſtatu ſunt conſtituti, quam ante fuerant. c Nam minor eſſet eis damnatio, ſi penitus nunquam cognouiſſent fidei veritatem, quã

ne aqua/

d ⁊ nebule turbinibus exagitate/

e quibus caligo tenebrarũ reſeruatur/

f Superbia enim vanitatis loquentes/ pelliciunt in deſyderijs carnis luxurie/

g eos qui paululũ effugiunt qui in errore conuerſatũ/

h libertatem illis promittentes/

i cum ipſi ſerui ſint corruptionis.

a A quo enim quis ſuperatus eſt/ hui⁹ ⁊ ſeruus eſt.

b Si enim refugientes coinquinatiões mundi in cognitiõe domini noſtri ⁊ ſaluatoris Jeſu Chriſti his rurſus implicati ſuperantur/ facta ſunt eis poſteriora deteriora priorib⁹

c Meli⁹ ei erat illis nõ cognoſcere viã iuſtitie/ q̃ poſt agniti-

oнē retrorſū ꝯuerti d ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato.

e Contigit enim eis illud veri prouerbij

f Canis reuerſ⁹ ad ſuum vomitum / ⁊ ſ⁹ lota / in volutabro luti.

modo ſit futura, poſtquam agnitam ſemel et ſuſceptam fidem iterum abiiciunt, d derelinquentes ſanctum illud mandatum, quod de fide Chriſti ſuſceperunt ex Apoſtolorum traditione, atque doctrina. e Quibus recte accommodari poteſt vetus illud prouerbiū, quo dici ſolet de recidentibus in priſtina vitia. f Canis reuerſus eſt, ad reſumendum id quod per vomitum eiecerat: & ſus lota rurſus ſe in volutabro luti reuoluit, vt iterum fiat immunda. Sic enim ſunt, qui ſęculi ſemel abnegata deſyderia, & abiuratos ſemel Satanæ errores, poſtmodum reſumunt: & poſt mundi̧tiam quā in baptiſmo conſequuti ſūt in luto concupiſcentiæ ſuę, iterū ſe polluunt.

TEXTUS. CA. Tertium.

a Hanc ecce vobis chariſſimi ſecundã ſcribo epiſtolam /

b in quibus veſtrã excito in commonitione ſynceram mentem /

c vt memores ſitis eorum que predixi verborum a ſanctis Prophetis / ⁊ Apoſtolorum veſtrorum preceptorum domini ⁊ ſaluatoris.

d Hoc primum ſciētes quod venient in nouiſſimis dieb⁹ in deceptiōe illuſores

e iuxta proprias cōcupiſcentias ambulantes / et dicentes.

f Ubi eſt promiſſio /

ELVCIDATIO CAP. III.

a Videte fratres chariſſimi, quemadmodum ex nimia erga vos dilectione hāc vobis ſcribo ſecundam epiſtolam, poſt illam quam nuper miſeram priorem. b In quibus ambabus hoc ago, non tam vt doceā quaſi ignorantes, quam vt mentem veſtram (quam ego rectam & integram in fide Chriſti exiſtimo) per meam commonitionem excitare ſtudeam, c vt memores ſitis ſermonum quos vobis prædixi à ſanctis patribus ac prophetis multo ante prædictos, & præceptorum domini ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, quæ Apoſtoli vobis ex eius nomine tradiderunt obſeruanda. d Super omnia illud cōſyderantes ad cautelam diligenter, quod in nouiſſimis diebus palam venient, quales ex antiquo inceperunt prodire, & etiam modo non deſunt, vafri & nequam impoſtores, in deceptione & fraudulentia ſua hominū mentes ſeducere quærentes. e qui conuerſabūtur ſecundum naturalia corruptæ carnis mala deſyderia, & dicent. f Vbi eſt promiſſio quam expectant Chriſtiani, de venturo regno, & mundi innouatione, carnis reſurrectione

ctione, vita æterna, & ſimilibus? g Vbi & quando erit aduentus Dei, ad complendum ea quæ promiſit? Quaſi dicant, eo quod nondum videantur iſta, idcirco vana eſſe omnia & ridicula. h Ex quo enim (dicent iſti) maiores noſtri obierunt, ex antiquiſſima præcedentium memoria, & ab initio mundi, ſemper in eodem ſtatu mundus perdurat, & defectio nulla viſa eſt, quæ ſignum eſſe poſſit finalis conſummationis, & deinde ſubſequuturæ nouæ retributionis. Verum iſti ſic argumentantes, ſeipſos paralogizant ac fallút. i Affectata namque ignorantia nolunt intelligere, neque aduertere, mutationem maximam quę in mundo olim facta eſt, quę vẽturæ poſtmodum conſummationis poſſit eſſe ſignum ſufficiens: a quoniam aeris loca & regiones ab initio fuerunt, et terra fuit ex aqua (tertia die quando denudata fuit aquis ex bona parte) emicando apparens, b & verbo Dei ſuper aquas firmata & ſtabilita, & per eas firma ac ſtabilis perſeuerãs, vt nõ moueatur in ſæculum ſæculi: c per quę nẽpe aerem, aquam, ac terram, ille qui tũc erat originalis mundus ante diluuium excreſcente aqua, obrutus periit (vt ſic loquamur) ratione omnium viuẽtium quæ in eo perierũt, pauciſſimis in arca reſeruatis. Rupti enim fuerunt ad hoc diluuium complendum omnes fontes abyſſi, qui erant in terra, & aeris bona pars in pluuiam verſa, ſimul ad idem diluuium faciendum acceſſit in adiutorium: et ſic aqua in tantũ excreuit vt moreretur omne viuens ſuper terram. d Aer aũt in eo ſtatu in quo nunc eſt poſt illud vniuerſale diluuium, & terra vt nunc eſt, per idem Dei verbum ſunt in ſuo ſtatu conſtituti vſque in diẽ iudicii, quando perdendi ſunt impii: vt tunc per ignem conflagrationis iterum immutẽtur, in optimum ſtatum, poſtquã fuerint pu-

g aut aduent⁹ ei⁹?

h Ex quo enim patres dormierunt: omnia ſic perſeuerãt ab initio creature.

i Latet eñ eos hoc volentes/

a quod celi erãt prius/ et terra/ de aqua

b et per aquam conſiſtens Dei verbo/

c per que ille tunc mundus aqua inundatus periit.

d Celi autem q̃ nũc ſunt et terra eodem verbo repoſiti ſunt/ igni ſeruati in diem iudicii perditionis impiorum hominum.

e Unū vero hoc non lateat vos chariſſimi / quia vnus dies apud dominū ſicut mille anni : et mille anni / ſicut dies vn⁹.

f Non tardat dominus promiſſionē ſuam ſicut quidam exiſtimant:

ſed patienter agit ꝓpter vos/

g nolēs aliquos perire / ſed omnes ad penitentiam reuerti

h Adueniet autem dies domini / vt fur /

i in quo celi magno impetu tranſient: elementa vero calore ſoluentur /

a terra autem & que in ipſa ſunt opera: exurentur.

b Cum igitur hec omnia diſſoluēda ſint

c quales oportet vos eſſe / in ſanctis conuerſationibus & pietatibus /

d expectantes & pro

rificati per ignem. e Denique & illud vellim diligenter attendatis, quod mille annorum tempus ſic eſt ante dominum (cuius duratio æternitas eſt) ſicut apud nos breuis duratio vnius tantum diei, et econtrario: ita vt dominus illud minime reputet tempus prolixum, quod nos longiſſimum arbitramur, quoniam longiſſimum tempus, non eſt niſi momentum breue, ſi comparetur cū æternitate. f Et icciꝛco ſciendum nobis eſt, quod tametſi nobis ſic videatur: non tardat tamē nec protrahit dominus promiſſionem ſuam de aduentu ſuo & omniū innouatione, vltra temp⁹ congruū et à ſe ad hoc pręſtitutū quaſi iā reuocata ſententia nō ſit impletur⁹ quę promiſit: ſed expectādo patiētiā exhibet propter vos cæteroſq; peccatores hoīes, vt tempus cōcedat hominib⁹ pœnitētiæ, g nō deſyderans cuiuſq; interitū ac perditionem: ſed quantū in ſe eſt, potius oēs per pœnitentiam ad ſe reuerti, atq; ita ſaluos fieri cupiens. h In veritate aūt, ſuo tēpore adueniet illa dies viſitationis & iudicii, ſubito & occulte, quādo nō exiſtimabūt hoīes. i In quo die, aeris regiones magna impetus vehementia tranſibunt à ſtatu in quo nunc ſunt, immutati in melius: & nō aer ſolus, ſed elementa oīa, per virtutē caloris ignis illius purgabuntur examinata. a Et terra per eandē ignis illi⁹ vim, conflagrabitur, cū omnibus quę fuerint ſuper eā inuenta. b Conſyderandum aūt vobis eſt, ſi in illo tempore futuræ retributionis inanimata etiam elementa oportet ſic igne probari et purgari, quę tamen arbitrii libertatem ad peccandū non habent: c quales oportet vos modo exhibere rationales creaturas, qui liberū habetis ſuper actiones veſtras arbitriū, de quibus tunc fiet examen, in cōuerſatione veſtra, et in cultu ſtudioq; bonorum operū ſecundum pietatē, d vt ſic expectetis

pectetis aduentum diei illius & quodãmodo obuiam procedatis per amorem & in defeſſum bonæ operationis ſtudium, venienti ad iudicium domino. e Cuius virtute, ꝑ ignis miniſterium, aeris regiones conflagrabuntur, & elementa cætera per vim ardoris eius à ſuo ſtatu priori pereuntia, ad meliorẽ ſtatum purificata reformabuntur. f Expectamus autem tunc poſt illam ſanctam purgationem noua & meliora facta omnia, nẽpe innouatũ aerẽ, & melioratam terrã, quę ꝓmiſit, g in quibus inhabitabit munditia, & ſuo quodãmodo iuſtitia: quãdo oĩs erit immunditia ab eis per ignẽ purgantẽ abſterſa, quam ex hominum commercio nunc quodãmodo contrahunt. h Propter ꝙ chariſſimi cum iſta expectemus talia & tanta promiſſa, certiſſime ſuo tempore implenda: obſecro vos, i vt in omni ſtudio & diligentia ad hoc adnitamini vt ſine macula & pollutione inueniamini tunc ante conſpectum venturi iudicis in pace. a Et expectationem iſtã, qua dominꝰ promiſſum ſuũ differt ad ſalutẽ peccatorum exhiberi credatis, vt per pœnitẽtiã ſalui fiant peccatores: b quẽadmodũ & chariſſimus frater noſter Paulus gẽtium apoſtolus vobis ſcripſit Chriſtifidelibus, ſecundum ſapientiam ſibi à Deo datam, ad huius miniſterii ſui defunctionem recte exequendam: c quemadmodum & in omnibus ſuis epiſtolis, quas ad diuerſos diuerſas ſcripſit ad communem omnium vtilitatem, vbiq; de his & ſimilibus (quę ad inſtructionem morũ & fidei certitudinem pertinent) loquens, & ea ſemper inculcans. d In quibus Pauli epiſtolis complura reperiuntur ad intelligendú loca difficilia, propter ſenſuum altitudinem potiſſimum de fide & operibus, de gratia Dei, & ſimilibus. e quæ homines ſcioli q doctores ſe exhibere volunt antequam in

peràtes in aduentũ die domini:

e per quẽ celi ardẽtes ſoluent: ꝛ elemẽta ignis ardore tabeſcent:

f Nouos vero celos ꝛ nouã terrã ꝓmiſſa ipſius expectamus/

g in quibus iuſtitia habitat/

h Propter qđ chariſſimi hec expectãtes

i ſatagite/ immaculati ꝛ inuiolati ꝛ inueniri in pace:

a ꝛ dñi nr̃i Jeſu xp̃i longanimitatem ſalutem arbitramini/

b ſicut ꝛ chariſſimꝰ frater noſter Paulꝰ ſcḋꝫ dataꝫ ſibi ſapiẽtiam ſcripſit vobis/

c ſicut ꝛ in oibꝰ epiſtolis loquẽs in eis de his/

d In quibꝰ ſunt quedã difficilia intellectu/

e que indocti/

f ⁊ inſtabiles/

g depꝛauant/

h ſicut ⁊ ceteras ſcri pturas/

i ad ſuam ipſoꝛum ꝑ ditionem.

a Uos igiť fratres pꝛeſciētes cuſtodite b ne inſipientium er roꝛe traducti excidatis pꝛopꝛia firmi tate:

c Creſcite vero in gratia in cognitione dñi noſtri ⁊ ſaluato ris Jeſu Chꝛiſti.

d Ipſi gloꝛia ⁊ nūc ⁊ in dié eternitatis.

diuinis ſcripturis diſcipuli & docti fuerint, f & homines inutiles atq; inſtabiles, qui ſi forte eruditi in ſcripturis, nimis tamen cito ſe ſubtraxerunt à diſciplina, nec ſtabiles in ea permanſerunt: g Iſti, inquam, ſunt qui illa apud Paulum difficiliora deprauate legunt & intelligunt, h quemadmodum & cæteras ſcripturas ſolent huiuſcemodi indocti & inſtabiles homines deprauatē ad ſuum peruerſum ſenſum attrahere, i quod illis erit in perditionem. Hæc enim agentes perdunt ſeipſos. a Vos itaq; boni Chriſtifideles, ex noſtra monitione cognoſcētes periculum, vobiſipſis diligenter attendite: & cauete, b ne iſtorum inſipientium hominum erroneis perſuaſionibus à via recta in deuia abducti, atque cō fuſi excidatis ab illa firmitate ſanctæ fidei, in qua modo per gratiam Dei bene ſtatis. c Magis autem curate, vt creſcatis quotidianiſq; profectibus angmentum ſumatis in gratia Dei, & fideli cognitione Domini & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti: d Ipſi eſt & ſit gloria, nunc & in æternum, Amen.

Finit Textus Epiſtole Canonice poſterioꝛis beati Petri Apoſtoli.

❧ Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam poſteriorem beati Petri Apoſtoli.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPISTOLAM Canonicam priorem beati Ioannis Apoſtoli.

EPiſtolam iſtam Canonicam beati Ioannis apoſtoli, quia nullo conſequenti procedit ordine ſed pro affectus varietate, frequenter ſine vlla connexione de alio tranſit ad aliud: nunc rectum fidei dogma proponens, nunc aduerſus hæreticorum errores agens, & ab eis caue re præmonens, nunc fraternam charitatem p̄cipiens, nunc diuinam commendans, nunc de ſpirituali generatione qua ex deo nati ſumus, nunc de mundo eiſque quæ ſunt in eo fugiendis, ſermonem faciens, difficile eſt certo vno argumento proſequi. Volumus tamen (quod in aliis epiſtolis fecimus) etiam hanc breui epitomate per ſingula capita deliniare. In primo itaq; capi. ſuę prædicationis certitudinē, ex ſēſibili cuū chriſto Domino conuerſatione præmittens, ſimul etiam quid annunciauerit proponit: nempe lucem eſſe Deum puriſſimam abſque omni admixtione tenebrarum, nos quoq; debere in luce conuerſari: quod facientes, ſocietatem habebimus cum eo, & ſanguis eius nobis ad peccatorum proficiet emundationem. Et ne quis ſe remiſſione illa non indigere exiſtimet mendacem dicit omnem, qui ſe peccatum non habere audet præſumere. Secundo autem capitulo, vt non peccent monet: ſi tamen peccare contigerit, vt non deſperent, ſed per aduocatum noſtrum Chriſtum, propitiationem quærant. Deinde quis vere Deum cognoſcat, & rectam habeat erga illum charitatem, inque eo maneat, ex operibus mandatorum Dei deſcribit. Charitatis mandatum vetus nominat, ſimul & nouum: diligentem fratrem dicit eſſe in luce, quo modo odientem in tenebris. Poſt hoc familiariter alloquens ſingulas ætates, ſenes, iuuenes, adoleſcentes, infantes, omnes tandem vniuerſali admonitione ab amore mūdi dehortatur, omne quod in mundo regnat, in tribus vitiis atq; malis peſtibus (quæ totum orbem inficiunt) cōſtituens. nimirum in concupiſcentia carnis, in concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ. Poſt hoc, dicens iam nouiſſimam eſſe horam, & antichriſtos (id eſt, veritati contradictores) multos iam exurrexiſſe, ipſe tamen de eis non omnino me tuit, ſperans quod ipſa ſpiritusſancti interior vnctio, eos de omnibus quæ ſunt credenda ſufficienter inſtruet, vt illorum vanitatibus

tatibus & erroribus non habeant fidem. Illorum quoque Anti-christorum mendacia, negantium Chriſtum, ac proinde etiam patrem, aperiens: bonos fideles monet, in ſemel ſuſcepta Apoſtolica fide, firmos permanere, promiſſionem eis diuinæ veritatis & vitæ æternæ adiiciens. Atque hæc ipſa, de vnctione & vitæ æternæ repromiſſione, iterum replicans: monet vnctioni ſpiritus intendere, in Deo patre & filio manere, & regeneratos in ipſo operari iuſtitiam. Tertio vero capitulo, demonſtrat charitatẽ Dei nobis ex hoc exhibitam, quod talem nobis ipſe dedit poteſtatem, vt filii Dei nominemur & ſimus, quod licet nunc nondum appareat, in futuro tamen apparebit quid futuri ſimus quando cum eo apparebimus in gloria. Propter quam ſpem noſipſos à peccatis ſtudemus ſanctificare per Chriſtum, qui ſemel ad peccati deſtructionem in carne apparuit: in quo quiſquis manet, non peccat. Monet quoque eos, vt non ſe patiantur ſeduci, ſed operentur iuſtitiam & veritatem, uoniam ex ſolis operibus bonis & malis, eſt filiorum Dei à filiis diaboli diſtinctio: præcipue autem ex amore aut odio fraterno, dicens omnes fratrum oſores (cuiuſmodi erat Cain) ex diabolo eſſe. Neque mirentur ſi à mundanis hominibus & infidelibus habeantur odio, ſcientes ſe ad vitam, per veram Dei & proximi dilectionem, tranſlatos. Oſores autem fratrum homicidas nuncupat, & vita æterna priuatos. Deinde CHRISTI charitatem (qui ſeipſum dedit pro noſtra ſalute) proponens in exemplum, vult vt pro inuicem etiam animas noſtras & vitam parati ſimus impendere. Propter quod nullo modo dicit in illis Dei ineſſe charitatem, qui habentes hui⁹ mũdi diuitias, neceſſitatem patientibus non exhibent miſericordiam. Neque ſatis eſſe dicit lingua & verbo dilectionem prætendere: ſed neceſſarium eſſe, vt & opere demonſtretur & veritate: vt perfecte exhibita dilectione, cum non reprehenderit nos conſcientia noſtra, fiducialiter petamus à Deo, quæcunque velimus, & accipiamus. In quarto vero capite, ſpirituis docet probandos, & quomodo ex confeſſione rectæ fidei debeant diſcerni, manifeſtat: in hoc differentiam aſſignans, quod illi de mundo loquuntur, & ideo à mundanis acceptantur. Veri autem fideles, quomodo ex Deo ſunt, & non de mundo, ſic & ea quæ Dei ſunt loquuntur quæ mundo non ſapiunt. Ex quo, ſpiritus erroris à ſpiritu veritatis facile diſcernitur: dum hic veritati, ille autem acquieſcit falſitati. Rurſum deinde eos ad mutuam charitatem adhortatur, CHRISTI charitatem proponens in eo quod prior dilexit nos.

Deum

Deum etiam charitate nominans, qui per dilectionem manet in nobis, noſq; in eo. Timorem quoque repugnare dicit veræ charitati diuinæ ſimul & odium fraternum: quoniam mentitur qui ſe dicit Deum diligere, ſi fratrem non diligat. Quinto autem capitulo, de natiuitate ex Deo pertractat, & de mundi victoria per fidem Chriſti, qui per aquam venit & ſanguinem iuxta quod ſpiritus teſtificatur de eo, nec ſpiritus ſolum, ſed & beata trinitas ꝑſonarum tota: cuius teſtimonio multo magis debet adhiberi fides, quàm vlli aſſertioni humanæ. Demum de orandi fiducia, & de peccante ad mortem, aut non ad mortem, de generatione Dei à peccato cuſtodiente, diſſerens: mundi malitiam per Chriſtum verum Deum ſuperatam docens: à ſimulachris eos cauere iubẽs, ita terminat epiſtolam.

¶ Finit Argumentum.

Elucidatio

IN EPISTOLAM CANONICAM PRIOREM Beati Ioannis Apoſtoli.

ELVCIDATIO Capitis primi.

a QVOD erat ab æterno verbum in ſinu patris, quod per vaticinia prophetarum multo ante incarnationem eius audiuimus pręnunciari, & poſtmodum ipſis his auribus incarnatum audiuimus

loqui,

TEXTVS

Epiſtolæ Canonicę primæ beati Ioannis Apoſtoli.

TEXTUS. CA. primum.

a Quod fuit ab initio, quod audiuimꝰ |

b quod vidimus oculis noſtris / perſpeximus/
c ⁊ manus noſtre cõtrectauerunt/

loqui, b quod noſtris his oculis ſẽſibiliter vidimus ſuo tempore incarnatum inter homines, & diligenter cõtẽplati ſumus, c quod ad maiorem certitudinem ſecundum carnẽ etiam palpando contigimus, & contractauimus manibus noſtris, per familiariſſimam quam cum eo habuimus conuerſationem,

d de verbo vite ⁊ vita manifeſtata eſt.

d de verbo patris, quod eſt ſola & vera vita, & quod manifeſtatum eſt nobis tanquã vita noſtra, patris voce & miraculorum efficacia, & ita ſenſibiliter vidimus certiſſime que cognouimus:

e ⁊ vidimus/ ⁊ teſtamur/ ⁊ annunciam⁹ vobis

e Illud ipſum ſicut vidimus & certiſſima ſcientia atque experientia cognouimus, ita teſtificando de veritate prędicamus vobis, Chriſtum Deum & hominẽ,

f vitam eternã que erat apud patrẽ/ et apparuit nobis.

f qui eſt omnibus credentibus vita æterna, quæ erat ab æterno apud patrem, latens in ſinu eius, & his nouiſſimis temporibus apparuit aſſumpta carne, viſibilis.

g Quod vidimus et audiuimus/ annunciamus vobis/
h vt vos ſocietatem habeatis nobiſcũ/
i ⁊ ſocietas noſtra ſit cum patre ⁊ filio ei⁹ Jeſu Chriſto.

g Quod vidimus, inquam, & ipſi audiuimus vt certiſſimum & indubitatę fidei annunciamus vobis: h vt credentes aſſociemini nobiſcum, modo in ſpei participatione, & poſtmodum in rei conſimili retributione: i & omnium noſtrum ſit vna & vera ſocietas, communicatio & participatio atq; vnio cũ patre & filio eius Ieſu Chriſto: Vt omnes vnum ſimus Chriſto, & Deo.

a Et hec ſcribimus vobis/
b vt gaudeatis/ ⁊ gaudiũ veſtrũ ſit plenũ

a Atque hæc modo quæ olim vos verbo docuimus, etiam ſcripto voluimus vobis repetere: b magis vt gaudium veſtris animis ex noſtra hac diligentia & ſolicitudine, proueniat, & certũ, firmum, ſolidumq; ſit gaudium fidei veſtræ quàm vt ignorantiam veſtram edoceamus.

c Et hec eſt annũciatio quam audiuim⁹ ab eo / ⁊ annũciam⁹ vobis/ d qm̃ deus lux eſt/ ⁊ tenebre in eo nõ ſunt vlle.

c Prædicatio autem quam audiuim⁹ à chriſto vt eam prædicaremus omni populo, hæc eſt: d quoniam Deus vera lux eſt, quę mũdum venit illuminare, & quod nullæ prorſus, aut ignorantiæ aut peccati tenebræ, ſũt in eo. Propter quod, ſic nos conformari illi luci oportet

ci oportet qui Chriſti dici volumus, vt ſtudeamus (quod in nobis eſt) omne ſerroris & malitiæ tenebras à nobis depellere. e Si enim dixerit quiſpiam ſe habere ſocietatem cum Chriſto Chriſtianum ſe nominando, cōuerſetur autem in errore aut malitia, mendax eſt ille, & veritatem opere non loquitur, quam lingua & ore confitetur. f Quiſquis autem in luce conuerſari ſtudet, in omni bonitate per gratiā Dei laborans incedere, g quemadmodum Chriſtus ipſe lux vera eſt per ſuam ſubſtantiam, qui, inquam, ſic ſe illi aſſimilat in operatione & cōuerſatione, vt eſt ille in ſua eſſentia: h is verè ſocietatem habet & vnitatem primum cū proximo ſuo, atque deinde cum Deo: i & illi proderit ſanguis Chriſti, & emundabit talis per virtutem ſanguinis Chriſti ab omni peccato in quodcunq; contigerit per fragilitatem incidere. a Si dixerit quis ex nobis (qui in hac carne adhuc agimus) hominibus, ꝙ nullum omnino, neq; grande neq; paruum aliquando cōmittat peccatum, falſum ille ſibi perſuadet, & veritas hac in parte fugit ab illo. Præſtaret culpam agnoſcere, vt veniam precari. b Si enim agnoſcamus ante deum, & confiteamur humiliter peccata oſtra, fidelis eſt ipſe & iuſtus, vt iuxta verbū ac pactum miſericordiæ ſuæ confitentibus & pœnitentibus nobis dimittat peccata noſtra. c & per virtutem ſanguinis ſui, quē ſuper nos inuocamus, emundabit nos ab omni iniquitate. d Si autem dixerimus, quoniam nihil peccati aduerſus deum habemus, & excuſare velimus, ſic quaſi per noſipſos ſimus innocentes & mundi, mendacem dicim⁹ Deum, qui in pleriſque ſcripturæ locis aperte contrarium aſſeruit, e & verbum veritatis eius nos abnegamus, eiq; contradicim⁹ In pleriſque enim ſcripturarum locis, hoc legi

e Si dixerim⁹ quoniā ſocietatē habemus cū eo ⁊ in tenebris ambulam⁹: mētimur/ ⁊ veritatē nō facimus.

f Si aūt in luce ambulamus/

g ſicut ⁊ ipſe ē in luce

h ſocietatē habem⁹ adinuicem/

i ⁊ ſāguis Jeſu chriſti filij eius: emundat nos ab oī pctō.

a Si dixerimus qm̄ pctm̄ nō habem⁹: ipſi nos ſeducim⁹/ ⁊ veritas i nobis nō eſt.

b Si cōfiteamur peccata noſtra fidelis ē ⁊ iuſt⁹/ vt remittat nobis pctā noſtra/

c ⁊ emundet nos ab omni iniquitate.

d Si dixerimus qm̄ nō peccauim⁹: mēdacem facimus eum/

e ⁊ verbum ei⁹ non eſt in nobis.

hoc legitur ex ſpiritu dei dictum: quoniam omnes ſub peccato ſumus, & glorificari habet in nobis Deus, vt per ſe nobis peccata remittat: quod ille negare cognoſcitur quiſquis, ſe quaſi innoxium et per ſe mundũ, vane gloriatur.

TEXTUS. CA. ſecundum.

a Filioli mei hec ſcribo vobis, vt nõ peccetis.

b Sed & ſi quis peccauerit, c aduocatũ habem⁹ apud patrẽ, Jeſum Chriſti.

d Et ipſe eſt propitiatio pro pctis nr̃is, e nõ p noſtris autẽ tantũ, ſed etiam pro totius mundi.

f & in hoc ſcim⁹ qm̃ cognouimus eũ ſi mãdata ei⁹ obſeruam⁹.

g Qui dicit ſe noſſe deum, & mandata ei⁹ non cuſtodit mẽdax eſt, & in eo veritas non eſt.

h Qui aũt ſeruat verbũ eius vere in hoc charitas dei pfecta eſt:

i In hoc ſcimus, qm̃

ELVCIDATIO CAP. Secundi.

a Sta autem, nempe quod chriſtia
1 nus debet extra tenebras in luce cõ
uerſari, & de confeſſione ac remiſſione peccatorum, nos ob hoc ſcribimus vobis, per modum commonitionis: vt vos à peccatis deterreamus, vt ab eis (quantũ fieri poteſt) ſtudioſe declinetis. b Qui tamen in peccatum ceciderit, non deſperet de peccati remiſſione: ſed recurrat ad veniam. c Habem⁹ enim aduocatum & interceſſorem apud patrem Ieſum Chriſtum, qui iuſtus eſt: & ſicut promiſit, fidelem ſe patientibus propitiatorem & pontificem, exhibet. Ne quis forte paternæ iuſtitiæ diffidens ſeueritati, in deſperationem corruat. d Et ipſe eſt qui nobis propitium reddit patrem, ne pro peccatis noſtris damnemur. e Non ſolum autẽ pro noſtris, id eſt, pauculorum hominum peccatis: ſed vniuerſaliter pro omnium hominum delictis ſe exhibet in commune propitiatorem. f Et hoc nobis certum eſt ſignum quod vere eum cognoſcimus perfecta ſapiẽtiæ cognitione, ſi ea quæ præcepit ſtudeam⁹ operibus adimplere. g Qui enim dicit ore ſe Deum per fidem cognoſcere, & mandata eius non obſeruat, mendax eſt, & ſine veritate in hoc loquitur lingua, & contra linguam opera clamant. h Qui autem verba præceptorum eius opere adimplẽdo diligenter cuſtodit, in hoc charitas Dei vera & integra eſt, qualis eſſe debet, ad ſalutem ſufficiẽs habenti. i Ex hoc autem ſigno cognoſcere poſſu

re poſſumus probabili exiſtimatione, ꝙ in ipſo ſimus, & vnum cum eo. a Quoniam qui ſe ore affirmat in Chriſto permanere & verè Chriſtianum ſe eſſe gloriatur debet ille, vt ſit hec gloria atq; aſſertio vera, ſic conuerſari, quemadmodum ille conuerſatus fuit in mundo, eiuſq; veſtigia ſectari. b Chariſſimi nullum vobis nouum mandatū ſcribim⁹, ſed vetus quod ab initio veſtræ conuerſationis audiſtis & accepiſtis. Siquidē baptizati mox docebamini ſeruari, quæcunq; præcepiſſet dominus obſeruanda. c Rurſum tamē cōmonefaciendo vos, quodammodo vetus hoc innouo mandatū in cordibus veſtris: ꝙ ſicut in ipſo dño in veritate erat, ſic & in vobis eſſe debet et ſicut in ſeipſo dominus opere demonſtrauit, ita & in vobis requirit, d quia tenebræ abierunt infidelitatis, quādo in baptiſmo peccatis concupiſcentiis mortui ſum⁹, & veritas iam illuxit Chriſtianę fidei, vt ambulemus & operemur ſecundum eam. Vnuſquiſq; autem cōſideret, ne ſeipſum fallat, putans ſe eſſe in luce, cum non ſit propter ſolā fidem mortuam ſine charitate. f Si quis enim ſe dixerit eſſe in luce, ſuper mortua fide confiſus, odio autem habeat fratrem ſuum, in tenebris adhuc ille manet & perſeuerat, quantumuis ſibi videatur illuminatus, donec odium abiiciat. g Qui diligit fratrem ſuum, in lumine vero conuerſatur: & in dilectione ſic ambulans, non patietur offendiculum, nihilq; illi nocebit, h Qui autem odium habet erga fratrem ſuum, in tenebris eſt, & in cordis ſui cęcitate graditur, i Ignorans quo vadat, id eſt quid agat, quia tenebræ quæ ex odii affectione ſunt exortæ, excęcauerunt oculos mentis eius, vt quod bonū eſt ac rectum, pure cernere ad agendum non poſſit. Hanc autem admonitionem Epiſtolæ huius, ego ad omnes in vniuerſum qui

in ipſo ſumus.

a Qui dicit ſe i chriſto manere/debet ſicut ille ambulauit ⁊ ipſe ambulare.

b Chariſſimi/nō nouū mandatum ſcribo vobi[s] ſꝫ mādatū vet⁹ qđ habuiſtis ab initio/mandatum vetus eſt verbuꝫ quod audiſtis.

c Iterū mandatū nouū ſcribo vobis/ qđ verum eſt ⁊ in ipſo/ ⁊ in vobis.

d q[uia] tenebre tranſierunt.

e ⁊ verū lumen iā lucet.

f Qui dicit ſe in luce eſſe ⁊ fratrem ſuū odit/ in tenebris eſt vſq; adhuc.

g Qui diligit fratrē ſuū in lumine manet ⁊ ſcādalū i eo nō eſt.

h Qui aūt odit fratrem ſuū in tenebris eſt/ in tenebris ambulat/ i Et neſcit quo eat/ q[uia] tenebre excecauerūt oculos ei⁹.

ſum qui ſunt in vobis,cuiuſcunq; ætatis & conditionis fideles volui deſtinare. a Omnibus vobis,qui filii eſtis mihi tenere dilecti ſcribo : quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius, de quo ſcribimus. b Vobis ſcribo ſeniores,quoniam fideles facti cognouiſtis eum qui eſt in æternitate,patrem æternum. c Et vos quoque adoleſcẽtiores digni mihi viſi fuiſtis quos meis collaudarem literis, quoniam ſpiritus virtute per fidem deuiciſtis malignum,qui in baptiſmo aufugit à vobis. d Ad vos quoq; qui eſtis ætate minimi,vix dum perfectæ rationis vſu gaudentes,noſtræ huius epiſtolæ ſermo ſimiliter loquitur:quoniam qualicunq; cognitione Deum vt patrem agnoſcitis , in cuius nomine baptizati eſtis. e Vobis,inq̃ ò patres ſcribo(vt ex magna affectione ſemel dictum iterum replicem)quoniam credidiſtis & fide cognouiſtis æternitatis Deum. f Et vobis adoleſcentibus ſcribo,quoniam robuſti eſtis ſpiritu & verbum Dei cuſtoditis in vobis,& viciſtis diabolum,per fidei veſtræ virtutem. g Ne diligatis chariſſimi præſens iſtud ſæculum nequam,neque vlli rei quæ in mundo eſt,cum affectu cordis inhæreatis. h Quiſquis enim in mundanis rebus cor defixũ habet,& ſæculo labẽti corde adhæret:conſtat illum in ſe non habere veram Dei ſuper omnia(vt oportet) dilectionem. Et vere non debet mundus , nec poteſt cum Deo diligi. i Quoniam omne quod in mũdo eſt & mundanum dicitur:aut ad concupiſcentiam carnis pertinet,aut concupiſcentiam oculorum,aut ſuperbiam vitæ.Quarũ prima,gulam continet atq; luxuriam. Secũda ,auaritiam & ſuperfluam habendi cupiditatem.Tertia,ſuperbiam & ambitionem: ſub quibus inclusa ſunt omnia vitia, a quæ in mundo dominantur,quarum trium nulla ex

a Scribo vobis filioli,qm̃ remittũtur vobis peccata propter nomen eius.
b Scribo vobis patres,qm̃ cognouiſtis euꝫ qui ab initio eſt
c Scribo vobis adoleſcentes, qm̃ viciſtis malignum.
d Scribo vobis infãtes,
quoniã cognouiſtis patrem.
e Scribo vobis patres qm̃ cognouiſtis eũ qui ab initio eſt.
f Scribo vobis iuuenes,qm̃ fortes eſtis ⁊ verbum dei manet in vobis, ⁊ viciſtis malignũ. g Nolite diligere mũdũ neq; ea que in mũdo ſũt.
h Si quis diligit mũdum nõ eſt charitas patris in eo:
i Qm̃ oẽ quod eſt in mũdo concupiſcẽtia carnis eſt,⁊ concupiſcentia oculoꝝ ⁊ ſuperbia vite,
a que non eſt ex patre ſed ex mũdo eſt.

la ex Deo eſt, neque Deo placet: Imo ex mundi corruptione, & Deo contraria ſunt atque inimica. b Mundus autem iſte præſens, præterit, & tranſit, nullam habens ſtabilitatem, cum omni concupiſcẽtia ſua: & proinde quiſquis in mundo floret, mundique ſectatur cõcupiſcentias breuem, vanam, & mox perituram ille ſectatur vmbram. c Qui autem in hoc ſolicitus eſt, vt Deo placeat, eiuſq; perficiat voluntatem, illius gloria & fruct⁹ permanebit in æternum ante dominum. d Filioli iam nouiſſima ſunt mundi huius tempora, & ad finem mundus iſte ſuo decurſu peruenit. e Et ſicut frequenter ex Apoſtolorũ monitionibus audiſtis, quod Antichriſtus nouiſſimis temporibus ante iudicium ſit venturus in mundum, ita iam impleri cœptum eſt in præcurſoribus eius: f quoniam iam Antichriſti multi exurrexerunt, qui illius peſſimi aduentum quaſi prçcurſores prçnuntiãt, incipientes modo hæreſes, perſequutiones, et ſchiſmata, quæ ille perfectius complebit. g Vnde cognoſcimus, quod iam ad occaſũ mũdus declinat, et nouiſſima inſtant conſummationis tempora. Nam præuenientibus præcurſoribus, non longe poteſt abeſſe is quem prçnunciant, & cui aduentum præparant.

h E noſtro quidem contubernio (id eſt, ex Chriſtianorum cœtu & Eccleſia) apoſtatantes abſceſſerunt, ad ſua ſchiſmata ſuſcitanda: i ſed non erant ſecundum Dei prædicationẽ & finalem perſeuerantiam, de bonorum & ſaluandorum fidelium numero. a Si enim diuina eos præſcientia de fidelium ſaluandorum numero præcognouiſſet, indubie nobiſcum (id eſt, cum cæteris ſanctæ Eccleſiæ fidelibus filiis) in vna fide eademque ſententia, in finem vſque per Dei gratiam permanſiſſent. b Sed iccirco permittit eos Deus à nobis ſic patenter ſeparari, vt clareat, quoniam non

b Et mundus trãſit ⁊ omnis concupiſcẽtia eius.

c Qui autem facit voluntatem ⁊ manet in eternum.

d Filioli, nouiſſima hora eſt.

e Et ſicut audiſtis q Antichriſtus venit,

f Nunc Antichriſti multi facti ſunt:

g Unde ſcim⁹: quia nouiſſima hora eſt.

h Ex nobis prodierunt,

i ſed non erant ex nobis:

a Nam ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſẽt vtique nobiſcum:

b Sed et manifeſti ſunt quoniã non ſũt omnes ex nobis:

c Sed vos vnctionē habetis a ſancto.
d & noſtis omnia.
e Non ſcripſi vobis quaſi ignorantibus veritatem, ſed quaſi ſcientibus eam.
f et quoniam omne mendacium ex veritate non eſt:
g Quis eſt mendax, niſi is q̄ negat quoniam Jeſus non eſt Chriſtus?
h hic eſt Antichriſtus
qui negat patrem & filium.
i Omnis qui negat filiū, negat & patrē
a Qui confitetur filium & patrē habet
b Vos quod audiſtis ab initio, in vobis permaneat,
c quia ſi in vobis p̄-

non omnes de numero ſunt verorū fidelium, ſecundū præſcientiam & prædeſtinationem Dei, qui modo videntur cum eis in ſacramētis & aliis exterioribus communicare. c Vos autem internam habetis in vobis ſpiritus ſancti inſtructionem, d & eo ſuggerente, docenteque vos omnem veritatem, hæc omnia quæ ad veſtram ſalutem ſunt neceſſaria, bene cognoſcitis. e Vnde neque ego vobis ideo ſcripſi, vt docerem quaſi ignorantes veritatem catholicæ fidei: ſed potius quaſi iam recte & integre ſentiētibus, tantum ad commonitionem & exhortationem ſalutarem. f Et illud potiſſimum ſcientibus, quoniam omne mendacium & verbi & operis Deo contrariatur, & cum Deo ſtare non poteſt. g Inter omnia vero mendacia, illud ergo præcipuum pronuncio, & quaſi caput omnis blaſphemiæ, eorum qui negando aſſerunt Chriſtum Ieſum non eſſe verum filium Dei, nec meſſiam illum in lege & Prophetis repromiſſum, & quod per eum humani generis ſalus non fuerit operata. h Quiſquis tale aliquid impudenti audet aſtruere mendacio, ſignate eum, & cauete ab illo, quoniam Antichriſtus eſt ille, Chriſtoque aduerſarius & hoſtis publicus, qui ſic mentitur negans Dei filium, ac proinde & patrem. i Omnis enim qui Dei filium negat nec credit vt oportet de eo, is nec rectam poteſt habere neque fidelem patris cognitionem, quoniam pater & filius vnum ſunt, & ſi patrem cognouiſſent, filium etiam cognouiſſent, quemadmodum & econtrario. a Qui confitetur ſicut oportet Chriſtum Dei filium, patrē quoque (qui cum filio vnum) vera item confeſſione confitetur. b Vos autem doctrinam fidei, illam quam audiſtis a principio veſtræ conuerſionis, cuſtodite in vobis, & in illa firmi permanete: c quoniam ſi in illa

perſeueranter

perſeueranter ſteteritis,non declinantes in errorum deuia,ſicut modo eſtis vnum cum patre & filio , ſic & permanebitis per hanc fidei rectitudinem. d Repromiſſio autẽ quã pollicitus eſt nobis (hoc eſt,fidelibus perſeuerantibus in doctrina fidei) vita ęterna eſt, vt ne quis paruifaciat. e Hæc ſcripſi vobis quaſi per quandam admonitionem, de ſeductoribus iſtis, qui fidelium mentes quærunt à veritate auertere poſt ſuos errores. f Vos autem videte, vt ſpirius ſancti illa interna inſpiratio atque inſtructio permaneat in vobis:quæ abſcedit,cum quis erroribus implicatus ſe a veritate auertit. g Et non eſt modo neceſſarium, vt prolixioribus ſermonibus & pluribus verbis latius proſequentes, iſta vos doceamus, aut alius quicunque, quoniam ipſi per ſpiritusſancti illuminationem facile iſta capitis & intelligitis: h ſed ſicut interna illa ſpiritus vnctio, ſuggerendo quæ ſunt veritatis, vos inſtruit de omnibus, quæ ad fidei & morum integritatem pertinent, rectam dans intelligentiam, i & ſicut verum eſt ſine mendacio quod illa docet , ſic in ea curate permanere, & ne per veſtram culpam ſubtrahatur vobis , diligenter attendite. a Quid multa? Filioli obſecro, vt in eo permaneatis qui vos ſemel vocauit & docuit: vt cũ apparuerit in iudicio CHRISTVS dominus noſter, confidenter tunc ante illum , quaſi fideles amici eius ſtare valeamus pariter , & non confundamur per ſententiam condemnationis eius,cũ aduenerit. b Si ſcimus (ſicut vere ſcimus) eum eſſe iuſtum ſubſtantialiter , imo ipſam iuſtam iuſtitiam, c & illud ſimiliter conſyderate , quod inter homines quiſquis in operibus exercet iuſtitæ ,iuſteque operatur,ex Deo natus eſt ſpiriutali generatione,

manſerit quod audiſtis ab initio / ⁊ vos in filio ⁊ patre manebitis.

d Et hec eſt repromiſſio quaꝫ ipſe pollicitus eſt nobis / in vitam eternam.

e Hec ſcripſi vobis / de his qui ſeducunt vos.

f et vos vnctionem quam accepiſtis ab eo / maneat in vobis

g Et non neceſſe habetis / vt aliquis doceat vos /

h ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus /

i ⁊ verum eſt / ⁊ non eſt mendacium.

Et ſicut docuit vos / manete in eo.

a Et nunc filioli manete in eo / vt cuꝫ apparuerit / habeamus fiduciam / ⁊ non confundamur ab eo in aduentu eius.

b Si ſcitis quoniaꝫ iuſtus eſt /

c Scitote quoniam ⁊ omnis qui facit iuſtitiam / ex ipſo natus eſt.

tione, & Dei filius atque amicus vocari, haberi, & eſſe meretur.

TEXTVS. CA. Tertium.

a Videte qualē charitatem dedit nobis pater,

b vt filij Dei nominemur

& ſumus.

c Propter hoc mundus non nouit nos, quia non nouit eū.

d Chariſſimi, nunc filij Dei ſumus,

e Et nondum apparuit quid erimus.

f Scimus quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus:

g quoniam videbimus eum ſicuti eſt.

h Et omnis qui habet hanc ſpem in eo ſanctificat ſe, ſicut & ille ſanctus eſt.

i Omnis qui facit peccatū & iniquitatem facit: Et peccatum eſt iniquitas.

a Et ſcitis quia ille

ELVCIDATIO CAPITIS III.

a Onſyderate (quæſo) quantam nobis C Deus pater charitatem demonſtrauerit, dans nobis poteſtatem per ſuum vnigenitum & naturalem filium, b vt & nos quoque filii Dei nominemur, adoptiui: Nec nominemur ſolum, ne inane nomen exiſtimetur, ſed vere etiam ſimus. Parum autē eſt, ſi mundus nos nihili pendat, quoniam nō nouit nos quid ſumus futuri. c Non enim nouit nos mundus, quoniam Deum patrem noſtrum non cognouit: quem ſi recte cognouiſſent, non ſic nos abiicerent. d Chariſſimi quantumuis nos illi deſpiciant, ſumus tamē etiam nunc per adoptionem veri filii Dei. e Donec autem in hoc corpore peregrinamur â patre noſtro, nōdum apparuit quod ſumꝰ futuri. f Firmiſſime autem per fidem cognoſcimus quoniam in reſurrectione, cū apparuerit in gloria ſua dominus noſter, tunc ſimiles ei erimus in gloria & claritate, tam corporis quam animæ: g qui tunc aperta viſione, facile ad faciem eum videbimꝰ clare, ſecundum eſſētiam, ex quo omnis nobis gloria & beatitudo erit, & aſſimilatio ad eum. h Et omnis qui hanc habet expectationem ſpei indubitatæ, ſtudet ſe ſanctificare à peccatis, ſe in omni conuerſatione ſua cuſtodiēdo, ſicut & ille ſanctus eſt: ad cuius ſperat cōſortium, ſimilitudinem & beatitudinem peruenire. Alioqui vana erit ſpes eiuſmodi. Commaculat autem ſeipſum homo quolibet peccato. i Nam omne peccatum eſt iniquitas, & contra æquitatem quam Deus conſtituit: Ac proinde, quiſquis peccatum quodlibet cōmittit, iniquitatem ille facit, & æquitati cōtrariatur, atque ita Deum offendit æquitatis. a Et ſcitis quoniam ad hoc Chriſtus domi-

nus in carne apparuit paſſioni ſe ſubiiciens & morti tradens vt peccata mundi deleret. Vſqueadeo execratur ipſe peccati malitiā: b Et peccatum nullum in eo inuentum fuit grande ac minimum. c Conſimiliter omnis qui in Chriſto manet, quatenus in eo manet, peccare non poteſt: potiſſimū peccato quod mortem inferat animæ, & diuidat inter hominem & Deum. Quoniā impoſſibile eſt vt per peccatum anima moriatur, & dicatur ſimul homo in Deo permanere: Iam enim dū per peccatum occiditur anima à Deo ſeparatur: & extra Deum fit quæ prius in eo erat. d Et omnis qui mortali peccato ſic ſe a Deo ſeparat, quatenus eiuſmodi vere Deum non vidit, neq; recte cognouit. Alioqui non ſic ſe ab illo ſeparaſſet. e Filioli, nemo vobis imponat, neque ſeduci vos patiamini. f Veritas eſt, quod is qui iuſtitiam & opera bona ſtudet operari, ille inter homines iuſtus dicitur & eſt, g ſicut & Deus eſſentialiter iuſtus eſt, non ex operationibus ſolum, ſed etiam ex eſſentia, ipſa iuſtitia eſt. h Quiſquis peccato mortis ſe commaculat, ad diabolum ſpectat, & ex eius parte atq; ditione eſt, qui eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ & auerſionis: eiuſque imitatur exemplum, i quoniam ille à principio conditionis ſuæ ſtatim peccare incepit, & vſque nunc (quantū pręualet) a peccato non ceſſat: non tantum per ſe delinquens, ſed alios in idem etiam pertrahere ſolicitus. a At vero filius Dei, qui ex aduerſo iuſtus eſt, ea de cauſa venit carne aſſumpta in mundum, vt opera diaboli, quæ ſunt peccata & peccatum concomitantia deſtruat & auferat, donans nobis perfectam in ſe iuſtitiam. b Omnis qui ſpirituali generatione eſt filius Dei, quatenus eiuſmodi & quamdiu in ea manet generatiōe, peccare nō poteſt mortis peccato: c quoniam ſemē ſpirituale

apparuit, vt peccata tolleret,

b et peccatum in eo non eſt.

c Omnis qui in eo manet, non peccat:

d et omnis qui peccat, non vidit eum, nec cognouit eum.

e Filioli, nemo vos ſeducat.

f Qui facit iuſtitiā iuſtus eſt.

g ſicut et ille iuſtus eſt.

h Qui facit peccatū ex diabolo eſt,

i Quoniam ab initio diabolus peccat.

a In hoc apparuit filius Dei vt diſſoluat opera diaboli.

b Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatū non fecit.

c quoniam ſemen ip

ſuus in eo manet/

d Et non poteſt peccare/ quoniã ex Deo natus eſt.

e In hoc manifeſti ſunt filij Dei et filij diaboli.

f Omnis qui non eſt iuſtꝰ/ nõ eſt ex Deo/

g et qui non diligit fratrem ſuum/

h quĩ hec eſt annunciatio/ quam audiſtĩ ab initio/ vt diligatis alterutrum/

i Non ſicut Cain/ q̃ ex maligno erat / et occidit fratrem ſuũ:

a Et propter quid occidit eum? Quoniam opera eius maligna erant:

b fratris autem eiꝰ iuſta.

c Nolite mirari/ fratres/ ſi odit vos mũdus.

d Nos ſcimus/

e quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam / quoniam diligimus fratres.

f qui non diligit/ manet in morte:

g Omnis q̃ odit fra

ritualis illius diuinę generationis in eo permanet, quod eſt ſpiritusſanctus, & verbum Dei. d Et quandiu hoc non expellitur ſemen, peccare non poteſt, quoniam filius Dei eſt, & in ſpirituali conſtitutus eſt generatione. e Filii autem Dei & filii diaboli (id eſt, qui ex parte Dei ſunt, & qui ex parte diaboli) in hoc ſigno ſolo diſtinguuntur: f quoniam qui non ſtudet operari iuſtitiã, & per opera bona ſe exercere in mandatis Dei, non eſt ille ex Deo, ſed ex diabolo: quemadmodũ econtrario qui iuſtitiam facit ex Deo eſt, g Potiſſimum autem & euidentiſſimum ſignũ eſt, quod quis Dei filius non ſit, ſi fratrem ſuum non diligat. h Quoniam hanc prædicationem & doctrinam, in principio conuerſationis veſtræ, ſuper omnia & ante omnia edocti eſtis, vt proximos diligatis: i Non exiſtentes ſimiles illi peſſimo Cain primo homicidæ, qui ex diabolo erat, eique per odiũ ſubditus: & occidit fratrem ſuum. a Occidit autem, non alia de cauſa, niſi quoniam ipſe nequam erat, & filius diaboli, cuius opera et conuerſatio erant mala, & ideo dominus ad eius munera non reſpexit. b ſicut ad munera Abel, cuius opera iuſta erãt: atque hinc exortum erga fratrem odium, ad homicidiũ eum attraxit. c Ne miremini quaſi nouũ aliquid patiẽtes, ſi vos ſęculares homines habeant exoſos. d Nos enim qui in Chriſtum credentes mundo abrenunciauimus, ſcimus & cognoſcimus ſpiritu ſancto nobis teſtimonium perhibente, e quemadmodũ de morte peccati ad vitam gratię fidei ſumus tranſlati, per dilectionem fraternam, ſi in ea permaneamus. Propter quod, confiſi bonæ conſcientiæ teſtimonio, debemus mundi iudicia pro nihilo ducere. f Qui non diligit, adhuc in morte peccati eſt anima illius. g Et omnis qui odit fratrem ſuum, quodammodo

homicida

homicida nuncupari poteſt & debet, quatenus principium & radicem in ſe habet homicidii, quod ſemper eſt odium, quemadmodū qui conſpexerit mulierem ad concupiſcendū eam in corde ſuo, mœchus iam dicitur etiam ſi opus nō ſubſequatur. h Scitis vero, quia nullus homicida vitam in ſe præſentiet ęternam permanentem, ſed poſt vitam hanc corporis tranſibit ad mortem æternam, corporis & animæ. i Nos charitatem Chriſti dei noſtri erga nos, experientia cognouimus, p̄ hoc quod animam ſuam pro noſtra ſalute tradiderit in mortem. Propter quod, iuxta illius exemplum, oportet nos animo prōptos, & voluntate paratos eſſe, a vt pro proximorum noſtrorum ſalute (cum hoc eorū vtilitas vel neceſſitas, exegerit) etiā vitā noſtrā corporalem libēter impendamus. Nunc igitur, ſi etiam corporis vitam dilectio fraterna impendere debet proximis, b quid dicemus de iis qui huius mundi ſubſtantia abundant (id eſt, diuitiis, & iis quæ ad victum & veſtitum humanum in vſu ſunt) qui videntes proximos ſuos indigentiam pati, & neceſſaria non habere ad corporis qualemcunq; ſuſtentationem, quæ ipſi ad abundantiam ſupra neceſſitatem & ſufficientiā habent, nolunt tamen miſereri ſic indigentibus, c & viſcera (in quibus miſericordiæ ſedes eſt) obfirmant & obdurant, vt non cōmoueantur ad ſubueniendum proximorum miſeriis? d In talibus quomodo poterit eſſe vera Dei dilectio, & fraterna charitas, quę ſecūdū deum eſt? Sane nullo modo. e Filioli mei, non oſtendamus tātum per linguam & ſermonem blandiloquum, fraternam dilectionē (quemadmodum plurimi faciunt, qui p̄ter verba nihil donant pauperibus) f ſed in operibus miſericordiæ demonſtrate charitatem veſtram, quæ eſt ſola & vera dilectio. Si

trē ſuū homicida eſt

h Et ſcitis, qm̄ oīs homicida nō habet vitam eternam in ſe manentem.

i In hoc cognoſcim⁹ charitatē dei, quoniā ille animā ſuam pro nobis poſuit:

a ⁊ nos debemus pro fratribus aīas ponere.

b Qui habuerit ſubſtantiam huius mūdi: ⁊ viderit fratrem ſuū neceſſe habere

c ⁊ clauſerit viſcera ſua ab eo,

d quomodo charitas dei manet in eo?

e Filioli mei nō diligam⁹ verbo neq; lingua,

f ſed opere ⁊ veritate:

tales nos exhibuerimus ante Deum & nos ipſos tales inuenerimus veræ miſericordię ſectatores,

g In hoc cognoſcimꝰ quia ex veritate ſumꝰ

g in hoc cognoſcere probabili admodum exiſtimatione poſſumus, quoniam ex veritate ſumus quæ eſt Deus, & veri filii Dei:

h ꝛ i ꝯſpectu eiꝰ ſuadebimus corda nr̃a

h & noſtris animabus ſic facientes bene conſulemus ante conſpectum domini, qui pro iſtis miſericordiæ operibus, beatã nobis reddet remunerationem.

i Qm̃ ſi reprehenderit nos cor noſtrum:

i Nam ſi cor noſtrum & propria conſcientia nos reprehẽdat, teſtimonium nobis perhibens quod non vere operemur opa miſericordiæ et dilectionis:

a maior eſt deus corde noſtro, ꝛ nouit omnia.

a ſciendum nobis eſt, quod maior eſt Deus quâm cor noſtrum, & potentior ad inſpiciendum omnia etiã intima: ita vt melius noſcat quæcunq; ſint in intimis cogitationibus hominum, quàm ipſemet homo ſcire poſſit. Ipſe enim ſcrutatur profunda cordis noſtri & intelligit ſigillatim ſingulas cogitationes noſtras. Propter quod, nec euademus iudicium iudicis omnia cognoſcentis, ſi noſtræ conſcientiæ reprehenſionem non poſſumus euadere.

b Chariſſimi ſi cor noſtrum non reprehenderit nos,

b Chariſſimi, ſi conſcientia cordis noſtri, poſt aſſiduum & diligens examen non arguat nos de immiſericordia aut alio quouis peccato, ſed perhibeat nobis bonum teſtimonium, quod ex animo quęramus operari opera Dei,

c fiduciã habemꝰ ad deũ, ꝛ q̇cquid petierimus, accipiemus ab eo:

c fiduciam talem habemus ad Deum, quod de omni re quamcunq; ſecũdum eius voluntatem pro noſtra ſalute petierimus ab eo, exaudiet nos, & dabit liberaliter quicquid poſtulauerimus eum,

d qm̃ mandata eius cuſtodimus, ꝛ ea q̃ ſunt placita corã eo facimus.

d ſi mãdata eius ſtudioſe obſeruamus, & ea quę ſunt Deo placita implere curamus: quorum ſolet Deus præces libenter exaudire, qui voluntatem facit omnium timentiũ ſe.

e Et hoc eſt mãdatũ eius, vt credamꝰ in nomine filij eiꝰ Ieſu Chriſti,

e Hoc autem eſt mandatum quod mandauit nobis ut credamus in filium eius Ieſum Chriſtum, ſicut & in ipſum patrem credimꝰ:

f ꝛ diligamus alterutrũ ſicut dedit mã

f & vt propter eum, communem omnium creato-

rem

rem ac redemptorem, diligamus inuicem p veram charitatis ſpiritualem dilectionem, ſecundum mandatum quod ipſe præcepit nobis. g Et qui mandata eius cuſtodit, manet vnum in eo, & ipſe deus vnum eſt cum illo. h Et quod in nobis credentibus in Ieſum filium Dei ipſe inhabitet, & maneat, ſitque vnum in nobis, & nos in eo, in hoc cognoſcim⁹ i nempe ex ſpiritu ſancto quem effudit in nobis, per quem ipſe in nobis habitat.

datum nobis.

g Et qui ſeruat mandata eius in illo manet / & ipſe in eo.
h Et i hoc ſcim⁹ qm̄ manet in nobis.
i de ſpiritu quē dedit nobis.

¶ELVCIDATIO CAPI. Quarti.

a Hariſſimi, noſite ſine diſcretione omnium hominum omnibus ſuggeſtionibus fidem adhibere, b ſed cum magna diſcretione & iudicio diſcernere ſtudeatis, an ex deo ſint qui loquuntur vobis, an ex diabolo: hoc eſt, ſi veritati catholicæ fidei, quam à principio audiſtis, conſona loquantur, an fidei contraria. Vehemēter enī neceſſe eſt probare ſpiritus: c quoniā multi falſi prophetæ proceſſerunt inter homines qui pro veris falſa ſemināt & mala dogmata. d In hoc autem cognoſci poterit qui ex ſpiritu Dei loquitur. e Omnis enim qui prædicat & confitetur Chriſtum Ieſum dei filium incarnatum eſſe, & verum hominem factum, quantum ad hoc veritatem loquitur & eſt ex deo, niſi alium habeat huic ſimile falſitatis dogma, quod prædicat. f Et omnis prædicator ac doctor, qui Ieſum Deum verum hominem ſoluit, ita vt eum aut hominem verum neget eſſe aut verum Deum, ex deo & veritate nō eſt, ſed ex diabolo, qui eſt pater omnis mendacii. g Et hic eſt Antichriſtus, de quo ſæpe ab Apoſtolis audiſtis, quod ante conſummationem in fine ſæculi venturus ſit: imo vero ſecundum præcurſores ſuos, qui contra Chriſtum loquuntur hereticos, etiam nunc in mundo eſt, h Vos autē

TEXTVS. CA. Quartum.

a Chariſſimi nolite oī ſpū̄i credere /
b ſed ꝓbate ſpiritus ſi ex deo ſint /
c qm̄ multi pſeudo prophete exierunt in mundum.
d In hoc cognoſcit ſpiritus dei.
e Oīs ſpū̄s qui cōfitetur Jeſuꝫ Chriſtū in carne veniſſe ex deo eſt:
f Et oīs ſpū̄s qui ſoluit Jeſum / ex deo nō eſt.
g Et hic eſt antichriſtus de quo audiſtis qm̄ venit & nunc iaꝫ in mundo eſt.
h Uos ex deo eſtis

filioli ⁊ viciſtis eū:

i qm̄ maior eſt qui in vobis eſt, ꝙ qui in mundo.

a Ipſi de mundo ſūt ideo de mūdo loquūtur, ⁊ mūd⁹ eos audit, b Nos ex Deo ſumus.

c Qui nouit deū, audit nos, qui nō eſt ex deo, non audit nos,

d In hoc cognoſcim⁹ ſpiritum veritatis, ⁊ ſpiritū erroris.

e Chariſſimi diligamus nos inuicem.

f q̄ꝛ charitas ex deo eſt.

g Et oīs qui diligit ex deo natus eſt, et cognoſcit Deum.

h Qui nō diligit non nouit Deum,

i qm̄ de⁹ charitas ē.

a In hoc apparuit charitas dei in nobis, qm̄ filium ſuum vnigenitum miſit de⁹ in mundum, vt viuam⁹ per eum. b In hoc eſt charitas, nō qua ſi nos dilexerimus Deum,

e ſed qm̄ prior dile-

autem ô filioli mei, filii Dei eſtis, & omnem qui chriſto aduerſatur, per fidem veſtram ſuperaſtis. dum iniquis perſuaſionibus, eorum non creditis: i quoniā deus qui in vobis tā quam adiutor & protector inhabitat, maior eſt quàm qui in mundo regnat diabolus, aut eius miniſtri Antichriſti. a Ipſi mundani ſunt, atq; ideo mundana loquuntur & ſęcularia, & mundani homines eos audiunt, eiſq; obediunt. b Nos vero, ex deo ſumus. c Vnde qui deū recte cognoſcit fide perfecta noſtris credit ſermonibus. Qui autem dei nō ſūt & ad deum non pertinent, non credunt ſermonibus noſtris, qui ab eo miſſi ſumus & loquimur. d Per hoc diſcernimus ſpiritum veritatis rectæq; fidei, à ſpiritu erroris ſiue infidelitatis. Spiritus enim veritatis miſſos à deo audit: ſpiritus erroris, miſſos à Deo repellens, mendaces audit à diabolo miſſos. e Ad dilectionis autem exhortationem rediens obſecro chariſſimi, vt inuicem diligamus: f quia charitas à Deo eſt, & Dei nos eſſe facit filios. g Et omnis qui vera charitate diligit proximum ſuum, Dei filius eſt per ſpiritualem qua ex Deo renatus eſt generationem, & cognoſcit Deum propter quem diligit fratrē ſibi ſimilē imaginē à deo habētem. h Qui autem fratrem non diligit, deum ille non nouit, vera & fideli cognitione: i quoniam Deus eſt amor & charitas, ſecūdum eſſentiam, quomodo etiam ipſemet ſua bonitas eſt. a In hoc manifeſta eſt Dei erga nos dilectio, quod filium ſuum vnigenitum ipſe miſit in mundum, vt homo fieret: vt qui eramus per peccata noſtra mortui, p eum viuificaremur. b In hoc autē charitas conſiderari debet, quod deus nos ī diligendo præuenit. Non enim nos priores dileximus deum, ne ipſius diligere putetur redamare amoremq; reddere pro amore: e ſed ipſe

nos

nos prior dilexit,propter ſemetipſum,nullo modo à nobis ad amorem noſtri obligatus. d Dilexit aũt nos deus,non lingua tãtũ,ſed opere & veritate,filium ſuum mittens de ſinu ſuo ad terras,vt fieret propitiator ꝓ peccatis noſtris:ideſt,vt per eum peccata noſtra auferrẽtur atq; expiarentur. e Attendite chariſſimi & conſiderate, quoniam ſi Deus ſic nos dilexit,qui tanto à nobis miſeris diſtat interuallo, f multo magis ęquum eſt, vt nos inuicem diligamus,qui ſumus nobis inuicem proximi, & modo quodam pares. g Nemo vnquam hominum in hac carne mortali degens, Dei potuit eſſentiam comprehendere,nec eum ſicut in ſeipſo eſt cognoſcere:ſed in proximo noſtro(in quo Dei imago eſt)deum quodammodo cognoſcere poſſumus,& amare. h Atque ideo ſi inuicẽ in deo diligimus(licet deum non ſicut eſt comprehendamus) manet deus in nobis & nos permanemus in deo: i & charitatem veram,rectam, & ſaluare ſufficientem habemus in nobis qui fratrem in deo & deum in fratre diligimus. a Atque(vt ſupra diximus)quod nos cum deo maneamus vnum & deus nobiſcum,ſcimus ex hoc quod ſpiritum ſanctum dedit nobis ad menſuram,per quem noſtra anima in templum ei conſecratur,& ipſe manſionem facit in nobis. b Et nos Apoſtoli vidim⁹oculis,& teſtimoniũ perhibem⁹,quaſi de re quãoptime & certiſſime nouimus, quod deus miſit filium ſuum ad ſaluandum homines mundi à peccatis ſuis. c Quiſquis ore & opere, plena confeſſione confitetur I E S V M eſſe filium dei, eius fidem tenendo, & præcepta implendo,vnum eſt cum illo deus,& ipſe cum deo eſt vnum. d Et nos ſicut cognouimus charitatem dei quam exhibuit nobis in filio ſuo:ita libenter acquieſcimus,et per fidem deuote ſuſcipim⁹

xit nos/

ꝛ miſit filiũ ſuũ ꝓpitiatorem pro peccatis noſtris.

e Chariſſimi ſi deus dilexit nos/

f ꝛ nos debem⁹ alterutrum diligere.

g Deum nemo vidit vnq̃.

h Si diligim⁹ inuicẽ de⁹ in nobis manet

i ꝛ charitas i nobis perfecta eſt.

a In hoc cognoſcim⁹ qm̃ i eo manem⁹ ꝛ ipſe in nobis/ qm̃ de ſpiritu ſãcto ſuo dedit nobis.

b Et nos vidim⁹ et teſtificam⁹ qm̃ pater miſit filiũ ſuum ſaluatorem mundi.

c Quiſquis cõfeſſus fuerit qm̃ Jeſus eſt fili⁹ dei/ Deus in eo manet ꝛ ipſe in deo.

d Et nos cognouim⁹ ꝛ credidim⁹ charitati/ quã habet Deus in nobis.

gratias

e Deus charitas eſt
⁊ qui manet in charitate in deo manet
⁊ deus in eo.
f In hoc perfecta eſt
charitas d̃ nobiſcū,
vt fiduciam habeamus in die iudicij:
g quia ſicut ille eſt ⁊
nos ſum⁹ in hoc mūdo.

h Timor non eſt in
charitate,
i ſed pfecta charitas
foras mittit timorē,

a qm̄ timor penā habet:

b Qui aūt timet nō ē
pfectus in charitate

c Nos ergo diligam⁹
deū, quoniam deus
prior dilexit nos.

d Si quis dixerit qm̄
diligo deū, ⁊ fratrē
ſuū oderit mēdax eſt
e Qui eīm nō diligit
frem ſuū quē videt

f Deū quē non videt
quō poteſt diligere?

gratias illi pro exhibita & oſtenſa charitate agentes. e Deus charitas eſt, & qui manet in charitate, manet in deo, & deus ſimiliter manet in eo habitando. f Sic perfectam erga nos dilectionem Deus demonſtrauit nobis, vt merito confidere debeamus de eius miſericordia quaſi filii chariſſimi, & non metuere quaſi ſerui meticuloſi, in die iudicii: g quoniam ſic nos in hoc mundo conuerſantes ſumus & viuimus, & dilectione fraterna, quomodo ipſe in ſe eſt diligens & benefaciēs de cœlo gratis & ingratis. h Seruilis em̄ iſte timor, cum vera & integra charitate ſimul ſtare non poteſt. i Imo charitas ſi perfecta, integra, vera, & ſufficiens fuerit, foras expellit timorem, aduenicns, nec ſecū in eodem corde inhabitare patitur: a quoniam timor ille ſeruilis pœnam conſiderat, attendit & pro obiecto habet quod reſpicit: quā charitas non attendit, quę Deo propter ſe ſeruit & adhæret. b Qui autem timet vt ſeruus, veram ille adhuc charitatem non habet, licet initium aliquod & pręparatorium habere poſſit, quaſi ad charitatis perfectionem tendens quam priuſquam aſſequatur, oportet obiici timorem. c Nos ergo diligam⁹ deū vel hac ratione: quoniam ipſe nos dilexit prior & benefecit cum nullis à nobis eſſet beneficiis aut amoribus ad redamādum obſtrictus. Nemo vero ſeipſum decipiat, putans ſe Deum diligere, etiam ſi non diligat fratrem. d Nam ſi quis dixerit ſe deum diligere, odiū habens contra proximum ſuum, mendaciū loquitur. Cum illa ſimul conſtare nequeant. e Qui enim fratrem quem oculis videt, & cum quo familiariter conuerſatur, non vult amare ſimilem ſibi in imagine Dei, eiuſdem q; naturæ atq; eſſentiæ ſecundum corpus & animā: f quomodo poterit ille diligere deū quem videre non poteſt, cum quo nullam ha

bet

bet familiarem cõuerſationem, & à quo omnibus modis tam longiſſime diſtat? g Deniq; hoc præceptũ mandauit deus, & olim in veteri lege, & modo etiam in noua per Christũ, vt qui deum diligit, diligat etiã proximũ ſuum: quod qui nõ facit, ſcire debet, quod nec deum diligit, cuius pręceptum per fratris odium non obſeruat,

g Et hoc mãdatũ habem⁹ a deo/ vt qui diligit deum / diligat et fratrem ſuum.

ELVCIDATIO CAPITIS Quinti.

TEXTVS. CA. Quintum.

a Omnis qui credit, corde, ore, ſimul & opere confitendo, Ieſum eſſe filiũ dei, is regeneratus eſt in adoptiuũ filium dei. b Et omnis qui diligit omnium patrem deum, ſimul diligit etiam omnes qui ex deo ſunt nati. Non enim poteſt patrem diligere, ſi filios non diligat patris. c Signum autem per quod cognoſcimus an vera dilectione diligamus fideles filios dei, eſt: ſi deũ vere diligimus, & ſic præcipue, vt proximos & fideles propter deũ diligamus, & dei mãdata vere obſeruemus. d Vere enim charitas dei eſt, per quam obſeruamus mandata eius. e Quæ (ne quis abhorreat) leuia, atq; ad implendũ facilia ſunt amantibus: quoniã in dilectione ſita ſũt omnia, qua nihil eſt dulcius, neq; hominum affectui inſitum naturalius: potiſſimum autem iis, qui ex deo per ſpiritum ſunt renati: f Omnis eñ qui natus eſt ex deo, mundum ſuperauit, omnem eius pompam & deſideria mala abominans, quẽadmodum & Chriſtus, prior vicerat mundum. g Et fides eſt, per quam nos mundũ ſic vincimus: fides, inquam, quæ per dilectionem operatur. h Quis enim eſt qui mũdũ vincit, cum omnibus quæ in eo ſunt, niſi qui fidem viuẽtem habet in Ieſum filium dei cui per fidem in amore adhærendo, facile contẽnuntur quæ in mundo ſunt omnia? i Ipſe eſt

a Ois qui credit qm̃ Jeſus eſt Chriſt⁹ ex deo natus eſt.
b Et ois qui diligit cũ qui genuit/ diligit ⁊ cũ q̃ nat⁹ eſt ex eo
c In hoc cognoſcim⁹ qm̃ diligimus natos dei/ cũ deũ diligam⁹ ⁊ mãdata eius faciamus.
d Hec eñ eſt charitas dei vt mandata eius cuſtodiamus.
e ⁊ mandata ei⁹ grauia non ſunt:
f Qm̃ omne quod natum eſt ex deo/ vincit mundum.
g Et hec eſt victoria que vincit mundum fides noſtra.
h Quis eſt aũt q̃ vincit mũdũ niſi q̃ credit qm̃ Jeſus eſt filius dei?
i Hic eſt qui venit p

aquā & ſanguinē Jeſus Chriſtus:

eſt Ieſus Criſtus, verus deus & homo, qui venit operaturus myſterium redemptionis & ſalutis noſtræ per aquam & ſanguinem: vt per aquæ baptiſmale miſterium & per ſanguinis precioſi effuſionem, & peccata dimittātur fidelibus & regni cœleſtis acquiratur introitus.

a Nō in aqua ſolū/ ſʒ in aqua & ſanguine.

a Non autem in aqua tantum venit, quæ ſine ſanguinis effuſione myſteriū humanæ ſalutis ſola operari non potuit: ſed per aquam ſimul & precioſum ſanguinem.

b Et ſpūs eſt qui teſtificatur/ qm̄ Chriſtus eſt veritas.

b Et ſpirituſſanctus eſt qui teſtimonium pħibet interna ſua ſuggeſtione, & etiam in externa ſuper ipſum in ſpecie columbæ apparitione, de Chriſto: quod ipſe ſit verus filius Dei, & verus ſaluator mundi.

c Qm̄ tres ſūt qui teſtimoniū dāt in celo d pater/

c Quoniam tres ſunt perſonæ, quæ deſuper teſtatæ ſunt de veritate filii Dei: d nēpe pater, qui & in baptızatione, & in trāſfiguratione, voce de cœlo demiſſa, dixit, Hic eſt filiꝰ meus dilectꝰ in quo mihi bene cōplacui:

e verbum/

e et ipſe filiꝰ verbū patris, qui ſecūdū æqualitatē patris de ſe dixit, qm̄ ego & pater vnū ſumus:

f & ſpirituſſanctus:

f et ſpūs ſanctus qui in columbæ ſpecie ſuper ipſū requieſcens manifeſtū veritatis fuit iudiciū,

g Et hi tres vnū ſūt

g Et hæ tres perſonæ tā ſubſtātia quā teſtimonio vnū ſunt, teſtificantes concorditer, quod Chriſtus ſit verus filius Dei.

h Et tres ſūt qui teſtimoniū dāt in terra: i ſpiritus/

h Et tres ſunt qui in terra dāt teſtimoniū quod ipſe verꝰ ſit homo, i nēpe ſancta illa anima quā moriens cū clamore valido expirauit ac patri cōmendauit,

a aqua & ſanguis:

a aqua item & ſāguis, quæ de latere moriētis effluxerunt,

b Et hi tres vnū ſūt

b Et hęc tria, cōcorditer teſtificātur, fuiſſe verā in Chriſto et nobis ſimilē humanitatē.

c Si teſtimoniū hominū accipimꝰ teſtimoniū Dei maiꝰ eſt:

c Et ſi quidē humano teſtimonio ſtatur et creditur, ſi fuerint duo aut tres qui teſtificentur de re quapiā, certe diuinum teſtimoniū validius & firmiꝰ eſt, magiſq; credibile.

d qm̄ hoc eſt teſtimoniū dei/ quod maiꝰ eſt/ qz teſtificatꝰ eſt filio ſuo.

d Quoniā hoc eſt teſtimoniū dei, quod ego dico maius eſſe, quod de ſuo proprio & conſubſtantiali filio quē

ſibi

ſibi coæqualem in æternitate genuit, teſtificatus eſt: quem nemo nouit niſi pater, quemadmodum & ecõtrario, nemo patrem nouit niſi filius. d Qui in filiũ dei credit, habet in ſe teſtimoniũ dei patris & conſeruat illud, dum per fidem acquieſcit. e Contra vero, qui in filium dei non vult credere, abiicit & repellit patris teſtimonium, & mendacẽ hoc ipſo facit patrem; quod non velit acquieſcere teſtimonio patris, quod de filio ſuo perhibuit. f Summatim aũt, quod teſtificatũ eſt & prædicatum eſt à nobis, illud eſt: quod vitam æternam nobis fidelibus Deus pater dedit, nunc in ſpe & poſtmodum in re dans nobis poteſtatem filios Dei fieri, credentibus in nomine eius: g & hanc vitam pater nobis diſpoſuit per Chriſtum ſuum filium, qui nobis per ſui ſanguinis precium, illam apud patrem promeruit. h Et ipſe eſt vita animę noſtræ, quemadmodum anima vita eſt corporis: vt quiſquis filium dei habeat, idem habeat etiã veram vitam: qui autem filium dei non habuerit, ſecundum ſpiritũ mortuus ſit. i Hæc ſcribo vobis filioli, vt commonefaciẽdo vobis in memoriam reducam, quod vitã æternam etiam nunc in promiſſione habetis quicunq; creditis in Chriſtum filium Dei. a Et hãc fiduciã habem⁹ apud Deũ, quicũq; vere credimus in eum, quod ipſe nos exaudiat in omnibus quęcunque petierimus ſecũdum voluntatem eius, & beneplacitum. b Et hoc non dubitamus, quin impleat omnes petitiones noſtras, iuxta quod ſuæ ſanctiſſimę voluntati viſum fuerit ad noſtram ſalutem expediens. c Qui cognouerit fratrem ſuum peccato aliquo teneri, vel leuiori & veniali, vel tali etiam (ſi grande ſit) quod videatur nõ vſq; ad mortem per finalem impœnitentiam duraturũ, ſed probabiliter exiſtimatur, qui ex infirmitate, ignorantia, aut

fragili

d Qui credit in filiũ Dei habet teſtimonium Dei in ſe:
e Qui vero non credit filio mendacẽ facit eũ: q2 nõ credit in teſtimoniũ quod teſtificatus eſt de⁹ de filio ſuo. f Et hoc ẽ teſtimonium quoniam vitam eternã dedit nobis Deus:
g & hec vita in filio eius eſt.
h Qui habet filium dei habet vitã q nõ habet filiũ dei vitã non habet.
i Hec ſcribo vobis vt ſciatis qm̃ vitã habetis eternã qui creditis in noĩe filij dei
a & hec eſt fiducia quã habem⁹ ad deũ q2 quodcunq; petierimus ſcd'm voluntatem eius audit nos:
b Et ſcim⁹ q2 audit nos quicquid petierim⁹ ſcim⁹ qm̃ habem⁹ petitiones quas poſtulamus ab eo.
c Qui ſcit fratrẽ ſuũ peccare peccatũ nõ ad mortem.

fragilitate illud commiſit, de eo pœnitentiã acturus, atq; ita remiſſionem conſequutur?, tali (inquã) peccato de cuius emendatione & remiſſione ſperatur, ſi quis viderit fratrẽ peccaſſe, d adiuuet illum ſuarum precum ſuffragio apud dominum: vt qui ſic non ad mortem deliquit, per pœnitentiam redeat ad vitam perfectam animæ, quam tollit peccatũ.

d petat: ⁊ dabit̃ ei vita peccati nõ ad mortem/

e Eſt pctm̃ ad mortẽ

c Sunt quorũdam peccata deſperata, de quib⁹ veriſimili exiſtimatione creditur, quod in mortem vſq; non expiabuntur: eo quod de eis non videtur pœnitentiam acturus qui ea commiſit: veluti cum quis ex obſtinata peruerſitate agnitã veritatem blaſphemat, aut impugnat: f de illis peccatis non dico eſſe neceſſarium, vt communes fiant inuicem orationes, quanquam nec pro his omnino prohibeam. g Omnis vero iniquitas etiam quæ leuis & facile ſanabilis eſt, peccatum dicitur, & eſt (quatenus contra æquitatem eſt) aliqua ex parte. h Sed in genere peccati quædam ſunt, quæ peccata ad mortem ſpecialiter vocantur & ſunt, quibus irretiti atq; grauati vix ſolent reſipiſcere, ſiue ad vitam redire: pro quibus dico non eſſe neceſſarium, vt quotidianę fiant orationes, quemadmodũ pro venialibus & aliis facile ſanabilibus, pro quibus facienda eſt quotidiana deprecatio.

f non p illis dico vt roget quis.

g Oĩs iniquitas/ peccatum eſt:

h ⁊ eſt peccatum ad mortem.

i Illud autem ſcimus, quoniam omnis qui p regenerationem factus eſt filius dei, donec filius Dei manet, peccare non poteſt peccato mortali, quod inter ipſum ac Deum diuidat ponatq; inimicitiam: a ſed hoc ipſum quod dei filius eſt, in deo regeneratus, & per ſpiritum ſanctum denuo viuificatus, conſeruat eum à pecato: & malignus ſuggeſtor diabolus non tangeteum, vt noceat pręualeat, aut dominetur ei. b Nos qui in Chriſtum credimus, ſcimus quoniam dei filii facti ſumus: et qui in mundo manent omnes, in Chriſtum nolentes

i Scim⁹ qm̃ omnis q̃ natus eſt ex deo nõ peccat:

a ſed generatio dei conſeruat eũ/ ⁊ malignus non tanget eũ

b Scim⁹/ quoniã ex deo ſum⁹/ ⁊ mundus totus in maligno poſitus eſt.

nolentes credere in peccato iacent,& in malo miſerabiliter conſtituti ſunt. c Et nos ſcimus, quoniam filius Dei ad hoc venit, & intelligentiam nobis dedit, ſuo lumine nos illuſtrans: vt cognoſcamus eum qui eſt verus Deus, omnia deteſtantes idola, & ſuperſtitiones omnes abnegantes: atque ita per fidem rectam maneamus vnum cũ vero filio eius. d Ipſe eſt idem verus Deus, & vita æterna. e Filioli, concludens moneo vos, vt abſtineatis ab idololatria.

c Et ſcimus quoniã filius Dei venit / et dedit nobis ſenſum vt cognoſcamus Deum verum: ⁊ ſumus in vero filio eius.

d Hic eſt verus Deus / ⁊ vita eterna.

e Filioli / cuſtodite vos a ſimulachris.

Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam primam beati Ioannis Apoſtoli.

¶ Finit Textus epiſtole Canonice prioris beati Joannis Apoſtoli.

¶ ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPIſtolam Canonicam ſecundam Beati Ioannis Apoſtoli.

FAmiliarem hanc epiſtolam ſcripſit fœminæ fideli, congratulans ei de virtute filiorum, & probitate conuerſationis eorum iuxta mandata Dei: eamque obſecrat, vt in dilectione quam ſuo mandato Chriſtus peculiariter præcepit, ſemper permaneat in obſeruatione mandatorum Dei. Et quoniam venturi erant falſi doctores multi & hominum deceptores, veritatem incarnationis Chriſti negantes, præmonet eam diligẽter attendere, ne fructum fidei perdat, ſed in perſeuerantia mercedẽ plenã accipiat. Deinde, eos qui ſanã doctrinã rectæ fidei afferunt, patrem & filium dicit in ſe habere: eos vere qui catholicæ veritati aſſerunt contraria, vſqueadeo vult deuitari, vt nec in ſalutatione cum eis communicent fideles, ne operibus eorum malignis conſenſum præbeant. Plura autem nolens per atramentum & calamum ſcribere, ita breuem terminat epiſtolam.

Finit Argumentum.

TEXTVS EPI ſtolæ Canonicæ ſecundæ beati Ioannis.

a Senior electe dominæ et natis eius.

b quos ego diligo in veritate/

c ⁊ nō ego ſolus/ſed ⁊ omnes qui cognouerunt veritatem/

d propter veritatē que permanet in vobis/⁊ vobiſcum erit in eternum/

e Sit vobiſcum gratia/ mia/ pax a deo patre/ ⁊ a Chriſto Jeſu filio patris/in veritate ⁊ charitate

f Gauiſus ſū valde/ qm̄ inueni de filiis tuis ambulantes in veritate ſicut mādatū accepimus a patre.

g Et nunc rogo te dn̄a non tanq̄ mandatum nouum ſcribens tibi/ſed quod habuim⁹ ab initio/ vt diligam⁹ alterutrum.

Elucidatio

IN EPISTOLAM CANOnicam ſecundam beati Ioannis

Ia Oannes preſbyter,ſcribit ſalutémque precatur electę & nobili dominæ, cuius nomē ſcriptū eſt apud dominū, & filiis ac filiabus eius, b quos ego vero amore omnes (propter parentis bonam imitationem) vera diligo charitate. c Neque ſolus ego amore aliquo carnis priuato,ſed mecum etiam fideles omnes,qui veritatem fidei cognouerunt,audientes virtutem fidei & vitæ veſtræ,vos nō poſſunt nō diligere, d propter veritatem fidei atq; morum,quam vos tenetis, & in qua permanetis,quemadmodum & permanebitis, vt ſpero,in æternum ab ea nunquam receſſuri. e Sit vobis gratia, miſericordia, & pax à deo patre & domino Ieſu Chriſto filio eius in veritate & charitate. f Magnum attulit animo meo gaudium, qui experientia docente,comperi quoſdam ex filiis tuis conuerſantes ſecundum vitæ veritatem,& morum integritatem, ſecundum quod à patre Deo præceptum omnes accepimus, qui nos vult in veritate dilectionis conuerſari. g Et nunc rogans te exhortor bona domina, non quaſi nouum aliquod humanæ inuentionis mandatum tradendo preſcribens,ſed in memoriam & commonitionem reuocando vetus mandatū,quod ab initio noſtræ conuerſionis,

ſionis,atque etiã ex lege ſola naturæ accepimus,nempe vt diligamus inuicem. h Et in hoc impletur vera erga Deũ charitas, ſi viuamus ſecundum præcepta eius. i Hoc eſt enim præceptum,vt iuxta quod ab initio veſtræ conuerſionis inſtructi fuiſtis per veros Apoſtolos,ita credatis & agatis omnia, & nullo modo ab eo deflectatis perſuaſione hominũ iniquorũ: a quoniam multi mentium animarũmq; ſeductores proceſſerunt inter hoĩes mundi,qui non confitẽtur, nec ore nec vita, Chriſtũ Ieſum incarnatũ eſſe:ſic vt verus De⁹ fuerit,ſimul & verus homo. b Atque omnis qui eiuſmodi eſt nihil dubiũ quin contrarius Chriſto eſt,& vltimi Antichriſti præcurſor ac nuncius,ſeducere volens ſimplicium animos à rectitudine. c Vos autẽ qui fidem rectã ex Dei gratia tenetis, attendite vobiſmetipſis diligẽter & cauete, d ne bonorum operũ veſtrorũ, quæ iam pro Chriſti amore operati eſtis, fructum & remunerationem æternam perdatis: e ſed in finem vſque perſeuerantes ſtate in operibus bonis,vt fructum plenum et integrum accipiatis,quoniam qui perſeuerauerit,hic ſaluus erit. f Omnis qui ſemel ſuſceptam ſanctæ fidei ſanam doctrinam relinquit, abiens poſt infidelitatum errores, Deum non habet,etiam ſi omnibus prius ſacramentis fuerit initiatus.
g Qui vero in ea quã ſemel accepit doctrina Chriſtianæ fidei,fideliter permanet:hic et patrem & filiũ habet,in ſe manentem. h Si quis ad vos veniens,hanc doctrinã Chriſtianæ fidei,non affert, ſed contrariam volẽs ei quæ vera eſt ſe opponere,& contrariã docere.nec eiuſmodi hominẽ recipiatis hoſpitio neq; commercium vllũ aut beneuolentiæ ſignum,vel minimum obſequium,illi exhibeatis aut demõſtretis. i Qui enim illi vel ſalutationem offert benignã,aut conuerſatio-

h Et hec eſt charitas, vt ambulem⁹ ſecundũ mandata ei⁹. i Hoc eſt enĩ mandatum, vt quemadmodum audiſtis ab initio, in eo ambuletis

a quoniam multi ſeductores exierũt in mundum: qui nõ cõfitentur Ieſũ Chriſtum veniſſe in carne b Hic eſt ſeductor & Antichriſtus.

c Uidete voſmetipſos,

d ne perdatis que operati eſtis,

e ſed vt mercedem plenam accipiatis.

f Omnis qui receditꝫ non permanet in doctrina Chriſti, Deum non habet.

g Qui permanet in doctrina, hic & patrẽ & filiũ nõ habet.
h Si quis venit ad vos, & hanc doctrinam non affert: nolite recipere eum in domum, nec Aue ei dixeritis.

i Qui enim dicit illi Aue,

communicat operibus eius malignis.

a Ecce pꝛedixi vobis/ vt in die domini non confundamini.

b Plura habens vobis ſcribere nolui ꝑ chartam ⁊ atramentum:

c Spero enim me futurum apud vos/ et os ad os loqui/ vt gaudium veſtrũ plenum ſit.

d Salutant te filij ſoꝛoꝛis tue electe.

e Gratia tecum/ Amen.

Finit Textus Epiſtole canonice ſecunde beati Joannis Apoſtoli.

nem familiarem, quodammodo operibus eius conſentit, dum eum ſic aliqua ex parte in peccato fouet malitiæ ſuę, qui per abſtractionem forſitan reſipiſcere potuiſſet. a Ecce ego vos præmonui, vt in die iudicii non inueniamini confuſi, quemadmodum reperientur omnes, quicunque nunc poſt impiorum ſeductiones a veritate recedunt. b Habebam quidem & alia multa ad te ſcribenda familiaria et minutiora, quę nolui modo literis tradere, per atramentum & calamum. c Spero enim breui me futurum vobiſcum, & præſens ore ad os vobiſcum loqui: vt gaudium veſtrum abundantius fiat, in noſtra præſentia, quam te ſcio deſyderare. d Salutant te filii ſororis tuæ, quę eſt electa a Deo & ſingulari (quemadmodum & tu) a Deo vocatione vocata. e Gratia tecum, Amen.

Finit Elucidatio in epiſtolam Canonicam ſecundam beati Ioannis.

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN tertiam Epiſtolam Canonicam beati Ioannis.

T Ertiæ huius Epiſtolæ argumentum in tribus conſiſtit. Nā primū quidē, Gaiū de charitate miſericordia et hoſpitalitate in fideles peregrinos, ſiue ꝓpter Chriſti prædicandū Euangeliū, ſiue propter perſequutionis effugiendā rabiē illuc aduentantes impenſa, col-

laudat

laudat, & cũ gaudio cõmendat. Deinde Diotrephis, cuiuſdã ambitioſi, & inflati hominis principatũ ambientis, ſuperbiã execratur & temeritatem: qui hoſpitalitatem volebat ſubuertere, & ipſe fratres non recipiens, & eos qui recipiebant ab Eccleſia eiiciens. Propter cuius ſuperbiam, ſe quoque dicit Eccleſię non ſcripſiſſe communem epiſtolam. Poſtremo autem de Demetrio teſtimonium bonum, & ex relatu fratrum, & ex ſemetipſo prædicat. Sperans autem breui ſe iſtuc venturum, nolens plura per atramentum & calamum ſcribere, ita terminat epiſtolam.

Finit Argumentum.

Elucidatio

IN EPISTOLAM CANONICAM TERTIAM beati Ioannis.

TEXTVS EPISTOLAE CAnonicæ tertiæ beati Joannis.

Ia Oannes preſbyter, ſcribit ſalutemque precatur Gaio chariſſimo, quem vera diligit charitate. b Chariſſime quantũ ad omnia precor Deum, vt ſẽper tibi fœliciter ac proſpere ſuccedant oĩa, & vt recte valeas ſemper, quantum & quã diu altiſſimo viſum fuerit, c quemadmodum nunc in bona proſperitate bonaque valetudine ex animi ſententia viuis. Sic, inquã, te quam lætiſſime precor proſpere agere, et recte valere, vt nunquã deſit tibi, vnde quã cœpiſti charitatem, in peregrinos ſerues.

Sa Enior Gaio chariſſimo, quem ego diligo in veritate.

b Chariſſime, de omnibus orationem facio proſpere te ingredi & valere,

c ſicut proſpere agit anima tua.

d Gauiſus ſum valde venientibus fratribus/ & teſtimoniū perhibentibus veritati tue / ſicut tu in veritate ambulas.
e Maiorem horum non habeo gratiā/ quam vt audiam filios meos in veritate ambulare.
f Chariſſime/ fideliter facis quicquid operaris in fratres & hoc in peregrinos
g qui teſtimonium reddiderunt charitati tue in conſpectu Eccleſie/
h quos benefacias deducēs digne deo.
i Pro nomine enim eius/
profecti ſunt/
nihil accipientes a Gentilibus.
a Nos ergo debemꝰ ſuſcipere huiuſcemodi/ vt cooperatores ſimus veritatis.
b Scripſiſſem forſitan eccleſie/ ſed is q amat primatum gerere in eis Diotrephes nō recepit nos
c Propter hoc ſi venero commoneā eiꝰ opera q̄ facit: verbis malignis garriēs in nos

d Gaudium enim non paruum attulerunt animo meo fratres iſtinc ad nos venientes, qui retulerunt nobis & teſtificati ſunt, de veritate vitæ & ſanctæ conuerſationis, in qua tu viuis atque conuerſaris. e Et vere maius ego inter omnia gaudiū non habeo, quā de profectu diſcipulorum meorum, cum eos audio in veritate ſancti Euangelii proficere tam fide quam operibus. f Chariſſime, dico tibi, quoniam bene et fideliter facis, quicquid operaris in Chriſtianos fideles: potiſſimū autem quod in peregrinos agis homines ignotos, egentes, & quod retribuant non habentes. g Qui de tua charitate loquuti ſunt in conſpectu totius Eccleſiæ noſtræ, narrantes cum magna alacritate impēſa ſibi abs te miſerationis beneficia. h Quos tu deducens, datis in via cibariis, ac ſumptibus ſubminiſtratis, ſicut dignum eſt, propter Deum cuiꝰ ſerui exiſtunt, nihil dubium eſt quin optime facias. i Pro amore enim & nomine Dei, in quem credunt et quem confeſſi ſunt, tanquā exules a patriis ſedibus & poſſeſſionibus expulſi, profecti ſunt, omnibꝰ ſpoliati à ſuis cōtribulibus, nihil ſecum deferentes nihilq; accipientes a gētilibus ſuis contribulibus, a quibus deſpoliati ſunt & expulſi. a Chriſtianos ergo, quibus ſuppetit temporalium copia, decet & oportet neceſſitatibus illorū ſubuenire: vt ſimꝰ hac in parte cooperatores veritatis, & adiutores ſanctæ illorum fidei. b Scripſiſſem forſan nunc Eccleſiæ toti epiſtolam communem: ſed Diotrephes, qui ambitioſe dominari quærit (velut tyrannus) ſuper Eccleſiam, nec agnoſcit nec ſuſtinet authoritatem noſtram. Et ſi ſcripſiſſem Eccleſiæ, noluiſſet forſitan, nec epiſtolam Eccleſiæ legendam offerre. c Propter hoc, ſi ego ipſe præſens ad vos venero, arguam opera eius, quæ facit, malignis & inuidioſis ſermonibus contra nos

tra nos garriens. d Et quaſi non hoc ei ſatis ſit, non ſolum Chriſti nos hoſpites ac peregrinos ipſe nō recipit, ſed etiā recipi ab aliis prohibet, adeo vt eos qui recipiunt, etiam è cœtu & communione audeat eiicere ac ſeparare, quod plane grauiſſimæ eſt impietatis indicium. e Te vero chariſſime, huius peruerſi hominis nihil commoueat exemplū malitiæ neq; imiteris illud, ſed quod bonum eſt, & ſanctæ charitati conſonum ſectare ſemper. f Quiſquis bona operatur opera, & vitam viuit bonam, Dei ille filius eſt. g Qui autem mala operatur & charitati contraria, quomodo inflatus iſte Diotrephes, Deū nō cognoſcit, nec vere fidelis eſſe pōt. Alioquin & filios Dei fratres chriſtianos diligeret, & eis bene fieri nunq̄ prohiberet. Ecce autem bonæ operationis tibi exemplum aliud imitandum, proponā. h Demetrio omnes qui huc aduenitnt perhibent teſtimonium & veritas ipſa palàm eum commendat, quam in opere demonſtrat. i Sed & nos certo cognoſcentes, atq; etiam forſan experti in nobiſipſis, de eius conuerſatione bona aſſerendo teſtificamur, a & tu noſti, quoniam mendaces non ſumus, & quod verum ſit teſtimonium noſtrum. Illius ergo exemplo cōfortatus, permane in benecœptis. b Multa quidem erāt alia familiaria aut minutiora, quæ ſcribēda videbantur: ſed nolui per atramentū & calamum ea literis ſcribere, c quoniā ſpero quantotius te præſens videre, & ore ad os tecum loqui, quando facilius & melius illa tibi inſinuabo. d Pax ſit tibi. Salutant te qui hic ſūt tui amātiores. Tu viciſſim ſaluta eos, qui iſtic ſunt noſtri amantes nominatim.

¶ Finit Elucidatio in Epiſtolā Canonicam tertiam beati Ioannis.

d quaſi nō ei iſta ſufficiant: neq; ipſe ſuſcipit fratres, & eos q̄ ſuſcipiunt prohibet, & de eccleſia eiicit.

e Chariſſime noli imitari malum, ſed quod bonum eſt.

f Qui benefacit ex Deo eſt:
g qui aūt malefacit non videt Deum.

h Demetrio teſtimoniū redditꝰ ab oībus & ab ipſa veritate, i ſed nos teſtimoniū perhibemus

a & noſti quoniā teſtimoniū noſtrū verum eſt.

b Multa habui tibi ſcribere, ſed nolui per atramentū & calamū ſcribere tibi.
c Spero aūt protinꝰ te videre, & os ad os loquemur.

d Pax tibi. Salutāt te amici, ſaluta tu amicos nominatim.

Finit textꝰ epiſtole tertie beati Joannis

ARGVMENTVM ELVCIDATORIVM IN EPISTOlam Canonicam beati Iudæ Apoſtoli.

IVdas Apoſtolus, fidelibus omnibus, hanc ſcribit vnicam & breuem epiſtolam, quæ Canonicis annumeratur, ordine ſeptima. In qua obſecrans fideles ꝓ ſemel ſuſcepta fide recta viriliter decertare, per patientiam in ea ad mortem vſq; perſeuerando, mox contra ſeductores qui iam ſubintroire cœperant in populo Dei, ſermonem conuertens, aduerſus eoſdem agit acerrimè. Primũ quidẽ terroris exempla proponẽs, pœnam videlicet increduli & murmuratoris populi Iſraelitici, ĩ deſerto exterminati & dæmonũ ſuas ſedes & loca per ſuperbiam derelinquentium inq; æterna vincula coniectorum, ac Sodomitarum per ignem ꝑditorum. Quibus omnibus illos comparat, maculatores carnis, cõtemptores dominationis, & blaſphematores omnis, tam diuinæ, quàm humanæ maieſtatis: qui nec Deum reuerentur, nec homines, illorum hac in parte ſuperbiam & audaciam Michaelis archangeli exemplo damnans, qui etiam cum diabolo contendens temperauit à conuitio. Cum iſti interim de omnibus, quæcunque ſenſu & rationis induſtria non capiunt, peſſime loquantur: nihil omnino fidei tribuere volentes, ſed ſenſuales affectus ſuos per omnia inſequãtur, Aduerſum quos terribilia exclamans, fœdis multis comparationibus eos confundit, ex Prophetia Enoch viri iuſti, contra illos aduenturum Dei iudicium prænuncians. Ipſos autem fideles, Apoſtolicarum admonitionum (de præcauẽdis Pſeudoprophetis ſeductoribus) monet eſſe memores, & in ſancta fide noſtra ſuperædificari, & in dilectione Dei ſeipſos cuſtodire, vſq; in die retributionis, Peruerſos vero & obſtinatos vult redargui, & acriter obiurgari, quaſi reprobos, infirmiores autem illorum malitia ſeductos magisquàm ex ſe obſtinatos, per compaſſionem miſericordię, damnationis igni ſubtrahi. Poſt quę omnia Deo ſoli ſeruare potenti dans gloriam & honorem, ita finit Epiſtolam.

¶ Finit Argumentum.

ELVCIDATIO IN EPISTOLAM CANONIcam Beati Iudæ Apoſtoli.

TEXTVS Epiſtolæ Canonicę beati Iude Apoſtoli.

Ia V.das ſeruus Ieſu Chriſti, frater Iacobi minoris, ſcribit ſalutéq; precatur chariſſimis Chriſtianis, qui per fidẽ vnũ ſunt in Deo patre, & in fide Ieſu Chriſti conſeruantur in ea vocatione, in qua & vocati ſunt. b Miſericordia vobis, & pax, et charitas creſcat & perficiatur. c Chariſſimi, cum omnem diligentiam adhiberem ad ſcribendum vobis quæ ad ſalutem communem omnium eſſent magis neceſſaria, viſũ fuit mihi præcipuum & ante omnia neceſſarium duxi, d vos deprecando hæc commonefacere, & commonefaciendo deprecari, vt ſemel ſuſceptæ ſanctæ fidei, quemadmodũ à ſanctis Apoſtolis tradita eſt ſupercertetis: ꝑ ea ſcilicet tenenda vſq; ad finem, fortiter & perſeueranter dimicantes: Ita nullis, neque perſequutionibus, neque perſuaſionibus ab eius firmitate vos ſinatis amoueri. e Prodierunt enim quidam (neſcio qui aut vnde) & exierũt in mundum homines impii, quos ab æterno Deus ad hoc præſciuit impietatis facinus, & ſubſequuturæ poſtmodum damnationis iudicium miſerabiliter deuenturos f qui gratiam domini noſtri Ieſu Chriſti, quæ ad ſanctificationem, ſpiritus ac carnis data eſt, tranſierunt in carnis vitia: libertatem Euangelicam dantes occaſionem carnis/

Iudas Ieſu Chriſti ſeru⁹: frater aũt Iacobi his qui ſũt i Deo patre dilectis & Chriſto Ieſu cõſeruatis & vocatis/

b mia vobis & pax: & charitas adimpleat

c Chariſſimi oẽʒ ſolicitudinẽ faciẽs ſcribendi vobis de communi veſtra ſalute/ neceſſe habui ſcribere vobis/

d deprecans/

ſupercertari ſemel tradite a ſãctis fidei

e ſubintroierunt eñ quidã hoĩes qui olim preſcripti ſũt in hoc iudiciũ impij.

f dñi nri gratiã trãſferentes in luxuriã/

g ⁊ ſolū dominatorē ⁊ dn̄m noſtrū Jeſuz Chꝛiſtū negantes.

nis,eamq; habentes tanquam malitiæ ſuę ve
lamen, g negantes dominum noſtrum Ie-
ſum Chriſtum,qui eſt ſolus Deus & domi-
nator omnium à quo ſunt omnia condita, et
ſub cuius ditione ſunt omnia . Licet autem
ſemel ſciatis omnia,quæ ego modo dicenda
propoſui,& licet nihil eorum vobis inaudi-

h Cōmonere aūt vos volo ſcientes ſemel omnia:

tum credam, h tamen commonefacere vos
volo,& ad memoriam quæ tenetis,reducen
do,proponere exempla eorum,qui poſt prio
ra beneficia ſuſcepta,propter ſuā ingratitu

i Qm̄ Jeſus pp̄l'z de terra egypti ſaluās ſcdo eos qui nō crediderunt, perdidit:

dinem,à Deo fuerunt de commiſſis in eū pec
catis,puniti. i Et primo quidem notandum
quemadmodum Dominus Ieſus,qui per ſuę
diuinitatis brachium filios Iſrael de ſeruitu-
te Aegypti ſaluos eduxerat,poſtmodum nō
credētes ac murmurantes ,multipliciter per

a Angelos vero qui non ſeruauerunt ſuū principatū, ſed dereliquerūt ſuum domicilium,

didit. a Angelicos etiam ſpiritus, qui ſuā
illam nobilem conditionem(in qua creati fu
erant ab initio)non cuſtodierunt, ſed per ſu
am ſuperbiam cœleſte domiciliū reliquerūt
& manſiones glorioſas perdiderunt , ſub ca
ligine damnationis horrendæ in inferno,vin
culis à quibus nunquam abſoluentur alliga

b i iudiciū magni dei vinculis eternis ſub caligine reſeruauit.

tos, b tradidit in iudicium magni illius &
horrendi diei reſeruandos : quando eorum
damnatio publica confuſione,per iudicis ſē-

c Sicut Sodoma ⁊ Gomorra, ⁊ finitime ciuitates,

tentiam perfecte complebitur. c Iuxta quē
modum incolæ etiam Sodomæ & Gomor-

d (Simili modo exfornicate,

ræ,ac ciuitatum finitimarum, d (qui ſimi
li inobedientiæ modo belluino more,inextre
mam & peſſimam omnino fornicationem,

e ⁊ abeūtes poſt carnem alterā)

contra naturæ inſtituta deuenerunt, e ita
vt ſequerentur per ardorem concupiſcen-
tiæ carnem : ſimiliter maſculi , maſculinam,
fœminæ fœmineam,commixtionis gratia)

f facti ſunt exēplum ignis eterni penam ſuſtinentes.

f poſiti ſunt à Deo in exemplum omni-
bus peccantibus . modo ſuſtinentes æterni
ignis pœnam,cuius ille temporalis ignis,quo
fuerunt temporaliter abſumpti,ſignum tan
tum

tum fuit. g Simili perditionis modo, nihil dubium eſt illos quoque perdendos fore, qui ſuam carnem luxuriis impudice commaculant, & dominationem omnem fugiunt, ſubeſſe recuſantes iis quibus eos DEVS ſubiecit. h Maieſtatem quoque tam diuinam quàm humanam, eorum qui ſūt in poteſtate conſtituti, etiam blaſphemiis & maledictis inſectantur. Quorum perditiſſimorum hominum blaſphemandi audaciam Michaelis archangeli confundit exemplum. i Cum enim Michael archangelus cum diabolo diſputans, contenderet, de Moyſi corpore, quod hic reuelari ad ſeductionem filiorum Iſrael volebat, ille autem occultari, ne in eo peccarent idololatria: a Verebatur angelus, nec volebat diabolo conuitium inferre: tantum dicebat cum modeſtia citra omne maledictum: Arguat te Deus Satan, & ſuæ potentiæ te compeſcat imperio. Et tā tam quidem in loquendo reuerentiam, angelus diabolo DEI ſeruabat inimico, nullum volens in Dei creaturam acerbius proferre maledictum. b At vero impendentes iſti homines de omnibus quæcunque ſuo animali iudicio non intelligunt, peſſime & maledice loquuntur. c Quæ vero ſecundum naturalem æſtimationem, & animale iudicium capiunt, quaſi bruta animantia, quæ ad ſenſus æſtimationem, ſine ratione agunt omnia, quæque eis ſecundum iudicii cæcitatem recta videntur, in his corrupte & mirabiliter ambulant & pereunt. d Væ, væ, illis qui Cain peſſima exempla ſequuntur, in inuidia, & odio, ac homicidio viuentes: e & qui errorem auari Balaam inſequuntur, auiditate mercedis effuſſi ad illicita: f & qui animas ſuas perdiderūt, imitantes exempla cōtradictionis Choræ, qui Moyſi à Deo filiis Iſrael præfecto, ſubeſſe recuſa

g Similiter & hi carnem quidem maculant, dominationem autem ſpernunt,

h maieſtatē aūt blaſphemant.

i Cū Michael archāgel' cū diabolo diſputans altercaret de moyſi corpore.

a non eſt auſus iudiciū inferre blaſphemie, ſed dixit: imperet tibi Deus.

b Hi aūt quecūq́ quidem ignorant, blaſphemant.

c quecūq́ aūt naturaliter tanq̄ muta animalia norunt in his corrumpūtur.

d Ue illis qui via Cain abierunt:

e & in errore Balaā mercede effuſi ſunt.

f & in contradictiōe Chore perierunt.

g hi ſunt in epulis ſuis maculę/

h conuiuantes/ ſine timore ſemetipſos paſcentes.

i nubes ſine aqua/

a aquę ventis circũ ferũtur/

b arbores autũnales infructuoſe bis mortue/

c eradicate:

d fluctus feri maris

e deſpumãtes ſuas confuſiones.

Sydera errantia/

g quib⁹ procella tenebrarũ conſeruata eſt ineternũ/

h prophetauit autẽ de his ſeptimus ab Adã Enoch dicens:

i Ecce veniet dñs in ſctis milib⁹ ſuis/ facere iudiciũ contra omnes/

recuſauit. g Hi ſunt conuiuiis ſuis fœtidiſſimæ maculæ, qui non ſolum ſeipſos, ſed vniuerſos etiam cum ipſis conuerſantes ſua fœditate commaculant, h conuitiantes ac delitiantes, omni timore poſtpoſito, ſuam cutem egregie omni cura curantes. i Nubes in altis quidem ambulantes, & magna à lõge pollicentes, ſed ſine aqua, in quibus nihil eſt verę ſapientiæ: nubes, inquam, leues & ſteriles. a quæ proinde ab omni motu cõcupiſcentiæ facile circumagitantur, atq; mouentur, b ſimiles ſunt arboribus autumnalibus, quæ fructũ nullum ferunt, virore & vigore perdito: duplici ratione morti obnoxię, tam ſecundum corpus quam ſecundum animam: atq; etiam quoniam poſt ſuſceptã ſpũs gratiã, denuo in priſtinos redierunt errores, c Qui extra radicẽ ſunt charitatis, et timorẽ Dei (qui eſt radix & initium verę ſapientiæ) prorſus perdiderunt. d Sunt etiã ſimiles fluctibus & procellis feri maris, qui modo in altum ſe efferunt, modo in infima rurſum deciduntmox iterum ſe erecturi, e qui cũ ſuas blaſphemias multa maledicta ꝓferunt nihil niſi ſuas confuſiones euomunt, quæ cordis eorum immunditiam teſtantur quemadmodũ mare per ſuos fluctus ſpumã eiiciens, ſuam amarã atteſtatur ſalſedinem. f Sydera quoq; ſunt volantia ſiue errantia quæ loco certo nullo conſiſtunt, nullamq; loci habent ſtabilitatẽ: g quib⁹ tẽpeſtas tenebrarũ infernaliũ ſeruatur, quã ſunt in æternũ, experturi, cũ diabolo & angelis eius.

h Ante vero multa tp̃a, de huiuſmodi hoĩbus prædixit Enoc homo Dei, qui ab Adam ſecundum generationis ſeriem, ſeptimus ordine inuenitur, hunc in modum, i Ecce (inquit) veniet dominus cum milibus ſanctorũ angelorum ſuorum, atq; cæteror ũ beatorũ ſpirituum ad faciẽdũ iudicium cõtra oẽs ma

le agẽ

le agentes, d & ad corripiendum punien- dũq; oẽs impios de oĩbus operib⁹ malis, quę commiſerũt dum viuerent: nec de operibus ſolum, b ſed de omnibus etiam verbis malis, quæcunq; loquuti ſunt impii pctõres cõtra Deũ, ſiue blaſphemantes, ſiue extra eius præcepta loquentes. c Hi ſũt homines murmuratores aduerſum ſuperiores & in poteſtate conſtitutos: queruloſi, contra coæquales inter quos verſantur, d viuẽtes ſecundũ carnalia ſua deſideria, qui ore ſuo loquũtur ſuperbiam, perſonaſque per adulationem mirantur, laudant & prędicant lucri gratia. e Vos autem chariſſimi, ne forte horum peſſimis perſuaſionibus abducamini, ſemper memores eſtote verborum quæ ſunt vobis prædicta, ad cautelã venturorum temporum, à ſanctis Apoſtolis Chriſti domini noſtri. f qui commonendo dicebant vobis, quod in nouiſſimis temporibus venturi eſſent homines impoſtores & ſeductores, obſecundaturi concupiſcentiis ſuis in nequitiis & peccatis ſuis. g Hi ſunt qui ſe à communi fidelium cœtu, atq; à ſententia fidei catholicæ, ſegregant: h homines animales, ſui ſenſus tractum tantũmodo inſequentes, in quibus non habitat ſpiritus ſanctus: quoniam animales ſunt. i Vos autem chariſſimi, nolite aſſimilari illis, ſed ſuper fũdamentũ ſanctæ fidei noſtræ, id eſt, communis & catholicæ, ſtudete voſipſos in ædificio ſpirituali & virtutum ſtructura facere conſũmatos: a orãtes in ſpũ ſãcto, qui docet quid oporteat orare, & adiuuat infirmitatẽ noſtrã b atq; ita voſipſos ſeruate in dilectione dei, c expectantes per certiſſimam ſpei confidẽtiam, miſericordiam domini noſtri Ieſu Chriſti, per quam conſequamini in ſuo tempore vitam æternam. d Et ex impiis hominib⁹, alios quidem qui iam propter ſuam obſtina-

tionem

a ⁊ arguere cõẽs ipios de oib⁹ opibus impietatis eorũ quibus impie egerunt/ b ⁊ de oib⁹ duris q̃ locuti ſũt cõtra deũ/ peccatores impij. c Hi ſunt murmuratores queruloſi/ d ſcdʒ deſideria ſua ambulantes ⁊ os eorũ loquit ſuperbiã/ mirãtes pſonas queſtus cauſa/ e Uos aũt chariſſimi memores eſtote verborũ que predicta ſũt ab Apoſtolis dñi noſtri Jeſu Chriſti/ f qui dicebãt vobis qm in nouiſſimis tẽporibus veniẽt illuſores ſecũdũ deſideria ſua ambulãtes/ in impietatibus. g Hi ſunt qui ſegregant ſemetipſos/ h animales ſpm̃ nõ habentes: i Uos aũt chariſſimi ſuperedificãtes voſmetipſos ſãctiſſime noſtre fidei. a In ſpũ ſctõ orãtes b voſmetipſos in dilectione dei ſeruate c expectãtes miam dñi noſtri Jeſu xpi in vitam eternam. d Et hos quidẽ arguite iudicatos:

tionem iudicati ſunt arguite, ſuo proprio iudicio, atq; etiam diuino reprobatos, & damnationi addictos. e Alios vero, qui illorū ſeductionibus ad malum pertracti forſitan extiterunt, ſed in obſtinata infidelitate damnati non ſūt: eiuſmodi (inquam) omni ſtudio liberate, quaſi de incendio æterni ignis eos eripientes, cui iam addicti & deſtinati fuerāt, niſi ad rectam fidem rediiſſent. f Aliis quoq; qui quomodocunq; forſitan præoccupati aliquo delicto ceciderint, miſericordiam exhibete, in ſpiritu lenitatis eos ſuſcipientes in timore ſancto, g ne forte & vobis idipſū contingat: ſemper odio habentes veterem illam carnalium actionum maculatam tunicam, & omnem corruptionem veteris hominis fugientes. h Omnipotenti aūt Deo patri q poteſt, et ſol9 pōt nos per auxiliū gratię ſuę ab oī peccato præſeruare, i & poſt bñ tranſactam vitam, ante præſentiam ſuā in gloriā adducere, vt ſine omni macula & crimine, cum pleno gaudio inueniamur in aduentu Chriſti ad iudicium. a Ipſi, inquam, Deo patri, præter quem non eſt alius ſaluator ſit p Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum gloria & magnificentia, imperium atque poteſtas æterna ante omnia tempora, & nunc & in omnia ſæcula ſæculorum, Amen.

e Illos vero ſaluate de igne rapiētes.

f Aliis aūt miſeremini in timore,

g odiētes eā que carnalis eſt, maculatā tunicam.

h Ei aūt qui potēs eſt vos conſeruare ſine peccato,

i & cōſtituere ante cōſpectū glorie ſue immaculatos in exultatione in aduētu dñi noſtri Ieſu xp̄i,

a ſoli deo ſaluatori noſtro per Ieſu xp̄m dñm noſtrū gloria & magnificentia imperiū & poteſtas ante oia ſecula, & nunc, & in omnia ſecula ſeculorum, Amen.

Finit Textus Epiſtole Canonice beati Iude Apoſtoli.

Finit Elucidatio in Epiſtolam Canonicam beati Iudæ Apoſtoli.

DEO LAVS ET GLORIA.

618963419

27

27

134



colorchecker CLASSIC
calibrite
mm